PAULUS
ÆGINETA
GR. ET. LAT.

1538
1532



PAVLI AEGINETAE MEDICI INSIGNIS OPVS DIVINVM, QVO VIR ILLE VASTISSIMVM TOTIVS artis oceanum, Laconica breuitate, sensibus argutis, merisq́; aphorismis in epitomen redegit.

ALBANO TORINO VITODVRENSI INTERPRETE.



Cum gratia & priuilegio Cesaræo.

BASILEAE
AN. M. D. XXXII.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, D. MATTHAEO, Ro. Eccleſiæ TT. S. Angeli presbytero, Saliſpurgenſi Archiepiſcopo, ſummo ac unico ſtudiorum Mecœnati, & incomparabili noſtræ ætatis decori, ALBANVS TORINVS Vitodurenſis S. D.

NON HANC Celſitudini tuę lucubratiunculam meam ILLVST. PRINCEPS, quaſi tuis non minus ſerijs quàm arduis etiã ſtudijs, clauo Chriſtianæ cymbæ incumbente, dignam offero, neq; quod tibi eadem ullum me operæprecium facturũ autumem, id enim mihi de meo tam hirto ingeniolo ne per ſomniũ quidem ſperare licet, ſed quò uigilijs meis ex inſcriptione clariſſimi nominis tui, quod iure optimo literati omnes colunt, uenerantur & ſuſpiciunt, gratiam aliquam, pondusq; & autoritatẽ captem: Vnde enim gentiũ maiorem nanciſci poterint autoritatẽ, unde lumen queſo ſplendidius indipiſci, quàm ab eo qui ampliſſimo uirtutum faſtigio inter mortales ueluti inter ignes Luna minores, excellit? Hiſce enimuero coloribus nuper te mihi plurima de T.R.D. auidiſſime (guſtum nanq; multo ante heroicarũ tuarum uirtutum acceperam) percontanti totum geſtiens, ardenti oratione depinxit Io. Honterus Coronenſis, uir eximie literatus & candidus, præſtantiæq; laudum tuarum buccinator egregius, qui nobis prȩſulem optimum, eundemq; Principem cumprimis illuſtrem, nõ minus integritate morum, quàm fortunæ dignitate clarum, ingenij felicitate, corpore etiã ad omnem uirtutis uſum functionemq; affabre ſculptum & ad unguem deniq; factum, ante oculos ponunt: Omitto quæ cum ille laudum tuarũ præco tum conſtans etiam fama uel ad cœlum uſque extollunt, fidem nempe imitatione dignam, & perpetuis honoribus illuſtrandam: Conſtantiam præterea qua uel Q. Scæuolam, uel Metellum etiam Numidicum anteis: Taceo probitatem, qua nõ es Catone inferior: Prætereo pietatem, qua Aeneæ non cedis: Tranſeo prȩſentiſſimum in rebus ſingulis agendis, quo uel Neſtora uicisn, conſilium: ſimplicitatemq; columbinã, cum ſerpentina prudentia coniunctam. Quid quod adeò magnanimus ſis iniuriarũ contemptor, ut illatas quantumuis magnas nolis retaliare? Splendorem in priuatis nõ attingo: liberalitatem erga bene meritos, & ad ſubueniendũ honeſtis omnibus promptitudinem cum reliquis dotibus ne harenas numerem, miſſam facio: ſiquidem uirtutes tuas ampliſſimas ne doctiſſimus quiſpiam, & in dicendo ſingulari eloquentia præditus iuſto uolumine pro dignitate laudare ſatis, nedum ego in epiſtola, poſſit. Illud mihi multo maximũ magisq; ſtupendum uidetur, & animũ id quidem meum in primis in hanc ſententiã pertraxit, ut hęc C. T. nuncupanda duxerim, quod ſolus ferè ſis ex omnibus (abſit uerbo inuidia) Germaniæ epiſcopis, ne Principibus etiam dicam, qui intelligat, quanto

ſit anima corpore prӕſtantior, tanto magis animi, quàm corporis eſſe bona affectanda, quæ ſola nulli fato obnoxia, letum uere dicuntur perimere. Cernis pro tua ſingulari prouidentia te demum hac ratione mortalem ſuperando conditionem, numini poſſe coniungi, & hac denique uia honeſtiſſimũ cunctis mortalibus exemplum, quod ſequantur, de te relicturum, quo nomine bonas etiam literas tanto ſtudio proſequeris. Quemadmodum enim animus ipſe diuina (ut Horatius inquit) particula auræ æternus eſt, ita & hæ animi ueræ imagines, quibus tu cum reliquis innumeris uirtutibus alijs omnifariã ſcates, immortales ſunt. Quas qui naſo ſuſpendunt adunco, ne hominis quidem uocabulo dignos cenſeo. Has tu uirtuti literisq; natus, & Germaniæ phœnix, tam intentis neruis extollere conaris, ut ad eas non ſolum ipſe reipub. Chriſtianæ negocijs, ac ut uerius dicam, negociorum fluctibus inuolutus, imò propemodum obrutus, ocio ſuffurato, recurras, ſed earundem etiam candidatos, & literatiſſimos quoſq; ſummis honoribus extollas, maximis præmijs inuites, munificentia demerearis, humanitate ineſcas, comitate allicias, dignitate tuearis, ſplendore illuſtres, & quamliberaliſſime deniq; foueas: Vnde eam nominis celebritatem conſecutus es, ut nemo ſit uſpiam è ſtudioſorum cohorte, qui te non politioris modò literaturæ Mecœnatem, uerũ aſylum etiam prædicet, nomenq; tuum ut ſacroſanctum tantum non adoret. Quid, quod aulam tuam nobilibus ingenijs patentem, ornamentis alioquin omne genus ornatiſſimam, uiris eruditione uitæq; ſanctimonia iuxtà prӕditis ita condecoraueris, ut præ hac nõnullæ etiã frigeant, proh dolor, Academiæ? Felicia profectò ingenia, quibus ſuarum uirtutũ intelligens ac fauens contigit Princeps: Terq; quaterq; beatus Princeps, qui eo regni ſui molem moderatur tempore, quo rerũ geſtarũ iſtiuſmodi queat habere teſtes, qui magnas uirtutes, bonorũq; glorias immortales, & ut ſummatim perſtringã, quæq; famæ diuturnitate nõ indigna facinora, ſuis coloribus graphice depingere, Principis memoriam quammaxime longam efficere poſſint. Ex quorum numero, ut cæteros non tam eruditione quàm uirtutibus claros ſilentio prætercam, Philippus Gundelius Patauienſis, ὁ τοσ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, Poëta, dij ſuperi quàm felici ingenio, quàm acri iudicio, quanta diſciplinarũ ſcientia, quanta humanitate demum præditus eſt: cui carmen utraq; lingua feliciter ſcribenti aſpirat Apollo, Muſarũ chorus arridet: & Orator apposite & eleganter, ubiq; Rhetorica ſubſeruiente, diſſerens, ita quidem ut breuiter uberrimum facundiæ horreum appellari poſſit. Iuriſconſultum porrò perſpicaciſſimũ & alterum uno uerbo Scӕuolam præſtat: qui iam olim nobiliſſima Viennenſi Academia maxima auditorum frequentia, deum immortalem quanta cum maieſtate, quanto cum omnium ſtudioſorum applauſu, publicus bonarum literarũ profeſſor fuit: eiuſmodi uiro utitur T.R.D. conſiliario: Tales pluſculum dignationis, oruamenti non parum, honeſtamenti plurimum epiſcoporũ aulis conferre ducis.

ſime

Quæ ſingula, ampliſſime præſul, primarium quendam Muſarum cultorem, ac ueluti incomparabilem antiſtitem, ueræq; nobilitatis, quæ in ſola uirtute poſita eſt, clariſſimum exemplar arguunt. Sed nolo tanti herois decorum in præſens, ut dixi, catalogum pertexere, quæ laudem tantum non omnem ſuperare, argumento eſſe abunde magno id poteſt, quod laudatiſſimis ſapientiſſimisq;, ac omnium ſeculorum memoria digniſſimis Ro. Imperij Principibus CAROLO Auguſto, necnon germano eius fratri FERDINANDO Regi, cumprimis maxime gratus, καὶ ἐκ τῆς καρδίας φίλτατος ſis: quibus uel placuiſſe ſumma utiq; laus eſt. Hęc raptim curſimq; percurri, non hercle palpandi, auram'ue captandi gratia, ſed ut alij de C. T. exemplum capientes, ad uerum uirtutis cultum incitentur. Nunc ſe ad autorem conferat oratio.

PAVLVS ille noſter, Aegina Græciæ ciuitate natus, Vlyſſæo à prima fermè iuuentute animo præditus, nõ tam iugi uariarum urbium, morumq; mortaliũ deſiderio, quàm indefeſſo quodam cognoſcendæ artis, medicæq; materiæ ſtudio allectus, permultos etiam remotiſſimos mundi tractus, præter Gręciam omniũ artium parentem, peragrauit. Quod ipſus de ſe breuiter & elegantiſſime binis ſenarijs, quos operi ſuo ueluti inſcriptionis loco præfixit, inſinuat:

Παύλου πόνον με γνῶθι τοῦ γῆς τὸ πλέον
Διαδραμόντος, φῦντος ἐκ γῆς Αἰγίνης. hoc eſt:

Pauli laborem me noſce, qui plurimum
Peragrauit terræ, Aegina natus patria.

Vbi itaq; maximam orbis partem perluſtraſſet Pæoniæq; artis res abditas, cum omnibus Medicinæ myſterijs, curioſa quadam obſeruatione undiq; indagaſſet (animum enim cum cœlo trans mare currendo mutare ſtuduit) & diſciplinas omnes calleret ad unguem, morborũ cauſſas & indicia, medicaminumq; non tam rationem quàm experientiam quoque ad amuſſim perſpectas in numerato haberet, maturo iam grauiq; iudicio, Principis medicorum Hippocratis & Galeni, cuius abbreuiator eſſe uidetur, Oribaſij item & aliorum ueterũ monumenta euoluit, apũq; more ex ſingulis ſucculentiora quæq; decerpens, uaſtũ illud Apollineæ artis mare ſparſim ab alijs ac diffuſe plauſtralibus libris comprehẽſum, dij boni quàm Laconica, quàm diuina quadam breuitate, ſummo cũ ordine, tum artificio, ſtilo emuncto, multaq; uerborum concinnitate, in ſeptem uolumina quaſi in compendium redegit: In quibus Medicinam, per Apollinem, integram non pluribus, nõ paucioribus, quàm res ipſa cognitu neceſſaria poſtulare uidetur, complexus eſt. Quemadmodum enim corporis alimentnm ſi immodicum, euacuationem efflagitat: ſin minus quàm natura, ferat macilentiam conciliat: moderatum uero bonam corpotis habitudinẽ inducit: Ita doctrina animi cibus, paucioribus uerbis, quàm opus eſt tradita, parum erudit, pluribus implicat, arcet, & deterret: mediocribus autem recte inſtituit. Nullum ferè in hoc ſcriptore

uerbum ocioſum, meros dicas eſſe aphoriſmos, quoniam ubiqꝫ pauciſſi-mis uerbis plurimum comprehendit ſententiæ. Haud igitur iniuria occines, παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως. Illud ego polliceri auſim, Medicinæ candidatos longè plus ſolidæ doctrinæ paucis menſibus ex accurata Aeginetę lectione reportaturos, qꝫ ſi pluribus annis inexhauſtos aliorũ cõmentarios legendo repetant. Sed lubet nunc græci exemplaris ut unici, ita & fœdiſſimis mendis inquinatiſſimi, uitia quædã cõmemorare. Principio cuncta ferè per uniuerſum græcũ uolumen habentur confuſa, abſqꝫ diaſtolis & punctis, uel ijſdem omnino præpoſteris: quæ ſententiã cõmutare, amphibologias ciere, labyrinthis interpretẽ uel ingenioſiſſimũ inuoluere in cõfeſſo eſt. Quot ubiqꝫ uerba, & ſentẽtiæ nõ raro, tranſpoſita? binæ identidem aut ternæ uoces in unam coaluerũt, ſæpicule duarum partes, uocibus ita laceratis, ut ſæpius ne ueſtigiũ quidẽ Græci relinquatur uocabuli? In ſumma, ſingulis penè uerbis hærendum, ſubſiſtendum, & diuinandum. Ah quoties cum talibus monſtris congreſſi, exclamauimus: Οἴω μὲ ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν. Non deerunt tamen ſat ſcio exantlatis tot ſudoribus zoili, atque utinam non adeò multi: Siquidem nullum ſcripti genus obtrectationi adeò obnoxiũ eſſe uidetur, atqꝫ ex linguarũ tralatione conſtans: nam idiotis etiam procliue eſt, alia tanquam parum luculenter, alia quaſi perperam reddita arrodere: Eruditis quædã ceu oſcitanter, quædã ueluti improprie & parum eleganter tralata (ſicuti τὸ μωμήσασθαι ῥᾷον ἐστιν ἢ μιμήσασθαι) ſugillare, & quilibet aliâs idem ſe, philautiæ uitio, elegantius præſtare potuiſſe ſibi pollicetur. Sed inanium hominũ coaxationem prudentis eſt cõtemnere. Occurret aliquis forſan, qui culpabit Muſam noſtrã Caricam: Philologis me tranſtuliſſe hæc, nõ logophilis reſpondeo: Alijs elocutione quidem, fide uero nemini cedere. Reprehendar ab alijs quod ſtilus omnino ſibi uideat̃ diſpar, his inquã nos ſæpius inuita Minerua nunc alacriores nunc triſtiores calamũ arripuiſſe. Neqꝫ enim cõtinuò, ſed interciſim, negocijs cum publicis, tum priuatis diſtrictos, maxima temporis anguſtia ad prælorũ cleplydrã atqꝫ momenta hæc qualiacũqꝫ ſint exaraſſe. Quid quod interdũ laborib. ita confectis, ut nobis ipſis moleſti eſſemus, penſum tamen quoquo modo fuit abſoluendũ, proinde nõ mirũ ſi turbidior quandoqꝫ fluat oratio, & abortiuũ etiã, canis feſtinantis more pariam. Sumpſimus autẽ hanc interpretandi prouinciã Io. Bebelij, uiri talis, ut breui nullius officinæ plus debuerint bonæ literæ, precibus & precio tandẽ expugnati. Cæterũ quia ſummũ medicũ ſummi quoqꝫ Principis nomine illuſtratũ, in lucem prodire conueniebat, tu mihi Illuſtriſs. Princeps, hoc ipſo nomine primus occurriſti, cui opus hoc conſecrarem: Siquidem quicquid ornamenti in tam multis orbis proceribus cõſiſtit, in C. T. ubertim confluit. Suſcipe igitur antiſtitũ ſplendor, & ſeculi tui decus, læta fronte munuſculum hoc literariũ: Sic enim non mihi modò maiora ædendi animũ eriges, ſed etiã alios ad multa, quæ C. T. & æuũ fortaſſe tuũ illuſtrent, ſcribenda excitabis. Vale. Baſileæ, calend. Mart. An. M. D. XXXII.

INDEX RERVM AC VOCABVlorum totius operis compendioſus. Prior numerus paginã, poſterior uerſum deſignat.

Abrotonũ. 333.27
Abſceſſus foris impetentia. 262.2
Abies. 358.10
Abſinthium. 347.10
Abſinthiũ Ponticũ. 333.27
Acacia. 337.20
Acalyphe. 337.20
Acantha Arabica. 337.40
Acantha leuce. 337.30
Acanthion. 337.30
Acanthos. 337.30
Acerbum. 332.25
Acetum. 395.20
Acetum ſcilliticũ. 440.10
Aciros. 338.40
Achras. 347.10
Achores. 105.39.279.10
Aconitum. 338.10.324.40
Acorus. 338.20
Acopũ bromium. 495.29
Acopũ Azanitæ. 495.42
Acopum Baſilij. 496.2
Acopũ lyſiponiũ. 496.10
Acopum δυσῶδες. 496.19
Acopũ barbaricũ. 496.30
Acopum διἐλάτης. 496.42
Acrides. 338.20
Acte. 338.20
Acuti natura. 332.23
Adarce. 334.40
Adenes. 46.18
Adiantum. 335.4
Adipes. 410.30
Aegylops. 136.40.335.25
Aequinoctio autumnali qui ingruãt morbi. 54.17
Aequinoctio uerno qui ingruant morbi. 53.413
De Aere. 20.17
Aerugo. 365.10
Aër optimus. 20.17
Aër peſtilens. 20.11
Aera. 337.10
Aes uſtum. 420.10
Aethale. 335.42
Aetonychon. 335.19
Affectus oris. 153.36
Affectus quæ exercitia ſequuntur. 8.39
Agallochum. 333.37
Agaricum. 334.2.426.20
Agaricum nigrum. 330.26
Ageratum. 334.6.384.30
Agnos. 334.10
Agroſtis. 334.17
Aiuga. 421.2
Aizoon. 335.12
Alabaſtrites. 385.10
Alana. 352.30
Alauda. 377.10
Alcæa. 339.6
Alcyonia. 339.10
Αλήμματα. 498.35
Alga. 350.1.419.30
Algore læſis conuenientia. 16.17
Alipon. 340.10.427.30
Alica. 41.26
Aliſma. 354.20
Allium. 41.4.409.10
Aloë. 339.30.424
Aloës uſus. 456.20
Alopex. 340.10
Alopecia. 101.8
Alſine. 340.10
Althæa. 338.40
Altercum. 323.5.417.30
Alui excrementa. 72.9
Aluum mouens. 424.30
Aluum ſanis emollientia. 17.32
Aluus puerorum quî mollienda. 4.30
Alyſſon. 340.10.427.30
Amaracum. 340.20
Amari natura. 332.29
Αμαύρωσις. 145.11
Ambroſia. 340.30
Ambuxus. 373.30
Αμβλυωπία. 145.12
Amentia. 112.40
Amylum. 342.2
Amianton. 340.40
Ammi. 340.30
Ammos. 341.2
Amomum. 342.10
Amoniacum thymiama. 341.10
Ampelitis. 352.10
Ampeloleuce. 341.30
Ampelos melæna. 341.30
Ampelos hemeron. 341.20
Ampelos agria. 341.20
Ampelopraſſum. 341.10
Amphisbena. 313.18
Amurca. 341.10
Amygdalæ. 44.32
Amygdalorũ uſus. 451.41
Amygdala dulcia. 341.40
Amygdala amara. 341.30
Animi defectio. 98.27
Anagallis. 342.10
Anagyrus. 342.20
Anarrhinon. 343.10
Anchylops. 136.42
Anchuſa. 334.22.386.20
Andrachne. 342.20
Androſæmon. 342.20
Androſarces. 342.30
Anemone. 342.30
Anethum. 342.40
Angina. 156.31
Angyloſis neruorũ. 296.35
Animaliũ partes letales. 320.20
Animalia exitioſa. 320.6
Animo deficientes. 86.28
Aniſum. 343.10
Anodina doloribus intenſis adhibenda. 133.10
Anonis. 343.10
Anorexiæ medela. 2.8
Anthemis. 420.40
Antherum. 457.23
Anthyllis. 343.4
Anthraces. 270.4
Anthracoſis. 141.35
Antidotorum differentia. 437.10
Antidota multa. 433
Antidotus ſotira. 442.20
Antidotus Philonis. 441.4
Antirrhinum. 343.10
Aparine. 343.20
Aphace. 346.40
Aphroditarium. 457.4
Aphronitron. 347.10

Aphroſelinos. 385.30
Aphtha. 4.39
Apios. 343.20
Apium. 39.28.406
Apium ruſticum. 358.10
Apium grande. 365.30
Apobregma. 497.35
Apocinon. 343.30
Apochyma. 343.30
Apomel. 462.28
Apophlegmatiſmi. 19.4
Apoplexia. 125.6
Apetit9 auerſio.93.8.176.4
Apulotica. 285.14
Aqua. 20.21.331.3.417.20
Aquæ bonæ malæq; notæ. 20.34
Aqua cœleſtis. 463.32
Aqua pluuialis. 20.43
Aqua glacialis. 21.10
Aqua maris. 363.20
Aquæ aluminoſæ. 22.6
Aquæ bituminoſæ. 22.10
Aquæ ſulphuratæ. 22.8
Aqua putreſcibilis. 21.5
Aqua perniciofa. 20.28. 320.25
Aqua ſaluberrima. 20.25
Aqua mulſa. 50.19
Aquam educentia. 428.20
Arabius. 385.10
Araneus. 343.40
Arbutus. 374.40
Artion. 344.10
Arceuthos. 344.10
Arctium. 344.20
Anus procidens. 214.39
Ardore affectorum cura. 16.24
Argemon. 139.8.343.40
Argentum uiuum. 330.18
Ariditatis & caliditatis & aliarum compoſitarum diſtemperaturarum medela. 36.24
Aridũ maſſaliotæ. 457.41
Ariobarzanius. 475.19
Ariſaron. 344.2
Ariſtolochia. 344.10.427
Armenia. 44.4.352.20
Armeniacum. 344.20
Armeniacus. 385.30
Arnabo. 344.30
Arnogloſſum. 344.30
Arquatus. 204.18
Arſenicum. 345.10
Artemiſiæ. 345.10
Arteriarum ariditas. 35.14
Arteria quid. 61.29
Arthritis. 234.13
Artos. 345.10
Artus flaccidi. 297.16
Arum. 344.40
Aſarum. 345.10
Aſcalabotes. 345.20
Aſcarides. 301.19
Aſclepias. 345.30
Aſcyrrhon. 345.30
Aſpalatos. 345.40
Aſphaltus. 346.20
Aſparagus. 345.40
Aſparagi holerũ. 40.15
Aſphodelus. 346.20
Aſpis. 315.16
Aſplenum. 346.10
Aſtaphis. 346.10
Aſter atticus. 346.10
Aſter Magni. 467.42
Aſthma. 162.30
Aſtragalus. 346.10
Aſtringẽtis natura. 332.20
Athanaſia. 441.10
Athara. 335.22
Atheroma. 277.39
Athiopis herba. 336.2
Attonitus morbus. 125.3
Atraphaxis. 346.30
Atriplex. 39.20.346.30
Atramentum. 388.10
Atramentũ ſcriptorium. 388.23
Atramentũ ſutoriũ. 420.2
Atticus aſter cur bubonius dicitur. 269.7
Auditus curatio. 12.37
Auditus difficilis. 148.28
Auellana. 369.20
Auena. 42.8. 35.29
Aues. 45.10
Aurei floris planta. 358.36
Aures. 46.14
Auricularia. 145.22
Auricula muris. 340.10. 391.40
Auripigmentum. 339.34
Auriũ humectatiões. 5.10
Aurium dolores. 145.22
Aurium ſibila. 148.10
Auſtera. 44.10

B

Bacharis. 347.30
Balanus. 347.20
Balauſtium. 347.30
Balnea. 21.25
Balote. 348.2
Balſamum. 347.30
Barba iouis. 422.30
Baſiliſcus. 316.4
Batrachi. 348.20
Batrachium. 348.10
Batus. 348.6
Bdellium. 348.20
Bechium. 348.40
Beſaſa quid. 460.4
Beta. 39.3.414.10
Betonica. 348.30
Bilem atram purgantia. 427.13
Bilem educentia. 424.35
Biſacutum. 353.10
Bitumen. 346.20
Blatta piſtrinaria. 407.20
Blitum. 39.20.349.1
Bolus armenus. 352.33
Bothrium. 139.6
Botrys. 349.10
Branchus. 159.11
Braſſica. 39.8.378.10
Braſſica agreſtis. 378.30
Braſſica ruſtica. 343.30
Brathy. 349.30
Bretanica. 349.40
Bromus. 350.1
Bruchi. 367.30
Bryon. 350.1
Bryonia. 350.10
Bubo. 268.13
Bubonium. 346.10.349.10
Bubonocele. 206.33
Buccina. 372.10
Bucelatus catharticus. 430.13
Bugloſſum. 349.10
Bulbi eſculẽti. 40.31.349.1
Bulbus uomitorius. 349.1
Bulimia. 94.16

Bunium

Bunium mentiens. 422.30
Bunium. 349.20
Bupreftis. 321.9.349.20
Buphthalmon. 349.30
Butyrum. 349.20
Buxea fpina. 386.30

C

CAcalia. 367.10
Cachexia. 199.25
Cacoëthe. 286.13
Cadmiæ. 367.10
Calamagroftris. 367.10
Calamintha. 367.10
Calamus aromatic9. 367.20
Calamus phragmit. 367.30
Calculi articulorũ. 240.26
Calculus. 189.25
Calculos confringentia. 446.40
Calidæ diftẽperaturæ. 33.41
Caligatio oculorum. 13.6
Calli. 245.22
Καλλιβλέφαρα. 137.41
Calx. 329.33
Campæ. 367.30
Caucalis. 370.5
Cancer. 223.6.271.39
Canina appetentia. 94.22
Canis rabidi morfus remedia. 306.2
Canis non rabidi morfus curatio. 308.15
Canopon. 368.6
Canorũ præferuatio. 103.31
Cancanus. 366.30
Canchamum. 366.40
Cancri fluuiatiles. 368.35
Cancri marini. 368.40
Cannabis. 368.35
Capparis. 40.11.368.10
Capillorum conferuatio. 102.31
Capillos augentia. 102.40
Capill. nigrificãtia. 102.40
Capillorũ profluuiũ. 103.12
Capillos denfiores facientia. 103.18
Capillos nigricans. 103.40
Capilli qui colore flauo inficiantur. 104.7
Capillos candidos efficientia. 104.42
capitis uitia. 104.5
capitis diuerfi dolores. 108 per totum.
capita menidum. 371.10
capita fmaridum. 371.10
caput muris. 371.20
caput milui. 371.20
caput lacertæ. 371.20
carcima. 141.35
cardamus. 365.20
cardiogmi curatio. 1.33
carduus. 408.30
carduus albus. 420.30
carduus niger. 420.30
cantharides. 320.367.28.40
capnos. 368.10
carbunculi. 270.2
cardamomum. 368.20
caris. 368.30
cari & ueterni difcrimen. 114.40
carycæ. 43.12
carya. 469.10
carya pontica. 369.20
carpefium. 369.10
carpefiæ fuccus. 324.22
caron. 369
caros. 117.3
carn. elixæ affæ frixæ. 45.22
caro ouilla. 46.3
caro caprina. 46.4
caro hircina. 46.5
caro bubula. 46.6
caro leporina. 46.6
caro ceruina. 46.7
caro cucumeris. 398.30
cafeus. 48.11.416.30
caffamon. 369.30
caffia. 369.30
caftorium. 369.40
catalepfis. 116.24
cataphoræ cura. 89.14
cataplafmata. 455.30
catapotia. 187.4.429
catarrhus. 159.8
Καθαρτικόν. 143.15
catochos. 112.37.115.39
catochi ratio. 116.21
catochi cura. 116.28
cedrus. 370.10
cenchrus. 315.2.370
centaurium. 426.30
Centauriũ duplex. 370.20
Centunculum. 353.30
Cepe. 379.10.41.4
Cephalalgia. 107.10
Cephalalgiæ uariæ fpecies. 107.10
Cephalæa. 109.42
Cephaleæ uariæ curationes. 110. per aliquot fol.
Cephalicũ remed. 456.20
Cera. 372.2
Cerafa. 43.30
Ceraftes. 315.16
Ceratia. 44.39
Ceratonia. 371.10
Cerebri temperaturæ in-
Cdicia. 28.14
Cerebrum. 46.29
Cerebrum leporis. 356.20
Cerebrũ gallinacei. 356.20
Cerebrũ muftelæ. 356.30
erebrũ hirũdinis. 356.30
Cerebrum ouis. 356.30
Cerium. 105.41.279.2
Cerota thaidis. 153.30
Ceruffa. 329.19.423
Chalaziũ oculorũ. 137.25
Chalbane. 419.7
Chalcanthos. 420.2
Chalcuanthos. 420.10
Chalcitis. 419.41
Chamæciffos. 420.20
Chamelæa. 427.2
Chamæleon. 322.35
Chamæleuce. 420.20
Chamæleõ melas. 420.20
Chamæleõ leucon. 420.30
Chamædrys. 420.10
Chamæmelini præparatio. 499.38
Chelidonium. 421.20
Chelidoniũ minus. 421.30
Chelidones. 421.30
Chia. 351.40
Chimetla. 241.36
Chironia. 286.13
χοιράδες. 276.31
Chole. 421.30
Cholemafia. 96.25
Cholera. 179.17
Chondrilla. 422.16
Chondr. alica. 41.26.422.10

Chorion. 230.42
Chrysocolla. 422.20
Chrysocome. 422.30
Cibi mediæ materiæ. 38.24
Cicadæ. 414.10
Cicatrices atræ. 287.15
Cicer. 359.20
Cicera. 42.20
Cichorium. 373.20
Cici. 371.10
Cicis. 371.30
Cicuta. 323.34.380.30
Cimolia. 352.10
Cinerula. 401.24
Cinis. 414.20
Cincinnalis. 335.3
Cinnabaris. 372.10
Cinnamomum. 372.20
Ciphi seleniacum. 505.8
Circea. 372.20
Cisseris. 372.30
Cissos. 373.2
Cistos. 372.40
Citrium. 373.11
Citta. 1.40
Claui remedium. 243.22
Clauus. 139.38
Clematitis. 373.20
Cleopatræ interitus. 315.21
Clinopodion. 373.30
Clysteres. 16.15
Cnicus. 373.30
Coagula. 403.10
Coccimelea. 374.10
Coccus baphicus. 374.10
Coccus cnidius. 374.10
Cœlia gales. 374.7
Cœliaca affectio. 180.21
Cœliacum clidium. 451.22
Cœloma. 139.7
Coeũdi oportunitas. 15.14
Cœruleus. 379.30
Colocynthis. 374.30
Colica ægritudo. 185.8
Colocynthe. 374.30
Colliquatio. 88.11
Colophonium. 408.10
Columella oris. 156.39
Colus agrestis. 346.30
Collyria. 465.1
Collyrium acopum. 133.22
Collyrium Cleonis. 463.12
Κολυμβάδες. 44.24
Comarus. 374.40
Comitialis & eius cura. 118.25. & sequenter.
Commi. 371.10.375.2
Conia somnus. 112.35
Conia. 375.10
Conion. 380.30
Conchylia. 373.40
Condylomata. 230.10
Confectio anetina. 494.7
Conos. 380.40
Consolida maior. 413.2
Contusa. 274.24
Conuulsio. 129.25.275.28
Conyza. 375.10
Κωφώσεις. 148.28
Corallium. 376.30
Cor. 46.34
Cordis affectus. 171.12
Coris. 376.40
Coris herba. 377.10
Coriandrum. 323.18.377.10
Coridos. 377.10
Cornu caprinum. 370.30
Cornu ceruinum. 370.30
Cornu tauri, 370.40
Cornulaca. 415.30
Coronopodium. 431.20
Coronopus. 377.20
Cornus. 378.10
Corpori suaueolentiam conciliantia. 11.40
Coryza. 159.5
Coryza infantis. 4.4
Costus. 377.50
Cotyledon. 377.30
Coxendicis antidotus mitigans dolorem. 449.15
Coxendicis affectus & curationes. 232.16
Crabrones. 308.31
Crambæ species. 378.10
Cratæogonos. 378.20
Crethmon. 378.20
Cretica. 352.10
Crimnon. 378.30
Crisis instantis cognoscendæ ratio. 60.6
Crite. 137.29.378.30
Crocinum. 502.20
Crocinũ diarhodũ. 468.33
Crocodilium. 379.10
Crocomagma. 452.20
Crocus. 379.10
Crommyon. 379.10
Cucumis. 43.5.407.10
Cucurbita. 42.41.374.30
Cucurbita aspera. 410.2
Cucurbita syluest. 425.30
Culices profligãtia. 304.21
Cuminum. 380.10
Cupressus. 380.10
Cutis constipatio. 9.26
Cyamus. 379.20
Cyanos. 379.30
Cyclaminos. 379.30
Cyclaminos altera. 380.2
Cydoniatũ medicamentum. 443.40
Cygnarium. 464.30
Cygnus flauus. 464.34
Cygnus candidus. 464.4
Cyma. 40.16
Cymæ bryoniæ. 40.21
Cyminum. 380.10
Cynosbatus. 380.10
Cynocrambe. 343.30
Cyparissus. 380.10
Cyperus. 380.20
Cyphi. 504.10
Cyphi magnum. 504.38
Cyphoides. 445.30
Cypros, 380.20
Cytisum. 380.30

D

Dades. 354.10
Damascena. 44.37.
Damassonium 354.40
Daphne herba. 354.10
Daphne arbor. 354.30
Daphnoides. 355.10
Daucus. 354.30
Dauci. 40.39
Dentium custodia. 12.27
Dentitio puerorum. 4.14
Dentientibus quid agendum. 4.20
Dentium dolores. 154.20
Diariæ febris notæ. 73.8
Diabetes. 194.31
Diarhodon collyr. 468.18
Δι' αἰγείρου. 497.11
Διὰ ὀποβαλσάμου. 469.22

Διὰ

Διὰ τοῦ Βησασά. 460.40
Διὰ ἠριγέροντος. 474.39
Διαζεμάτων. 465.20
Διὰ χάρτου. 457.29
Διὰ ὀξυμυρσίνης. 457.25
Διὰ θαλίας. 465.40
Διὰ καυκαλίδος. 470.38
Διὰ γραφικοῦ μέλανος. 498.6
Διὰ κέρατος. 467.28
Διὰ λιβάνου. 436.40.467.32
Διὰ μόρων. 460.2
Διὰ καρύων. 460.13
Διὰ χυμοῦ ῥοῶν. 460.22
Διὰ γλεύκους. 460.30
Διαλόης. 468.30
Διάσμυρν) claudiacũ. 466.5
Διὰ χυλοῦ τήλεως. 468.10
Δι' οἴνου. 469.39
Διὰ ψιμυθίου. 475.30
Diacrocum. 470.27
Διΰρεας repercuſſiuorum. 465.24
Diarrhœæ puerorum cohibitio. 4.27
Diarhodon albũ. 468.24
Diarhodon Nili. 468.40
Diacodiũ cõpoſitum. 441
Diapraſij ſyntheton. 442
Diatrion pepereon. 78.10
Dictamus. 355.20
Deiectionum diuerſæ ſpecies. 72.10
Dies decretorij. 58.20
Didymi inflãmatio. 208.8
Difficultas mictiõis. 195.10
Dilutum quid. 325.22
Dionyſia. 263.9
Dionyſias. 355.20
Dioſpolites medicamentum. 444.20
Diphryges. 355.20
Diploma. 45.34
Dipſas. 314.4
Dipſacos. 194.34
Dipſacon. 355.30
Diſtrahentia. 240.36
Diſtemperamentorũ frigidorum medela. 35.3
Δωδεκάθεον medicamentũ. 442.20
Dolor. 87.11
Dorycnium. 326.13.355.30
Dothienes. 269.17
Dracontion. 355.30
Dracontij. 302.12
Draco marinus. 316.18
Dracunculi. 302.12
Drimyphagia. 314.17
Dropax. 494.35
Dropax Gallus Oribaſij. 497.20
Dryinus. 313.23
Dryopteris. 356.10
Dulcis natura. 332.34
Dulces et utiles potiones. 461.5
Dulcis radix. 353.20
Dyſenteria. 182.36
Dyſenteriæ remed. 455.20
Dyſenterijs utiles globuli. 448.20
Dyſpnœa. 162.30
Δυσουρία. 195.10
Δυσώδες. 493.10

E

Ebenus. 356.10
Ebiſcus. 338.40
Ebulus. 338.20
Echidna. 360.20
Ecchymoma. 274.36
Echinaſtrum. 351.10
Echinus. 360.40
Echinus marinus. 361.10
Echinus terreſtris. 361.1
Echion. 361.10
Ectylotica. 289.30
Ecpieſmus. 145.35
Ectrimmatis curatio. 242.38
Ectropia. 136.34.
Aegyptia. 460.34
Erinaceus. 361.10
Elæomeli. 357.30
Elæoſelinon. 358.27
Elate. 358.10
Elaterium. 330.26.407.10.426.6.557.40
Elatine. 358.10
Elaphoboſcos. 358.10
Electri in paſtillis uſus. 451
Electrum. 362.20
Elenium. 358.10
Elimus. 359.5
Elephantiaſis. 247.8
Elephas. 358.20
Embole. 480.5. et ſequent.
Emollientia. 240.32
Emmotõ quid. 243.1.270.38
Empetrum. 359.10
Emphyſemata. 136.3. 273.32
Emplaſtra. 471.17
Empla. διὰ καδμίας. 475.40
Emplaſtra deinceps alia fere infinita. 476
Empl. διὰ ἀλθαίας. 444.17
Emplaſtris ingredientia. 485
Empl. hederaceũ. 474.23
Empl. melanclorũ. 474.30
Empl. Mnaſæi. 473.7
Empl. ex dracõtio. 478.16
Emplaſtrum ex ſemine lini. 472.20
Empl. διὰ μέλιτος. 472.25
Empl. διὰ χυλοῦ. 472.30
Emplaſt. διὰ γύρεος. 472.36
Emplaſt. botanicũ. 472.40
Empl. διὰ ἀσφοδέλων. 473.2
Empl. ex fermento. 473.5
Emplaſt. dothiene. 473.10
Emplaſt. διὰ στρουθίου. 473.16
Emplaſt. ſimilium. 473.20
Empl. διὰ σκόρδων. 473.28
Empl. διὰ πυρρανοῦ. 473.33
Emplaſt. pyrine. 473.40
Emproſthotonos. 130.28
Empyema. 168.3
Encephalum lagoi. 356.20
Encauthis. 138.33
Enula campana. 358.10
Enumeratio ſimplicium uenenorum. 320.6
Enterocele. 206.33
Entheaſtici. 121.34
Ephemerum. 360.30.325.31
Epulis. 154.38
Epicauma. 139.10
Epimelis. 359.20
Epilepſia. 118.25
Epithymon. 359.90.427.20
Epithymbron. 427.20
Epimedium. 359.10
Epipactis. 359.20
Epiphora tumor oculorum. 134.27
Ephialtes. 123.14

Ephialus. 79.16
Epibole. 123.12
Epinyctides. 257.21
Epiphora oculorũ. 133.35
Epithemata. 488.10
Equisetum. 365.30
Erebinthus agrestis. 359.30
Erethria terra. 352.10
Eria rhypara. 359.37
Erice. 360.1
Erigeron. 363.20
Erinos. 110.26.360.1
Eruangina. 395.40
Eruca. 39.35.360.20
Eruca piceæ. 321.29
Eruum. 395.40
Erui usus in medicamentis. 442.10
Eryngion. 363.20
Escarotica. 254.33
Erysimon. 360.20
Erysipelas. 265.25
Erysipelas cerebri. 114.15
Erysi sceptrum. 345.40
Eupatorium. 360.20
Euphorbium. 360.30
Euzomon. 360.20
Exanthemata puerorum. 3.33
Exercitij fructus. 6.20
Exercitationum omnia genera. 6.41
Exochades. 213.20
Extrahẽtia corpori infixa. 291.12

F

FAbæ. 42.26.379.20
Fames uaccina. 94.6
Fauum hulcus. 105.41. 279.2
Febrientiũ alui cura. 97.14
Febricitantium sitis. 95.3
Febricitantium aspera lingua. 95.3
Febrientium nausea. 96.7
Febriles rigores. 90.30
Febris quotidianæ signa. 78.24
Febris quotidianæ curatio. 78.36
Febris quotidianæ & tertianæ discrimen. 76.6
Febris diaria. 73.8
Febris euphoria. 74.1
Febris epialus. 79.2
Febris humoralis notæ. 75.3
Febris humoralis curatio. 75.20
Febris synocha. 79.34
Febr. cõtinuæ notæ. 80.10
Febrium ardentiũ. 80.29
Febrium æstuantium cura. 80.35
Febris erysipelata. 81.6
Febris hectica. 81.27
Feb. hecticæ curatio. 82.19
Febris hemitritæa. 82.30
Febres populares. 83.19
Febris pestilentialis. 84.19
Febres ex humorum redundantia. 85.22
Febris tertianæ cura. 76.30
Febris tertianæ nothæ cura. 77.12
Febris quartanæ signa. 77.30
Febris quartanæ curatio. 77.41
Fecis uini usus. 456.30
Fel. 421.40
Fel multorũ animalium. 422
Fel suillum. 421.40
Fel caprinum. 421.40
Fella auium. 422.10
Felis morsus. 311.5
Fermentum. 361.30
Ferula. 393.10
Ferulago. 363.30
Ferrum. 407.10
Fex aceti. 416.20
Fex uini. 416.10
Fibri testiculorum usus. 453.30
Ficosa exanthemata menti. 106.35
Ficus. 43.13.412.10
Ficus terrestris. 421.21
Ficus Aegyptia. 412.30
Ficus hulcera. 106.25
Figuratio capitis. 27.40
Filicula. 356.10.401.20
Filix. 402.30
Fistula. 289.25
Flos æris. 420.10
Fœniculum. 388.2
Fœniculũ erraticũ. 365.21
Fœnum græcum. 42.32. 414.30
Formicæ hulcera. 260.6
Frigiditatis præsidia. 36.14
Frictio præparatoria. 6.12
Frictiones omne genus. 7.30
Frumentacea. 41.26
Fructus omnes flatuosi. 22.38
Fructus ex arborib. 43.12
Fuligo. 335.42.383.20
Fuligo pictorum. 345.20
Fumus. 368.10
Fungi. 41.16.327.35.391.30
Furunculi. 268.11.269.17
Fusca cõtra calculũ. 446.30

G

GAgates. 384.40
Galactites. 384.10
Galla. 371.30
Galbanum. 419.7
Galion. 350.30
Galipsis. 350.30
Ganglium. 260.22
Gangræna. 264.24
Garus. 351.2
Gelidi natura. 332.32
Geminalis. 396.2
Genista. 410.10
Genituræ nimietas. 153.39
Geranion. 351.10
Geras ophios. 352.30
Ges entera. 352.40
Gigarta. 353.10
Gingidium. 40.4.353.10
Gingiuæ incõmoda. 155
Giris. 354.4
Glabretæ cura. 102.24
Gladiolus. 394.2
Glandes. 45.5
Glaucium. 353.10
Glechon. 353.10
Glicysides. 353.20
Glœos. 353.20
Glœon quid. 274.16
Gluten. 374.30
Glycyrizon. 353.20

Gnapha=

Gnaphalion. 353.30
Gone fylleptica. 506.37
Gongilis. 353.30
Gonorrhœa. 209.15
Gorgilon. 353.40
Gramen. 334.17
Granum cnidium. 364.30
Granum tinctoriũ. 374.4
Grauidarum uictus. 1.18
Gruina herba. 351.10
Gruum caro. 45.19
Gummi cerasorum. 371.10
Gyrgathum. 123.9
Gypsum. 329.9.354.10

H

HAbitus qui calfaciendus. 12.1
Hæmatites. 384.10
Hæmorrhagia locellorũ. 217.14
Hæmorrhoides. 213.37
Hæmorrhus. 313.41
Halatia purgantia. 430.40
Halimon. 39.5.339
Halme. 339.20
Harena. 341.10
Harmation. 469.30
Hastula regia. 346.20
Hecatombe. 467.22
Hedera terrestris. 420.20
Hediosmon. 362.10
Helcysmata. 358.20
Helleborine. 359.20
Helleborus. 358.30.425.10
Helleborus quibus dandus. 435.31
Helleborus quomodo sit præparandus. 436.40
Helichryson. 358.30
Heliocaës causticũ. 457.20
Heliotropium. 362.10
Helxine. 358.40
Helxine cissampelos. 359.1
Hemerocalles. 362.20
Hemicrania. 109.42
Hemionitis. 362.30
Hemiplagia. 126.8
Hepar. 46.34
Hepata diuersorum animalium. 362.30
Hepatica remedia. 445.40
Herba lactaria. 414.40
Herba uenerea. 338.20
Hermodactylus. 360.10
Hermodactyli mica stomacho. 237.7
Hernia. 206.40
Herpes. 265.26
Herpes miliaris. 265.33
Herpes corrodens. 265.30
Hiera Antiochi. 433.10
Hiera Iusti. 433.20
Hiera Galeni. 433.30
Hiera Ruphi. 433.40
Hircina origanos. 415.30
Hippocampos. 365.10
Hippolapathon. 365.20
Hippomarathron. 365.20
Hippophaës. 365.40
Hippopotamus. 365.30
Hipposelinon. 365.30
Hippuris. 365.30
Hircus sub alis. 173.38
Hirundines. 421.30
Hirundinaria. 421.20
Hirudines. 322.20
Hordeum. 42.2.378.30
Hordeolum. 137.29
Holera esculenta. 38.33
Hominis morsus cura. 317.3
Hulcera articulorũ. 291.2
Hulcera flaccida cum humore. 284.28
Hulcera cacoëthe. 286.13
Hulcera cacoëthe curans. 454.40
Hulcera sordida. 281.39
Hulcera immatura. 280.18
Hulcera plantæ. 243.3
Hulc. uermiculosa. 282.14
Hulcera cicatricem desiderantia. 284.37
Hulcera inflãmata. 280.14
Hulcera concaua. 280.42
Hulcerum lacunæ. 287.21
Hulcus simplex. 279.13
Hyacinthus. 416.40
Hydrargyros. 417.10
Hydrocele. 206.40
Hydropiper. 417.10
Hydrops. 200.2
Hydromalum. 461.43
Hydrorosatum. 462.10
Hydron. 417.10
Hydrophobica affectio. 306.16
Hydrus. 314.31
Hygidiũ ammonij. 466.24
Hygra. 412.3
Hyoscyamus. 323.5.417.30
Hypericon. 417.30
Hypecoon. 417.40
Hypoglosson. 418.25
Hypocistis. 418.5
Hypophæston. 418.10
Hyssopum. 418.10
Hypochyma. 143.24
ὑπώπια. 140.8.152.36
Hyposphagma. 135.36

I

IAspis. 384.20
Iaton. 500.29
Ichthyocolla. 366.30
Ictus uenenatorum. 308.3
Ichor quid. 221.35
Idæa radix. 364.30
Iecoraria catapotia. 446.10
Iecoris temperaturæ notæ. 32.5
Iecoris affectus. 196.8
Ignis sacer. 114.15.265.25
Ignis exustiones. 257.13
Ilambonis. 465.30
Illecebra. 414.30
Ileo. 188.4
Ileosi stomacho. 178.20
Ilex. 402.10
Impetigo. 252.15
Impotentiæ cura. 15.20
Incubi. 123.13
Inflatio. 273.32
Intemperantiæ frigidæ cũ ratio. 34.27
Intemperaturarũ pulmonis indicia. 30.32
Intercus. 200.2
Inflammatio. 260.35
Insanientes amore. 124.22
Intertrigenes fœmorũ infantis. 5.7
Intestinorũ lenitas. 180.21
Intybum. 38.39
Iocinorosorum remedia. 445.20
Ionthi. 153.16

Iris. 366.10
Iris Illyrica. 426.30
Iris ſylueſtris. 393.40
Irion. 360.20
Irritamẽta Veneris. 14.38
Iſatis. 366.10
Iſopyron. 366.10
Iſotheum. 469.34
Itea. 366.10
Iuncus odoratus. 413.20
Iuncus quadratus. 380.20
Iuniperus. 344.10
Ixia. 325.15
Ixos. 365.10

L

LAbrũ Veneris. 355.30
Lacaphthon. 505.1
Lac. 350.10.47.6
Lac coagulatum. 328.33
Lactipotatio. 47.17
Lactis elixatio. 47.30
Lac diacochleon. 47.40
Lac fiſſile. 48.2
Lactis trutina. 2.34
Lactis uitioſi emendatio. 3.2
Lac generantia. 3.18
Lacerta. 405.40
Lacerta chalcidica. 406.30
Lactarius lapis. 384.10
Lactuca. 38.34.364.10
Ladanum. 381.10
Lagopos. 381.10
Lana ſuccida. 359.30.394.20
Lapathon. 381.30
Lappa. 393.30
Lappa minor. 344.20
Lapides. 383.40
Lapides in ſpõgijs. 385.10
Lapſane. 381.20
Laſerpitium. 407.30
Lateralis dolor. 169.25
Lathyrides. 381.20.426.10
Laureola herba. 355.10
Laurus. 354.30
Legumina. 42.21
Lemneſtis. 496.33
Lemnia terra. 351.20
Lentes. 42.21.418.20
Lenticula paluſtris. 418.20
Lentigo. 152.28
Lentiſcus. 413.10
Leontopetalon. 382.40
Lepidium. 382.10
Lepis. 381.10
Lepra. 251.7
Lepus marinus. 321.39
Lethargus. 114.25
Lethargi curatio. 115.2
Leucacanthon. 382.20
Leucas herba. 382.30
Leuce. 254.18.383
Leucoion. 382.30
Leucomata. 140.35
Libanium. 467.38
Libanotides. 383.6
Libanotos. 383.10
Licapſos. 386.20
Lichen. 381.40
Lichenæ. 252.15
Lichenes caballorũ. 382
Lien. 46.36
Lienis affectus. 202.24
Λειεντερία. 180.21
Lignorum. 405.20
Lignys. 383.20
Liguſticum. 383.30
Lilium. 378.40
Lilium ſylueſtre. 362.20
Limaces. 377.30
Limonium. 381.40
Lingua. 46.15
Lingua febrientium ſcabra. 95.31
Lini ſemen. 386.2
Linozoſtis. 386.10
Lippitudines. 133.3
Liquida Eraſiſtrati. 471.3
Liquores letiferi. 320.11
Lithargyros. 383.30
Λιθίασις. 189.25
Lithoſpermon. 385.40
Liuoris emendatio. 12.20
Lixiuium. 375.10
Locellorũ exhulceratio. 222.2
Locuſtæ. 338.20
Lolium. 337.10
Lonchitis. 386.20
Lotium hominis. 397.10
Lotij ſignificationes. 72.32
Lotium cientia. 17.33
Loti ſpecies. 387.10
Lucis perturbatio. 133.22
Lumbrici. 297.31
Lumbrici terræ. 352.40
Lumbrici teretes. 298.18
Lupini. 42.31.363.41
Lupinus agreſtis. 364.4
Lutum Aegyptiũ. 351.20
Luxata. 274.24
Lycaon. 124.2
Lycanthropia. 124.2
Lychnis. 387.2
Lycion. 386.30
Lycopſos. 334.13
Lynceus oxydorcicus. 468.43
Lyſimachium. 386.40

M

MAcer. 387.20
Maciei membrorum cura. 25.40
Macilentorum educatio. 25.28
Madaroſis. 137.39
Madaroſis ſuperciliorũ. 138.15
Magnites. 385.2
Maiorana. 340.20
Malabathrinum. 469.34
Malabathron. 387.20
Malaciæ curatio. 15.35
Malagmata omnis generis. 488.10.493
Mala. 390.4
Malorum uſus. 443.20
Malum terræ. 344.10
Malus perſica. 390.10.389
Mala medica. 2.14
Mala punica. 44.14.375.10
Malua. 38.41.307.30
Maluæ ſemen. 447.30
Mammarũ afflictiones & curæ. 172.18
Mamiras. 387.30
Mãdragora. 324.28.387.40
Manna. 387.40
Mania. 121.17
Marathrum. 388.2
Marrubium. 401.40
Marrubium nigrũ. 348.2
Marrubinũ ſemen. 447.20
Maſtiche Chia. 388.10
Maſtiche Aegyptia. 388.10
Maſtucha. 505.22

Maſtu-

Mastuchæ præparatio. 505.22
Maza. 42.5
Medicamenta extenuantia. 24.42
Medicamen e citrio. 430.7
Mecones. 389.20
Melan. 388.15
Melancholia. 121.17
Melãcholiæ species. 121.20
Melanteria. 388.10
Melanthium. 388.20
Mel. 388.30
Melamarum. 388.40
Mel uenenatum. 328.2
Melea Armeniaca. 390.10
Melia. 389.2
Melicerides. 277.39
Melilotum. 389.6
Melirites. 384.10
Melissophyllon. 389.10
Melitera Oribasij. 456.30
Meloplacuntij præparatio. 445.30
Memæcylos. 389.10
Memoriæ labes. 117.3
Menses trahentia. 19.33
Mensium mora. 215.25
Mensium nimietas. 217.14
Menta satiua. 362.10
Mentis agitatio. 112.5
Meon. 390.20
Mercurialis. 386.10
Mespila. 44.16.389.10
Metalla uenenosa. 320.22
Metopium. 501.19
Metrenchitæ. 301.36
Micetæ. 41.16
Milax. 390.20
Milium. 42.9.370.8
Milij solis usus. 447.20
Millipedæ. 395.4
Minium. 351.30
Mirepsica. 347.20
Misy. 390.30
Mithridatidis. 439.30
Modius Italicus. 496.42
Modus elixationis ingredientium emplastra. 485
Mola. 224.32
Moly. 392.20
Molybdena. 390.36
Molybdos. 390.30
Monemeron. 464.20
Mora. 43.25
Morbus comitialis. 118.25
Morbus regius. 204.18
Morea morus. 391.10
Morosis. 117.9
Morsus uenenatorũ. 311.2
Muliebris nimia purgatio. 217.14
Muliebrium locellorũ affectiones. 215.7
Mulieris grauidæ signa. 1.12
Mulierum accidentia. 1.10
Mulus. 416.2
Muræna. 316.11
Muria. 339.20
Murices. 391.22
Mustela. 350.30
Mustelæ uenter. 37.7
Myagros. 391.20
Myaros. 392.20
Mycetes. 391.30
Mydriasis oculorũ. 142.26
Myelos. 397.30
Myeroxos. 384.10
Myocephalon. 139.35
Myopiasis. 145.15
Myos otis. 391.40
Myrice. 392.2
Myriophyllon. 392.10
Μύρα. 498.34
Μυράκοπα. 498.36
Myrobalanum. 347.20
Myrrha. 392.10.409.30
Myrrhine. 392.10
Myrsinatum. 475.23
Myrtetum. 462.23
Myrtus. 392.10
Myza. 391.40

N

NApy. 392.30
Narcissus. 393.10
Narce thalassia. 393.10
Narcotica. 186.42
Nardinum. 466.42
Nardus Celtica. 392.40
Nardus orea. 393.2
Narium affectiones. 150.6
Narthex. 393.6
Nascaphthon. 392.30
Nasturtium. 39.38.368.20
Natrix. 314.31
Naxias. 385.20
Nephelia. 140.38
Nepita. 367.10
Nerium. 393.20
Nerui pũcti remed. 294.26
Nerui saucij. 293.35
Neruorum abscessus cura. 263.6
Neuras. 393.20
Nigella. 330.26
Nitrosæ aquæ. 22.2
Nitrum. 386.10
Nomæ. 283.15
Notæ finis morbi. 58.10
Notæ morbi diutini. 57.24
Notæ salubris letalisq; morbi. 56.38
Nuces. 44.8.369.10
Nuclei acinorũ uuæ. 353.10
Nux pini. 43.42
Nutrix qualis eligenda. 2.18
Nutricis ætas. 2.21
Nutricis nutricatus. 2.20
Nymphæa. 393.28
Nyctalops. 143.7

O

OBesorum extenuatio. 24.33
Ochra. 352.30
Ochri. 42.35
Ocimastrum. 338.40
Ocimoides. 42.42
Ocimon. 39.39.423.40
Ocimũ aquaticum. 360.1
Oculorum phlegmone. 133.34
Oculorum hulcera. 139.4
Oculorũ cicatrices. 140.33
Oculorũ chemosis. 135.23
Oculorum caligo. 13.6
Oedema. 273.4
Odoratus oblæsio. 150.6
Oenanthe. 394.10
Oenãthij pręparatio. 503.2
Oesypus. 394.20
Oleastellum. 421.10
Oleæ lachryma. 357.10
Oleomel. 357.40
Oleosi natura. 332.35

Olea. 356.30
Oleorum cõcinnationes. 498.14
Oleorum genera. 499
Olearia cotis. 385.30
Oliuæ. 44.23
Oliuæ catharticæ. 430.20
Oloſtium. 394.30
Olympus. 466.30
Olympiacum. 466.30
Olynthi. 394.20
Olus atrum. 39.28
Omphacion. 394.30
Omphacomel. 462.20
Onagra. 394.30
Onoclea. 334.23
Onochilos. 334.32
Onobrychis. 395.2
Onoma. 394.40
Ononis. 395.10
Onyches. 395.10
Onyx oculorum. 140.11
Opiſthotonos. 130.30
Opium. 324.10
Ophiaſis. 101.14
Ophthalmiæ. 133.3
Oreoſelinon. 395.30
Orchis ſerapias. 396.10
Origanus. 395.30
Oryza. 42.13.396.10
Oris ſacri exhulcerati curatio. 99.35
Orobus. 395.40
Orobanche. 395.30
Orchis. 396.10
Orys. 356.10
Orminon. 396.
Orthopnœa. 162.30
Oſiris. 396.20
Oſſa. 396.20
Oſſa ſuum. 396.30
Oſtraca. 396.40
Oſtracites. 385.20
Oſtrea. 397.6
Oſtreorum uſus. 456.40
Othonna. 394.10
Oua. 45.27
Oui albor. 423.10
Oui uitellus. 423.20
Ozæna. 150.25
Oxymel. 429.10
Oxymel Iulianum 121.4
Oxymel quomodo fiat. 440.6
Oxymel ſplenicũ. 446.10
Oxymel ſcilliticũ. 440.20
Oxymel pro calculoſis. 446.20
Oxycanthos. 395.20
Oxyſter. 467.5

P

Paeonia. 353.20
Pæonia antidotus. 446.10
Paliurus. 397.30
Palmæ. 44.19
Panax Heracleum. 397.40
Panaces Aſclepion. 398.2
Pancracium. 397.30
Panicum. 42.9.359.1
Panis. 41.30.345.10
Pannus. 403.20
Panus. 268.10
Papauera. 389.20
Papaueris uſus. 441.20
Papaueris ſuccus. 324.7
Papauer nigrum. 389.30
Papauer corniculare. 327.2
Papulæ. 257.2
Papyrus. 398.10
Paralyſis curatio. 125.40
Paralyſis partium. 210.39
παρακμή. 171.2
Paraſyrmatũ cura. 459.33
Paraphroſyne. 112.15
παρασυνάγχη. 156.33
Pardalianches. 338.10
Pareſes ſingularum partium. 128.8
πάρεσις. 126.26
Pareſis quæ colicam ſequitur. 129.14
Pariſthmia. 156.9
Paronychia. 398.10.243.41
Parotides. 149.17
παρυγρόν. 475.34
Parthenion. 427.30
Partes animalium. 46.13
Partus difficultas. 230.41
Parulis. 154.38
Paſſer. 416.20
Paſtinacæ. 40.39.410.20
Paſtinaca marina. 316.11 416.10
Paſtillorum differentia. 449.30
Paſtillorũ ſcilliticorũ præparatio. 437.30
Phœnix herba. 419.10
Phœnix. 419.10
Phœum. 465.6
Phormion. 419.20
Phoxæ. 28.8
Phrenitis. 112.5
Phrygius. 384.30
φθειρία. 106.42
Phthiſis. 142.38.168.3
Phthiſicis conferens electuarium. 442.3
Phu. 419.20
Phuſca cathartica. 430.20
Phycos. 419.30
Phyllitis. 419.34
Pica unde. 2.3
Picearũ erucæ. 321.29.400
Piceæ cortex. 400.8
Picra Galeni. 444.30
Pili. 416.10
Pili ex cõbuſtionibus naſcuntur. 359.15
Pilos extenuantia. 103.4
Piper. 398.20
Piperis uſus in antidotis. 441.20
Piperũ trium medicamentum. 444.16
Pira. 44.12
Pirum ſylueſtre. 347.10
Pirus. 343.24
Piſſa. 399.30
Piſſelæon. 399.30
Piſces. 48.17
Piſces corio teſtaceo præditi. 48.30
Piſces molles. 49.2
Piſces ſine ſquamis. 49.7
Piſces cetacei. 49.15
Piſcium gluten. 366.30
Piſcium ius. 361.40
Piſtacium. 399.40
Pituitã euacuantia. 427.40
Pituitæ uentris cura. 16.32
Pityides. 400.2
Pityæ. 403.10
Pityuſa. 400.10
Pityriaſis. 105.5

Plantago. 344.30
Plantæ mortiferæ. 320.16
Platanus. 400.10
Pleuritis. 169.25
Plumbum. 330.14.390.40
Plumbago. 90.30
Pneumon. 400.10
Podagra. 234.13
Podag. præseruatio. 241.22
Podagr. antidotus. 448.20
Podagrica ex hermodactylis. 431.2
Pœcillum. 495.35
Polemonion. 400.30
Polenta. 42.3
Pollen. 354.10
Polion. 400.4
Polygalon. 401.2
Polygonaton. 401.10
Polypodiũ. 401.20.427.19
Polycnemon. 401.19
Polypus. 150.22
Poma. 44.7
Pomorum in medicamentis usus. 443.20
Pompholix. 401.30
Ponderum & mensurarũ ratio. 511
Populus alba. 383.2
Porrigo. 105.5
Porrum. 41.4
Porrum agreste. 341.10
Portulaca. 342.20
Potamogiton. 401.30
Poterium. 393.20.401.30
Prason. 402.3
Prasion. 401.30
Præparatio sanguinis testudinis marinæ. 316.30
Prester. 314.10
Protrigines. 243.13
Priapismus. 210.18
Principium morbi quod. 56.28
Proteus. 469.14
Pruritus puerorum. 4.10
Prunus. 374.10
Proptosis. 139.33
Procidẽtia umbilici. 206.2
Præcocia. 44.4
Propolis. 402.10
Profluuiũ muliebre. 218.28
Prophylactica omniũ uenenatorum. 304.8
Procidentia uteri. 227.2
Prurigo. 153.11
Psaron. 457.17
Psilothra. 206.17
Psilothrũ podagr. 458.41
Pseudodictamon. 422.40
Psitacium. 475.20
Psora. 251.7
Psoricon. 423.10
Psorophthalmia. 136.6
Psyllium. 423.5
Psydracia. 105.21
Ptarmice. 151.20.402.22
Pterygia. 141.18.244.19
Ptelea. 402.20
Pteris. 402.32
Ptillosis palpebrarũ. 138.11
Ptisanæ decoctio. 42.14
Pudenda curans pastillus. 453.40
Pudendorum uitia. 210.16
Pudendorum carbũculi. 271.30
Pueri educatio. 3.21
Pueritiæ & reliquarũ ætatum educatio. 5.30
Pulegium. 353.10.427.20
Pulicaris her. 323.30.423.10
Pulmo. 46.37.400.24
Pulmonaria. 163.40
Pulmonis tẽperiei signa. 30.32
Pulsus quid. 61.21
Pulsuum genera. 62.2
Puls cathartica. 431.30
Pulticula. 335.22
Pumex. 372.37
Purgãtes se, quid faciant. 432.3
Purgatorium aquagium. 429.30
Purgatoriũ e cotonijs confectum. 430.4
Purgatoriũ ex rhodomelite. 429.30
Purpuræ. 401.10
Pycnocomon. 402.30
Pyrethrum. 402.40
Pyrites. 384.20
Pyros. 403.4
πύρωσις. 208.6

Q

QValitatum gradus. 333.5
Quatuor corporis partes. 52.13
Quæ grauem arcent odorem. 24.25
Quercus. 356.10
Quinquefolium. 398.10
Quomodo coporis color emendetur. 12.10

R

RAdices esculẽtæ quæ sint. 40.27
Radices uirulentæ. 320.13
Radicula. 41.2
Radix rhodia. 404.10
Ranæ. 348.20
Ranunculum. 348.10
Raphanus. 403.30
Rapum. 353.40.379.30
Raucedinis cura. 160.28
Recrementũ argenti. 20.
Renes. 46.23
Renum affectiones. 189.25
Res Venerea. 14.22
Resinæ. 403.40
Rigor & differentiæ eius. 130.32
Rha. 403.30
Rhagadum cura. 211.29
Rhagades digitorũ & reliquarum partium. 242.14
Rhamnus. 403.30
Renum dolores sedantia. 447.10
Rheumatibus medicamẽtum conueniens. 442.30
Rheum. 403.30
Rhicinus. 372.10
Rhinarium. 467.10
Rosatũ thymiama. 503.27
Rhodia. 957.8
Rhodia rhiza. 404.10
Rhodomalum. 462.12
Rhodostactum. 462.35
Rhœa. 404.20
Rhœtum. 462.39
Rhus. 404.30
Rhyphos. 404.40
Rhyas. 138.35

Rosa. 404.10
Rosacei prępar. 499.28
Rosmarinum. 383.10
Rostra. 46.14
Rubeta. 322.10
Rubia passiua. 360.10
Rubigines ignitæ. 114.15
Rubrica sinopica. 351.30
Rubus. 348.10
Rugati corporis medela. 11.34
Rupta. 290.30
Ruptura. 275.12
Ruta 399.20
Ruta syluest. 330.26.392.20
Ruta Venerem obtūdit. (15.2

S

Sabina. 349.30
Sachar. 388.40
Sagapenum. 405.10
Sandaracha. 329.34.405.10
Sandyx. 405.10
Salamandra. 321.19.405.10
Sales. 338.30
Sales theriaci.349.11.439.18
Salis flos. 339.30
Saliua. 406.30
Saliuaris. 402.40
Salix. 366.20
Salix amerina. 334.10
Salsi natura. 332.33
Sambucus. 338.20
Samia terra. 351.40
Sampsychon. 405.10
Sanguinis profluuium ex naribus. 151.30
Sanguinem euacuantia. 133.5
Sanguinē sistentia. 292.13
Sanguinis è uena arteriáue eruptio. 291.21
Sanguinis stillicidiū. 98.6
Sanguinis nariū eruptio. 98.6
Sanguinis usus. 439.40
Sanguis. 46.42.336.6
Sanguis diuersi generis animalium. 336.11
Sanitatis tuēdæ ratio.51.41
Saphirus. 385.30
Sapo. 405.20
Sapo Constantini. 458.37
Sarcoma. 150.24
Sarcothlama. 274.33
Sarcocolla. 405.20
Sardonia. 326.29
Satietas quid noceat. 13.20
Satietas & fames obsunt. 3.41
Satureia. 364.30
Satyrion. 405.30
Satyriaca antidotus.448.10
Satyriasis. 209.37
Saura. 405.30
Saxiphragos. 405.30
Scammonia. 425.30.408.10
Scammonia nocet stomacho. 236.41
Scandix. 408.10
Scilla. 408.20
Scillæ medicamen. 440.30
Scingus. 408.20
Scirrhi. 275.35
Schistos. 384.10
Sclerophthalmia. 136.19
Scleroma uteri. 224.2
Scolopendria. 408.30
Scolopend. duplex.310.29
Scolymon. 408.30
Scopi qui in febrib. discutiendi. 56.20
Scordion. 408.40
Scorodon. 409.10
Scorodoprason. 409.10
Scorpion. 409.10
Scorpius terrestris.409.10
Scorpius marinus. 316.25. 409.10
Scorpionis ictus. 308.33
Scoria. 409.20
Σκοτωματικοί. 118.2
Scroti inflammatio. 208.8
Schœnos. 413.20
Scytale. 313.18
Securidaca. 362.10
Sedis uitia. 211.16
Sedis unctiones. 434.10
Selusina. 351.40
Semina letalia. 320.8
Seminalis. 401.10
Seminis incontinentia. 209.15
Semperuiuum. 335.12
Senectutis ratio uictꝰ. 11.8
Senecta serpentis. 351.30
Senecta aspidis. 352.30
Sepedones. 283.17
Sepiæ testa. 406.20
Selinon. 406.2
Seriphum. 406.10
Seris. 406.10
Serpentaria. 355.30
Sertula campana. 389.10
Serpyllum. 360.10
Sesamum. 406.20
Sesamoides. 406.20
Seseli. 353.40.406.10
Sialon. 406.30
Siccitatis præsidia. 36.2
Siccificans medicamentū. (442.40
Sicyos.407.10
Sideritis. 406.30
Sideritis Achillea. 406.40
Sielismus stomachi. 175.38
Signa temperaturæ cordis. 31.8
Silpha. 407.20
Silphium. 407.30
Sillybon. 407.20
Silurus. 407.20
Sinapi. 39.38
Sinapismus quid. 186.31
Sinapismi præpar. 497.32
Singultus. 96.35
Sinus attritis uestibus similes. 289.2
Sion. 39.29.407.40
Sisaron. 407.40
Siseris. 40.39
Sison. 407.30
Sisymbrion. 408.2
Sitis febrientium. 95.3
Smegmata uaria. 455.30. 458. per totum
Smilax. 409.20
Smyris. 385.10
Smyrna. 409.30
Smyrnium. 39.33.409.40
Solanum. 326.13.411.30
Solaris maior. 362.10
Sorba. 44.16
Solastrum. 406.30
Solstitio æstiuali qui regnant morbi. 54.11
Solstitio brumali qui incidant morbi. 53.38

somni

Somni. 50.28
Sonchus. 410.2
Sorbus. 394.10
Sory. 413.30
Sparganion. 40.10
Spasmus. 129.25
Spasmus cynicus. 128.12
Speclarion. 40.10
Sphecle quid. 278.26
Spondylion. 413.10
Spina alba. 337.30.382.20. 403.30
Spica nardi. 392.30
Splenicus pastillus. 452
Splenium. 257.33
Spodiacum. 465.33
Spodion. 410.20
Spõgia hydropicis. 493.2
Spongos. 410.10
Spuma argẽti. 330.2.383.30
Spuma nitri. 347.10
Spuma salis. 339.40
Sputi consideratio. 75.21
Sputum sanguinis. 164.38
Squama. 382.10
Squamationes. 359.23
Stachys. 410.30
Stacticũ Prosechij. 466.18
Staphyloma. 139.36
Staphylinus.410.20.354.30
Steata. 410.30
Steatomata. 277.3
Stercora animaliũ. 375.20
Sterilitatis curatio. 228.2
Sternutamenta. 92.35
Sternutamentaria. 402.20
Sternutationes prolicientia. 151.20
Stimmi. 412.11
Stigmata. 256.27
Stœbe. 411.15
Stœchas. 411.20
Stomacho accidẽtia. 174.9
Strabismus. 145.27
σραγγουρία. 195.10
Stratiotes. 411.20
σρέμματα. 274.24
Strigmẽta balneorũ.353.20
Strigmenta. 404.40
σρόφοι. 179.8
Struthocamelina caro. 45.18
Strumæ. 276.31
Strychnon & eius species. 411.30
Stypteria schiste. 412.3
Styrax. 412.10.428.7
Succedanea pharmaca. 507.3
Succus cyrenaicus. 431.20
Sudor. 364.40
Sudores febriles. 91.31
Sudorifica medicamina. 19.42
Suffocatio uteri. 225.34
Suffusio oculorum. 145.4
Sugillata. 140.8
Suilla caro. 45.9
Sulphur. 363.30
Superciliũ Veneris. 392.10
Susinum oleum. 500.10
Sycomora. 44.40.412.20
Syncopa. 171.20
Syderatio. 264.24
Symmetria ceræ ad oleum ad confectiones emplastrorum. 484.34
Syca. 412.10
Syriases infantium. 5.16

T

Taedæ. 354.10
Tæneæ. 300.26
Talum bouis. 396.30
Tamarix. 392.2
Tauri gluten. 413.40
Taurocolla. 413.40
Tarichorum piscium caro 413.30
Taxus. 409.20.326.7
Tela ẽ corpore extrahentia.291.12
Telephion. 414.30
Telephia. 286.13
Tellinæ. 414.2
Telis. 414.30
Temperaturarum omniũ notæ. 26.9
Temulentia. 14.2
Tenesmus. 182.2
Tenontes. 276.15
Terra. 351.10
Terra culta. 351.10
Terra sigillata. 351.20
Tephra. 414.20
Terminthos. 269.34.414.10
Terebinthus.414.10 (10
Terrestris crocodilus. 408.20
Testæ. 396.40
Testes. 46.23
Testes fibrorum. 369.40
Testiculus canis. 396.10
Testiũ tẽperaturæ notæ. 33.4
Tetanus. 130.32
Tetrapharmacũ basilicũ. 472.10
Teucrios. 414.20
Teutlon. 414.10
Thalia. 465.36
Thalasserus. 469.26
Thalietrum. 363.20
Thapsia. 330.26.363.30
Thlapsi. 364.10
Thelipteris. 364.10
Theodotium paruũ.467.5
Theriaca aduersus uenena. 305.38
Theriacales pastilli.437.40
Theriaces prẽparatio.43.8
Theriaces consideratio. 437.20
Thermarũ genera. 21.46
Thermus. 363.40
Thermus agrius. 364.40
Tibia. 418.40
Titanos. 415.10
Tithymallus. 414.40.426
Tofi. 240.26
Tormẽ intestinorũ. 182.36
Toxicum. 327.16
Thus. 383.10
Tymbra. 364.30
Thymiama crinatũ. 504.32
Thymiamata. 504.16
Thymus. 364.20
Trachoma. 137.14
Trachomaticum. 470.8
Tragacantha. 415.20
Tragion. 415.20
Tragoriganon. 415.34.427
Tragossitodes.415.40 (30
Tremores. 132.11
Tria animaliũ uentris genera. 297.31
Tribolos. 415.30

Trichiasis. 138.24
Trichocallia. 138.30
Tridax. 364.10
Trifoliũ odoratũ. 389.20
Trigle piscis. 416.2
Trigon thalassia. 416.10
Triphyllon. 405.30
Tripolium. 416.6
Triticum. 41.34.403
Trixago. 420.10
Troglodites. 410.20
Tubera. 41.10
Tuber terræ. 417.20
Tumor. 273.2
Tussis. 159.15.161
Tussis infantis. 4.4
Tussis febrientium. 92.8
Tussilago. 348.40
Tylosis. 137.16
Tyros. 416.30
Tympanite quomodo ab alijs tumoribus differat. 273.16

V

VAleriana. 419.20
Vari. 153.16
Verbascum. 419.5
Verbenaca. 398.30
Venarum ariditatis præsidia. 35.14
Venerea. 386.20
Venena. 317.20
Venenatorũ curatio communis. 304.40.318.35
Ventriculus. 46.38
Vẽtriculi temperaturæ signa. 29.40
Ventris inflatio. 178.28
Ventris incõmoda. 174.9
Venus nocet aridis & frigidis. 34.34
Veratrum. 358.30.425.10
Veratrũ candidũ. 330.26
Veratrũ nigrum. 425.20
Veratrũ in pastillis. 454.20
Verberib. percussis. 159.7
Vergiliarũ exortu qui dominentur morbi. 54.6
Verticillum. 413.10
Vesicæ remedium. 448.3
Vesicæ abscessus. 192.8
Veternus. 51.33.114.25
Veteramenta. 355.10
Vertiginosi. 118.2
Victus singulorũ anni tẽporum. 22.20
Victus degentiũ in negotio. 23.6
Victus iter facientiũ. 23.28
Victus nauigantiũ. 24.13
Vigilia. 51.8
Vigiliæ febrientiũ. 88.24
Vinum. 331.3.394.20
Vini facultates. 49.23
Vinum uermiculũ. 49.29
Vinũ purgatoriũ. 430.20
Vini abstinentia podagra liberat. 239.30
Viola alba. 382.30
Vipera. 360.30
Viperæ morsus. 311.40
Vires alimentorũ. 37.32
Viscum. 365.10
Vitex. 334.10
Vitiligo. 254.19
Vites. 341 20
Vitrum. 417.3
Vlarum tinctura. 140.10
Vlmus. 402.20
Vmbilicus ueneris. 377.30
Vnctiones oris, gutturisque. 459.12
Vnguenta. 19.6
Vnguentorum concinnationes. 498.14
Vnguinalis herba. 398.10
Vnguis oculorum. 140.11
Vnguium mala. 243.41
Vnitatis solutio. 275.12
Vociferationum utilitas. 8.16
Voluuli stomachi. 178.20
Vomitoria medicamenta. 435.2
Vomitũ prolicientia. 17.2
Vranium. 468.5
Vrinæ. 72.30
Vrinæ stillicidium. 195.10
Vrinariarum partium abscessus. 192.6
Vrtica. 40.2.337.20
Vstilago rustica. 355.20
Vteri morbi 215.7
Vteri clausura. 227.35
Vteri inflatio. 225.4
Vteri suffocatio. 225.34
Vteri abscessus. 221.8
Vulpes. 340.10
Vultus uitia & medelæ. 152.12
Vuluæ rhagades. 230.10
Vuæ. 43.12
Vua passa. 346.10

X

XAnthion. 393.30
Xanthon. 457.13
Xerocollyrium 470.13
Xerophthalmia. 136.25
Xiphion. 394.2
Xiris. 393.40

Z

ZEa. 361.20
Zingiber. 361.20
Zomos. 361.40
Zopirus. 446.2
Zosimi synchrisma. 497.14
Zythus. 361.30
Zyme. 361.30

INDICIS FINIS.

PAVLI AEGINETAE
MEDICI OMNIVM PRAESTANTISSIMI, IN LIBROS DE ARTE MEDENDI PRAEFATIO, ALBANO TORINO VITODVRENSI INTERPRETE.

NON qui ueteribus, eorum quæ ad artem ſpectãt prætermiſſum quicquam putem, inſtitutũ nobis hoc opus eſt, ſed quî in cõpendium doctrina redigatur: Contrà enim, non tam recte quàm abſolute etiam illis ad unguem omnia elaborata cenſeo. Recentiores uero noſtræq; ætatis homines, præterquam quod eos attingere non curant, etiam (proh pudor) uanitatis accuſant, unde cõmentationis huius cõſilium cœpimus: his quidem cõpendium, quod ut ueriſimile eſt, quærunt, nobis uero exercitiũ futuram: Abſurdum enim eſt rhetoras forenſiũ rerum præceptis breuibus, ac ueluti coambulonibus (ſic enim uocãt) quibus legum quidem omniũ ſummam quandam ad uſum expedita tenetur, uti, nos autem eadem negligere: Quanquam illi non momentum ſolum & perexiguũ, ſed iuſtum cogitandi reputandiq; negocij tempus prorogare ſibi poſſunt: nobis contrà, uel nunquã, uel perraro ſanè facultas ea datur: quando in morbis quibuſdam, recuſare cunctariq; ſæpenumero abſque graui diſcrimine non licet: unde recte admodum Hippocrates ὀξὺν τὸν καιρὸν, id eſt, ſubitariam ac pernicem eſſe occaſionem, docuit. Illos ſiquidem in ſolis propemodum urbibus uſus occupat negociorum, ubi magna librorum copia eſt: Medicis uero non in urbibus, agris'ue, aut ſolitarijs locis tantum, ſed iam & mari, in ipſis perſæpe nauibus, repentium morborum neceſſitas incidit, in quibus mora uel interitum, uel extremum periculum adfert. At uero, uel rationem, uel ipſam per ſingula materiam medendi uniuerſam memoria tenere; nihil magis arduũ, & nullus tam impoſſibilis queat eſſe conatus: hinc epitomen illam parauimus, è priſcorum medicorum monumentis conſarcinatam: Neq; enim ex nobis natum quicquam adiunximus, paucis quibuſdam exceptis, quæ in arte exercenda notaui, & experientia deprehendi. Pleriſq; uero medicorũ illuſtriũ ſcriptis cõgreſſus Oribaſij præſertim (qui & ipſe ſua aliunde decerpſit, uniuerſam in eis medendi rationẽ cõplexus: nam poſt Galenum, & iuniores etiam Galeno fuit) præcipua ex omnibus delegi, morbo nullo, quantũ id fieri potuit, prætergreſſo: Nam illud in ſeptuaginta libros diuiſum Oribaſij uolumen, medicinæ quidem argumẽtum omne tenet, Sed parare tam immenſum opus haud cuiusuis eſt, Epitome uero ad ipſius filiũ Euſtathiũ ſcripta, quæ ab integra morborum omnium tractatione multũ abeſt, etiam cæ-

Exordium abruptum.

terarum disputationem imperfectam habet, nec causis, nec differentijs interdū etiam nec curatione ipsa, & alijs etiam quæ cōmemorari solent, plene & cōsummate perscriptis. Hoc uero quicquid est opusculi, morborum omne genus uel in similaribus, uel instrumentarijs corporis partibus, uel partium continui dissolutione uisuntur, cum notas, tum causas, tum curationes cōplectitur, necꝙ in summa tantum, sed ubicunꝙ res ipsa ferebat fusius etiā. Ante hoc uero idem, de tuenda sequunda ualetudine perscripsimus negocium totum. Postremo de simplicium medicamentorum uiribus compositisꝙ sermonem fecimus.

QVIDAM SEPTEM TOTIVS OPERIS VOluminum (uniuersum enim opus in septem libros diductum est) scopi.

SCOPVS LIBRI PRIMI.

In primo quidē uolumine, uniuersam quæ ad sequundā ualetudinem tuendam spectat, materiam cōperies, & affectionum, ætatibus, temporibus, temperaturis, & alijs quibusdā peculiarium, tum præcautionem, tum emendationem, facultatesꝙ ac usus omnium alimentorū, quemadmodum in capitibus explicauimus.

SCOPVS LIBRI SECVNDI.

In secūdo uolumine de febribus singulis docetur, præmissis quæ huc conferunt omnibus, uidelicet excrementis superuacaneis, diebus decretorijs, & alijs earundem indicijs, subiectis quæ has febres comitantur symptomatis.

SCOPVS LIBRI TERTII.

In tertio uolumine de affectionibus per singulas corporis partes, à summa capitis coronide, ad imam usque pedis plantam, extremosꝙ ungues ingruentibus, agitur.

SCOPVS LIBRI QVARTI.

In quarto uolumine de his quæ forinsecus corpus impetunt malis, & ueluti in aperto cōstitutis, quæ non in præscriptis, sed in plerisꝙ corporis partibus insurgūt, sermonem facit. In quo de lumbricis quoꝙ & dracontijs tractatur.

SCOPVS LIBRI QVINTI.

In uolumine quinto de his quæ uenenum ictu morsu'ue relinquunt, inibiꝙ de rabiosi canis morsu petitis, & affectione hydrophobica (quo morbo à cane rabido morsi capiuntur, & aquam perinde atque rabiosi

canes

canes horrent) deq; canis non rabidi, hominisq; morsu: inter quæ de uenenis pariter & alexipharmacis, hoc est contra uenena præsidijs, tractatio fit.

SCOPVS LIBRI SEXTI.

In uolumine sexto quæ ad Chirugiam attinent omnia, siue secundum carnem, ubi quæ ad tela extrahenda spectant comprehenduntur, siue secundum ossa dicitur, inibiq; de facturis & luxatis agitur.

SCOPVS LIBRI SEPTIMI.

In uolumine septimo omnium medicamentorū cum simplicium tum compositorum uires continentur, præsertim eorum, quorumcunq; in superioribus sex libris facta est mentio, recitatione maxime maiorum, puta eorum quæ præparationes appellantur, neque enim in eodem omnes, quorū sparsim meminimus, ne doctrinæ fiat confusio, ordinare possumus, ut quærens quispiam unam aliquam plures'ue nobilium preparationum, facile reperiat. Postremo quæ ad compositiones medicaminum inijciunur, & de succedaneis speciebus dicitur, ita ut uniuersus sermo ad ponderum & mensurarum rationem transferatur, exordientes à prima litera.

HYPOTHESIS LIBRI PRIMI.

Primo huius operis uolumine uniuersam de tuenda sanitate materiā prosecuti sumus, ceu iampridem in præfatione ostensum est, & deinceps denuò per capita dicetur Illud autem ingenue fateri libet, magnam partem eorum, quæ primo & secundo libro tractantur, huc ex Oribasio traductam: nolumus enim propriam laudem ac gloriam quærere, uerum ex omnibus utilitatem deglubere. In reliquis quinque libris minima tantum ex illius monumentis digesta sunt.

CAPITA LIBRI PRIMI.

De his quæ in fœtura prægnātibus accidunt, quoq; nutricatu alendæ sint grauidæ. Caput I
Quemadmodū nutricem seligere & uictitare conueniat. II
Quî lac nutricis examinandum sit. III
Quomodo lactis uitia emendentur. IIII
Cuiusmodi pusionis educationem esse oporteat. V
De exanthematis quæ puello oboriuntur. VI
De tussi & coryza infantis. VII
De pruritu puellorum. VIII
De dentitione. IX
De aphtha oris hulcere. X
Ad fœmorum intertrigines. XI
Contra aurium humectationes. XII
De capitis infantium ardoribus. XIII
Puellorum & reliquarum deinceps ætatum, usq; ad eam quæ uigorem transiuisse uidetur, educatio. XIIII
De frictione præparatoria. XV
De exercitationibus. XVI
De omnibus exercitationū generibus. Caput XVII
De frictionum, secundum quantitatem & qualitatem generibus. XVIII
De uociferatione. XIX
Cuiusmodi affectus exercitationes excipiant. XX
De cutis adstrictione. XXI
De spontaneis lassitudinibus. XXII
Cuiusmodi rationem uictus senectus postulet. XXIII
Ad rugatum contractumq; corpus leuigandum. XXIIII
Vt suauiter spiret corpus. XXV
Ad calfaciendum habitum. XXVI
Ad uitiatum corporis colorem. XXVII
Ad liuores & fuscedines. XXVIII

Quæ dentes præseruent. XXIX
Aduersus grauem auditum. XXX
Ad caliginem oculorum. XXXI
De plenitate. XXXII
De temulentia. XXXIII
De ijs quibus alimenta corrumpuntur. XXXIIII
De re Venerea. XXXV
Ad eos qui futuere nequeunt. XXXVI
De immodica fututione. XXXVII
De nimietate genituræ. XXXVIII
De ijs qui ex frigore noxam contraxerunt. XXXIX
De ijs qui immodico ardore iniuria affecti sunt. XL
De pituita in uentre superiore abundante. XLI
Quomodo quis facile uomitū promoueat. XLII
De ijs quæ secunda ualetudine cōstitutis, tum aluum emollire, tum lotium ciere pulcherrime possunt. XLIII
De clysteribus. XLIIII
De glandibus. XLV
De caput purgantibus apophlegmatismis, deq; ijs quæ per nares euacuant, & de unguentis. XLVI
Quæ menses trahant muliebres. XLVII
Sudorifica medicamenta. XLVIII
De aëre. XLIX
De aquis. L
De balneis. LI
De thermis sua sponte prouenientibus LII
De uictus ratione singulis anni temporibus utili. LIII
Victus ratio in negocio degentibus seruanda. LIIII
Victus iter facientibus obseruādus. LV
Nauigantibus quæ uictus ratio conueniat. LVI
Quomodo purgandi & exterminandi obesi. LVII
Qui nam macilēti educandi sint. LVIII
Quomodo partibus attenuatis medendum. LIX
Optimæ temperaturæ indicia. LX
Quæ sint malæ temperatorum corporū notæ. LXI
De figuratione capitis. LXII
Quæ sint temperamēti cerebri indicia. LXIII
Quę uētriculi tēperaturę indicia. LXIIII
De intemperaturis cum uentriculo coniugatis, atq; adeò de indicijs pulmonis LXV
Quibus nam cordis temperaturæ notis deprehendantur. LXVI
Iecoris temperaturæ indicia. LXVII
De notis temperaturæ testiū. LXVIII
De omissis. LXIX
Qui calidæ corporis distemperātiæ corrigi possint. LXX
Qui frigidæ intēperātiæ corrigāt. LXXI
Siccorum distemperamētorum in uentriculo exēpli loco, paulò uero post reliquarum etiam intemperaturarū medela. LXXII
Quæ sint alimentorum uires. LXXIII
De oleribus esculentis. LXXIIII
De olerum asparagis. LXXV
De ijs quę edendo sunt radicib. LXXVI
De tuberibus ac fungis. LXXVII
De frumentaceis. LXXVIII
De legumentis. LXXIX
De temporarijs fructibus. LXXX
De his quæ ex arboribus decerpuntur fructibus. LXXXI
De animalibus, primitusq; de uolucribus. LXXXII
De ouis. LXXXIII
De quadrupedib. animalib. LXXXIIII
De animalium partibus. LXXXV
De lacte. LXXXVI
De lactipotatione. LXXXVII
De lacte fissili. LXXXVIII
De caseo. LXXXIX
De piscibus. XC
De corio testaceo præditis. XCI
De mollibus. XCII
De piscibus sine squamis. XCIII
De grandibus, cetaceis'ue. XCIIII
De uiribus uini. XCV
De melle, & aqua mulsa. XCVI
De somno. XCVII
De uigilia. XCVIII
De Veterno. XCIX
Diocli epistola prophylactica. C

PAVLI AEGINETAE

MEDICI PRAESTANTISSIMI, DE ARTE MEDENDI LIBER PRIMVS, ALBANO TORINO VITODVRENSI INTERPRETE.

De his quæ in fœtura prægnantibus accidunt, quoq́ꝫ nutricatu alendæ ſint grauidæ. CAP. PRIMVM.

QVVM fœminas utero gerentes eiuſmodi magna ex parte caſus affligent, corporis ferè totius redundantiarum moles, iugis uomitus, ſputatio, eroſiones ſtomachi, & horror deniq́ꝫ cibi: operę omnino precium me facturũ arbitror, ſi ſuppetias, quibus eis ſubueniatur, ſcribere aggrediar. Vtantur itaq́ꝫ præſenti cõmoditate: inambulationibus, alimentisq́ꝫ haud magnam in partem ſuauibus, rufi coloris falerno, quod pariter & ab odore commendetur, in primis autem luſtrico: cæterũ potationi perpetuò non niſi mediocri indulgeant: Quippe hæc omnia tum ſuperfluitatum ſaburram, tum crebram quoq́ꝫ uomitionem non dico compeſcere, ſed arcere etiam conſueuerunt. Atqui medicamentorũ in eadem affectione prouinciam pulchre ſubeunt, ſanguinalis herba, quæ πολύγανον græce uocatur, aqua elixa & epota: pariter & anethum, radixq́ꝫ pontica, uernaculo ab indigenis gentis ſuæ uocabulo Rha appellata: hæc indiſcriminatim tam ante q̃ꝫ à cibo, cum prima tum ſecũda menſa, ſumi utiliter poſſunt. Forinſecus autem præcordijs œnanthen, ſylueſtris punicæ florem balauſtium, trifolij (ſic enim κύτισον interpretor) ac ſmyrnij comam, fœniculiq́ꝫ ſemen, cataplaſmatis modo applicare expedit. Neq́ꝫ uel tantillum intereſt utcunq́ꝫ miſceas, cum palmulis'ne, an uino ueteri, modò loco prædicto imponas. Hoſtioli præterea uentriculi lancinationibus (quos καρδιωγμοὺς Græci nuncupant) aquæ calidæ potio, deambulationes tranquillæ, præcordiorumq́ꝫ, quod è molliore lana conficitur, ſceparnon, ſæpenumero ſuccurrũt. Faſtidioſas & ab edulijs appetitus auerſione laborantes, diuerſi generis dapibus ueſci, amylo arido, hoc eſt, placentis, aut alijs nonnullis ex tritico eſculentis, genioq́ꝫ liberius indulgere hortando, reſtitues. Peculiariter uero & magnifice hæc grauidis conferũt, quę telluris glebam deglutire geſtiunt, quemadmodũ in malatia, quam Græci κίττην, id eſt picam indigitant, quæ circa tertium à cõceptu menſem ideo plerunq́ꝫ ingruit, quod nequeat tum partus, ob imbecillitatẽ, omne quod à locellis nutrimenti cauſa recipitur, neq́ꝫ cõficere

Ratio uictus.

Medicamenta.

Cardiogmi medela.

Faſtidij & malatiæ cura.

neq; consumere: superuacanea, ob eam causam, ac uaria in stomacho retri
menta (quibus περιττώματα graece nomen est inditũ) ueluti strues cõgerun
Vnde uterum gestantiũ pica. tur: unde tam diuersarũ, tamq; portentosarũ rerum nascitur praegnanti-
bus appetitus: Verbi gratia, carbonũ extinctorum, cretae cymoleae, & id
genus innumerosorum fermè: ex qua ratione nomenclaturam hanc id ma
lũ inuenit, ob picturatã illam scilicet eius auis uarietatẽ, uel quod istiusmo
Quae anorexian tollant. di affectus illam subinde auem impetat. Aescae porrò desiderium exerci
tationes & longiusculae peregre profectiones restituũt. Quod si qua prae
gnans mulier genialiter uictitare, lautiusq; cuticulã curare assueuerit, haec
subitas nulla commoditate subibit motiones. Datur praeterea cibum ab- 1
horrentibus nonnunq; potus acrimonia quadam imbutos, praesertim si-
Contra pedum tumores. napi, degustare. Aduersus pedum tumores, praesentissima cum utilitate,
solastrum, quam anthyllidem uocant, in aceto maceratum, & brassicae la-
tioris folia, necnon & creta cimolea ex aceto illita, alumen pariter ex ace-
Mala medica. to, adhibentur. Prosunt item mala cognomento Medica, quę & citrea di-
cuntur, in aqua lauandis pedibus elixa.

Quemadmodũ nutricem seligere, & uictitare conueniat. Cap. II.

SVper nutrice igitur, quae nulli uidelicet praeter naturam affe-
ctioni obnoxia sit, accurate prospiciendũ est, quae scilicet neq;
natu grandior, neq; iuuenis admodũ: ita tamen, ut minima qui 2
Nutricis aetas, & liniamentũ. dem natu, lustra ad minus quinq; numeret, maxima uero septi
mum non excedat: pectore latiore atq; procero: mãmosior esto, papillis
neq; conniuentibus, neque curuitate auersis: reliquo corpore quadrato,
quod est, neq; ualde obeso, neq; supra modum gracilento. Magnifice por
Quae uitanda nutrici. rò iuuabit infantem, non ita pridem peperisse nutricem, & praecipue ma-
sculum: uitet cane, ut ita dicam, peius & angue arefacientia immodice, sal
sa, acria, acerba, acuta, amara, uehementer calorifica, graue admodũ olen-
tia, quęq; odore nimis insignite fragrãt, cõdita, aliaq; id genus acredinem
pręferentia. A concubitu praeterea frugi nurrix sedulo abstineat. Manus
ac humeros ungendo, texendoq; exerceat, necnon in ulnis huc illuc in- 3
fantem gestando, quem tamen non nisi trimestrem & quadrimestrem ul
nis susq; deq; ferendum censeo.

Quî lac nutricis examinandum sit. Cap. III.

Trutina lactis. PRimum bonitatis honorem lacti tribues, si obesitate, copia, co-
lore, odoratu, sapore, symmetron, hoc est mediocre cõspicitur.
Inculpatum item, neq; incommodum illud quoq; iudica, quod
dum super pollicis unguem, nitoris contemplandi gratia, in-
stillatur, flexo ungue, nec ocyus, nec serius delabit. Atqui istoc etiam mo
do bonitatis periculum facere cõuenit: Lac emulctum uitreo uasi, minus
capaci, infundito, digitisq; circumactis frangito, deinde quoad coagule- 4
tur quiescere permittas: si tum minus casei, quàm seri in eo appareat, hoc
parum frugi ducito. Penitus uero diuersum concoctioni renititur. Opti-
mum uero, quod inter utrunq; excessum mediocritatem obtinuerit.

Quomo

Quomodo lactis uitia emendentur. Cap. IIII.

LActis uero malicia isthac ratione corrigit: si iusto obesius sit, uomitionibus pituita eximenda est, quod quidē munus aceto mulso pulcherrime committitur. Oportet autem nutricem ante cibū laboribus extenuare, cui negocio, origanū, hyssopus, satureia, scandix, thymus, exiguum raphani, & salsamentum uetus cum oxymelite, accōmodatissima, ne dicam necessaria sunt: Sin aūt acrius, & tenuius lac ipsum compareat, tum laboribus numerosis subleuare, sorbitionibus, porcellinisq́ carnibus nutricem ali, conuenit. Potus aūt ipsius defrutum esto, & uinum dulce. Quod si lac parcius reddatur, non sorbitionibus modò, uerū largius etiam ac liberalius genio indulgere res ipsa postulat, merumq́, ut dixi, suauius, bibendum: pectus & mammæ studio sius cōfricentur. Quibusdam cucurbitula loco adhibita manus auxiliares præstitit. Medicamina uero quæ eiusdem liquoris pariundi facultatē habent, tametsi usui nōnihil, proficuaq́ esse intelligā, crebro tamen eis uti, quod uiolētius quàm par sit eliquāt, minime præcipio: Eius generis sunt, quum semen, tum radix fœniculi, ptisana, cytisi folia, uino aut ptisana decocta, papauer nigrum, dulce, anethum, pastinacæ syluestris tam semen quàm radix, quæ quidem aqua calida macerata exhibenda sunt. *Generantia lac*

Cuiusmodi pusionis educationem esse oporteat. Cap. V.

PRimum sanè alimentū quo puerul recenter in lucem editi uesci utiliter possunt, est mel: exhibendum itaq́ pre cæteris esculentis omnibus: mox deinde etiam lac, bis in die, uel ad summum ter. Vbi uero alacer iam, & ad sumendum promptus uidebitur, & spem concoquendi præbeat, iam tum minus replentibus edulijs ali expedit. Nam si per imprudentiam innumeris dapibus infartiatur, somnolentior confestim euadit, segniorq́, uentre saburrato inflatoq́. Lotium inde quoque aquosius redditur: quibus ego tum ne tantillum quidem exhibendum censeo, sed biennio integro lacte, deinde plenioribus cibarijs ali, sufficit.

De exanthematis, id est, pustularū eruptionibus, quæ puello oboriuntur. Cap. VI.

QVæcunq́ circa summam pusionis cutem florescunt, principio quidem ęqui boniq́ facienda sunt: Sed ubi defloruerint bene, tum lauacris, adiecto myrto, lentisco, rosisq́ medendum: deinde rosaceo, aut oleo lentiscino, cerotoq́ cum cerussa uti, clementerq́ atq́ omnino molliter nitris abstergere competit: uehementiora nanq́ subsidia tolerare nequiuerit. Vtilissimum uero fuerit & nutricem mellitissimis ferculis pasci, & uictus rationem pueri hoc modo instituí: Summo quidē emolumento genio puelli neq́ nimis indulgetur, neq́ supra modum defraudatur (iuxtà enim satietas & fames officiūt.) Quod si præterea infantis aluus durior & astrictior sit, melle cibo adiecto nutries: at si ne tum quidem oletum fecerit, ægerrimeq́ cunniat, resinam te- *Satietas & fames obsunt.*

rebinthinam ciceris magnitudine adijcito: Si contrà lubricus fuerit pueruli uenter, milium impendioquam compescendo prodest.

De tussi & coryza infantis. Cap. VII.

QVando autem tussis aut destillatio (quam coryzan uocant) infantem impetit, mellitismis (quod est, ecligmatis ex melle) utendũ est, caput multa prius calida aqua ablutũ, mox magna mellis copia perungi, postremo lingua digito molliter cõprimi debet: mirum enim dictu, quantam pituitæ uim ea ratione euomet.

De pruritu puellorum. Cap. VIII.

QVod si pruritu (gingiuarum'ue cõmorsionibus) puellus torqueatur, non fomentationibus modò, sed abundanti quoq; unctione ex oleo crudo, non sine modico cerę liquefacto, utendum censeo.

De dentitione, siue dentiũ productione. Cap. IX.

CIrca mensem ferè septimum pueris dentes plerunque proueniunt atq; prorumpunt, quo quidem tempore gingiuarũ, maxillarũ, tendinumq; phlegmonæ, quod est inflãmationes, non raro neruorum etiam conuulsiones, infestant. Tunc temporis neq; pusillo quicq;, quod multo aut difficili conatu cõmanducadũ sit, exhibere oportet. Cæterum gingiuæ digitis à balneo assidua quadam frica tione palpandæ, gallinaceorumq; adipe, aut leporino cerebro emolliendæ. Vbi uero iam dentes emicant atq; prosiliunt, lana delicatior atq; syncera ceruici, capiti & maxillis applicãda: quæ, embrocha quoq; ex oleo dulci ac calido, fouere, auditorijsq; id meatibus instillare, congruit. Quo tẽpore infantẽ uberiore uictu nutrire, necnõ & calida lauare cõuenit. Porrò si diarrhœa, alui fluore, quoq; infestetur, aluum epithematis cõpescere, quæ comprimendi facultate prædita sunt, emoliendum, inspergentes lanę uel cyminum, uel anethum, uel apium. Profuerit aũt & semen rosarũ inserere, & uniuersum simul feruefactũ arefacere. Si uero aluus sui oblita officij nihil deijciat, melle in balani formã redacto, aut nepetæ farina cum melle illita, clementer irritetur. Puto autem efficaciter cõuulsionibus puerorum herbam quam heliotropium Græci, solarem Latini dicunt, aqua elixam opitulari, si eo puerulum decocto laueris. Expedit autem multo magnificentius, si oleo irino, cyprino aut sicyonio illitus, tantus quantus est, incaluerit. Atqui ubi iampridem dentes erupuerint, si digitos morsu sauciat, utile fuerit iridis radicẽ coctam, neq; admodũ siccam cõtinere, id quod & ulceribus quoq; præsidio est. Butyrũ pariter cum melle illitũ ei malo succurrit. Postremò, gingiuarũ pruritus salsamẽti ueteris caro lenit.

Quibus in dentitione gingiuæ fricandæ.

Quomodo diarrhœa sistenda.

Quẽadmodũ aluus molliẽda

De oris ulcere, quam Aphthan Græci nominant. Cap. X.

VLcus quoq; oris, cui Aphtha apud Gręcos cognomentũ est, nuper natis plerũq; incidit, aliàs quidem subcandido, aliàs rubescente, nonnunq; atro colore, & qualis in adustorum crustis uidetur, quod omnium periculosissimum, & maxime letiferum dicitur. Cui præsidio iris est cum melle, aut arida, si siccam inflare malis.

malis. Pulchre itidem ſubuenire conſueuerunt roſarum folia contuſa, pariter & earundem floſculi. Crocus, puſillũ myrrhæ, galla, thus, cortex thuris, aut unà ſimul, aut priuatim ſeorſimq́ʒ, melle irrigata ac excerpta. Præterea aqua mulſa, quod Græci μελίκρατον nominant: & mali deniq́ʒ Punici dulcis cremor puerorum aphthis ſuccurrere moliuntur.

Ad fœmorũ intertrigenes. Cap. XI.

ADuerſus intertrigines (quæ Græci παρατρίμματα, Romani nunc attrita, nũc confricata membra appellant) fœminum myrtus ſicca, & cyperus, & roſæ, magno cõmodo inſperguntur.

Contra aurium, humectationes'ue. Cap. XII.

HVmecta auriũ uitia, lana ex alumine indita, arefacito: uel œnomelite, quod eſt uino mulſo, uel uinum perantiquum in aurem inſtillato, uel crocum deniq́ʒ ex uino tritum ſtillatim immitemus.

De capitis infantum ardoribus, quos Syriaſes uocant. Cap. XIII.

INflammatio partium circa cerebrum & eius panniculos membranas'ue (quos μήνιγγας Græci nuncupant) in infantibus, ſyriaſis eſt. Concauum fit in ea ſynciput, concaui itidem cum pallore oculi, accedit etiam totius corporis ariditas. Succurrit huic malo infantium ſyncipiti cum roſaceo luteum oui (quem uitellum dicunt ſiue rubrũ) pigmenti modo impoſitũ, ſic tamen ut aſſidua mutatione renouet.

Aliud contra Syriaſes præſidium.

Conuenit eidem quoq́ʒ loco, caluariæ ſcilicet, infantium, herbæ, quam Græci aliâs heliotropium, aliâs ſcopiuron, Latini ſolarem appellant, folia, cucurbitę ramenta, cucumeris, quem peponem uulgo nominant, adiacentẽ carni pelliculã, aut hortenſis ſolani cum roſaceo cremorẽ, imponere.

Puellorum & reliquarũ deinceps ætatum, uſq́ʒ ad eam quæ rigorẽ tranſiluiſſe uidetur, educatio. Cap. XIIII.

VBi iam ablactati fuerint infantuli, relaxato utcunq́ʒ animi freno, ſuo modo in hilaritate, animiq́ʒ ſecuritate uitam ducere, permittentur. Exercitia ludicra, leuiaq́ʒ, nutricatus item minime ponderoſi, ſunt admittenda. Verum ſimulatque ſextum iam, primum'ue ſeptennium attigerint, tam ſanè puelli, quàm ipſæ quoq́ʒ puellæ pædotribis manſuetis, non immanibus tyrannis, at humanis committendi ſunt. Ei nanq́ʒ cum ſumma animi tranquillitate ac gratia, tenellos animos cum literis tum moribus pulchre imbuunt: Et certe animorum ſecuritas, relaxatioq́ʒ, haud parum ad uegetam corporis educationem momenti adferre liquidò conſtat. Duodecimum pueri natalem ubi iam peregerint, Grãmaticos & Geometras uiſitare, corpus ipſum in palęſtra exercere, calcaribus nonnunquam additis, neceſſum eſt. A quarto & decimo anno ad uigeſimũ uſque primum mathematicis ac philoſophicis rationibus ſedulam nauẽt operã, & difficiliora magis exercitia, pro corporis fortitudine, ſubeant, quò animũ ac corpus iuxtà exercitates, à Veneris ſtimu

Circa primũ ſeptennium & pueri & puellæ literatoribus tradantur benignis.

Qua ætate ſerijs ſtudijs incumbendum pueris.

lo coërceantur. Illis tum eligenda & præſtanda ſunt tua munera Bacche. In ſummo uero ętatis incremento, abſoluta numeris omnibus uictus ratio tum animi tum corporis exigit, proinde nullo non exercitiorũ ſpecie utendum, maxime quibus ſinguli operam dare conſueuerũt. Cibos abundantiores, plenioresq́; inculpatę alimonię, uſurpent. Quibus uero iam ætatis ſuæ ſtatus ſenium uerſus declinat, ijs uictus philoſophicus & frugalior tam animi quàm corporis impendiò confert. Cæterum exercitationes, omne genus, pro ætatis ratione perpetuò relaxandæ ſunt: deq́; pleniore alimento, pro inclinationis modulo, uſq; ſubtrahendum, frigore iam eorum habitudinem corripiente.

Aetatis habenda ratio.

De frictione præparatoria, quam παρασκευαστικὴν Græci nominant. Cap. XV.

EXercitationem mediocris quædam corporis calfactio præcedat, ſyndone crudiore ſcalpentes, mox nudis etiam palmis oleo madentibus confricantes, tantiſper quoad abunde calefiat, & mollius reddetur corpus, floridoq́; rubore ſuborto, iuſti ac decentis habitus moles inducatur.

De exercitationibus. Cap. XVI.

Exercitij fructus.

VEhementior corporis agitatio ſiue motus, exercitatio eſt: meta aũt uehementiæ eſto, animę ad ſpiſſitudinem alteratio. Exercitationes porrò inſtrumẽtales corporis partes pręparant, quo minus afficiantur, et robuſtiora atque infracta ad operationes quaſq; reddant: ad hęc, ut cibi ualidius ab ijſdem attrahantur, promptius permutentur, & inde alant liberalius, emoliunt, ob inductũ ex uehementi pulmonis motione feruorem. Præterea nõ meatus tantum expurgant, ſed redundantias etiam corporis fermè omnes, uehemẽtes pulmonis motus, conficiunt & euacuant. Quoniam ergo inculpatior alimenti in corpus, eiusq́; partes diſtractio (quæ uulgò digeſtio, Græcis ἀνάδοσις dicitur) fit, quum nulla neq; plenitas, neq; ulla etiam cruditas tam retrimentorum, quàm humorum ſiue in uentriculo, ſiue in inteſtinis accumuletur, (periculum quippe ingens, ne ante in totius animantis partes rapiantur, quàm coctura probe conficiantur) liquet exercitationes oportere cibi ſuſceptionem præcedere. Porrò opportunitatem atq; adeò temporis occaſionem lotij color arguit: quippe aqueum, crudum etiamdum ſuccum ex uentriculo redditum præfert. Rubrum uero ac bilioſum, concoctionem iampridem ad unguem abſolutam inſinuat. Quod uero utcunque ac modice pallet, inchoatã nunc primum cocturã portendit. Tum igitur exercitationibus manus admouendæ, ueſica prius uentreq́; exonerato.

Labor cibum præcedat.

Concoctionis & cruditatis notæ ex lotio.

De omnibus exercitationum generibus. Cap. XVII.

Vehemens exercitatio.

VNiuerſæ ſemel exercitationi commune id eſt, quod ex ſeipſa animantibus caloris augmentum excitat, facitq́;. Peculiare uero eſt, quod ſingulis ſpeciebus diſcernitur. Valens quidem (quam

εὔτονον

Exercitationes ualidæ.

εὔτονον Græci uocant) hoc eſt, uiolenta, & robuſta exercitatio, muſculos & neruos ad robur præparat: cuius farinæ ſunt, fodere: ingenti onere ſubleuato, aut eodem in loco manere, uel paululum procedere. Accliuis, longaq́ pro cuiuſq́ uirili inambulatio, huius quoq́ generis eſt. Tum ſi quis per funem manibus apprehenſum ſcandat, atq́ id genus ferè innumera. Sed quæ celeritate, citraq́ robur & uiolentiam peraguntur, ſunt curſus, umbratilis armorum meditatio, duorum cum ſummis manibus concertationes, ἀκροχειρισμοὺς Gręci nominant. Iam quæ uel coryco, uel pila fit corporis exercitatio, huius quoque generis eſt. Robuſta uero exercitatio celeri non raro componitur: quæcunque enim robuſtæ exercitationes ſunt, ĳs omnibus ut uehementibus quiſque utatur, motionis modò celeritatem adĳciat. Porrò exercitationum genera alia lumbos potius quàm brachia, aut crura, exercēt: alia ſpinā totam, aut thoracē modo, modo pulmonem. Exercitetur autem quiſq́ donec corpus intumeſcat, & color ille floridus appareat, motionesq́ ualidas æquabiles ac promptas edat: inter hæc etiam ſudorem calidum cum uapore miſceri cernes, tam diu omnino exercitationi indulgendum, neque antea deſiſtendum, quàm ubi quiddam memoratorum ſenſeris immutatum: Verbi cauſa, ſi contractior paulò corporis moles, tumorq́ uidebitur, interdicenda confeſtim corporis exercitatio. Neq́ minus certe, ſi coloris gratia marceſcit, euaneſcitq́, quieſcendum eſt. Iam ſi motionis quippiam collabi olfeceris, protinus utiq́ deſiſtendum eſt. Itidem ſi ſudoris ulla, uel quantitatis, uel qualitatis alteratio, puta ſi minor, uel frigidior ſit, exercitio uale protinus dicito. Mox oleo circumfuſo fouere, recreare, ac deinceps recreatoria, ἀποθεραπευτική Græcis nuncupata, ceu pædotribæ uulgò faciunt, fricatione uti conuenit.

Exercitationes citæ.

Finis exercitĳ.

De frictionum, ſecundum quantitatem & qualitatem, generibus. Cap. XVIII.

Exercitationū uires.

EX frictionibus, duræ quidē ac uehementis uis eſt ſtringendi, atq́ indurandi: Mollis uero, cum laxandi, tum corpus emolliendi: proinde quæcunq́ corpora non ad amuſſim temperata, laxiora ſunt, duriter: quæ uero coacta magis & tanq́ compacta, molliter ac clementer fricare, congruit. Atqui ſi quis temperato ſit corpore, perſpicuum ſanè eſt hunc neque leniter, neque uehementer eſſe confricandum, imò ſumma ope niti decet, quo utrunq́ uitemus exceſſum. Pręterea multa eademq́ dura fricatio adhibita, molem corporis cōtrahit: Ediuerſo, exigua mollisq́ in molem attollit. Tria quippe frictionum diſcrimina, quæ à quantitate ſumuntur, ſi tribus quæ à qualitate ducuntur, copulaueris, nouem ſyzygias abſolues, perinde atq́ in ſubſcriptione ſequenti, tanquam in tabula, liquidò uidere licet. Vna quidem frictionum ſecundum quantitatem: uerbi cauſa, multa, tribus qualitatum coniugata, duræ inquam, molli & mediocri. In duritia tres conſtituit differentias. Contrà exigua ſiue pauca fricatio, ternis eiſdem, ternas producit alteras.

Mediocris uero qualitate ijſdem tribus connexa, tres alias efficit, quemad modum ſubſcripta figura licet liquidò cernere.

	QVANTITAS		QVALITAS.
I	Multa	&	Dura.
II	Multa	&	Mollis.
III	Multa	&	Mediocris.
IIII	Pauca	&	Dura.
V	Pauca	&	Mollis.
VI	Pauca	&	Mediocris.
VII	Mediocris	&	Dura.
VIII	Mediocris	&	Mollis.
IX	Mediocris	&	Mediocris.

GALENVS.

QVALITAS	QVANTITAS.
Dura	Pauca.
	Multa.
	Mediocris.
Lenis	Pauca.
	Multa.
	Mediocris. 1
Mediocris	Pauca.
	Multa.
	Mediocris.

De uociferatione & exclamatione. Cap. XIX.

IN uociferationibus nihil quidem ad rem, neq; uel tantillū ad ſequundæ ualetudinis tutelam facit, ſcita & cōcinna plauſibiliſq; modulatio: Sonituum autem grauiorū fragor tantopere conducit, ut iugi exercitatione uſui accōmodandum cenſeam. *Grauium ſonorum fragor utilis eſt.* Ea quippe ratione, plurima aëris uis in corpus per reſpiratione͂ attracta, 2 nō tam thoracem quàm uentriculum, totiuſq; corporis meatus expandit, diducit atq; diſponit: quapropter inter legendum ſuperflui etiam humores identidem excernūtur, legentibus quidem ſonoroſius non abſq; contentione, frequētius, idq; per ſudores: Iis autem qui manſuetius uocem intendunt, per abditam ac obſcuram uniuerſæ molis exhalationem, fit etenim ſcreando per attenuationem plurium retrimentorū, puta ſputi, muci, phlegmatis excretio atq; expenſa. *Clamoſa lectio. Mitior lectio.* Quidnam igitur aliud præſentioris præſidij, ijs qui præ algore recalfactionem deſiderant, adhibebimus, quàm ſedulam reſpirandi functionem? Legendum itaq; ſubinde eſſe arbitror, totiuſq; tum corporis mole remiſſa, tum carne liquata, arteriam, 3 reliquaq; ſpirandi inſtrumenta in concinnam raritatem diducendo, per cæteras uocum grauiores functiones uerba facere conuenit. Neque id uero temere, nihil penſi habentes, agendum: ſed corpore prauis, corruptiſq; humoribus exorte, ſtomacho immenſis euidentibus'que cruditatibus carente, tum denique modulari, ac uocis exercitationem aggredi expedit, ne plures uitioſi halitus atque uapores in uniuerſam corporis molem eiuſq; partes diſtrahantur.

Cuiuſmodi affectus exercitationes excipiant. Cap. XX.

VLceroſus quidem affectus à retrimentorum copia, tenuium ſimul & acrium prouenit. Tenſionis uero laſſitudo nullam, de 4 qua ratio ulla ſit habenda, ſuperfluitatem, corporibus incumbere portendit. Verum in lacertis atque neruis, affectio quædam effectricis cauſæ poteſtatem præferens, reſidet. Inflammatiua uero, qua

qua nimirum partes ueluti contuſas aut phlegmone obſeſſas ſentimus, tum potiſſimum incidere inſueuit, quum muſculi ſupra iuſtum excalfacti, attraxerint quippiam ex circumfuſis ſibi redundantijs. Eſt porrò & alia affectio, quarta: quæ quidem incidit, dum pluſquã par ſit, muſculi exiccantur, ſic ut ſqualens contractumq; corpus appareat, & ad motiones quodammodo pigrum.

Vlceroſæ laſſitudinis præſidia.

Cæterum ulceroſæ laſſitudinis remedium eſt, ſi quæ redundant ſecernas & euapores, frictione multa molliq;, oleo non parca manu infuſo, à quo omnis adſtringendi uis abeſt. Altera uero defatigatio, in qua tenſio ſentitur, hoc ſanationis propoſitum habet, quam Græci χάλασιν, id eſt laxationem dicunt.

Tenſiuæ remedia.

Laxatur itaq; & remittitur quod diſtenſum eſt, frictione exigua pariter & molli, ex oleo dulci, tranquillitate item & quiete, lauationibusq; tẽperatis, & pluſcula deniq; in calidis undis mora; ſi iterum atq; iterum hoc modo laſſum laueris, plurimum ſanè profueris.

Inflammatiuæ defatigationis, tres ſanationis ſcopi.

Tertia laſſitudinum phlegmonoſa, ſanationis treis ſortita ſcopos eſt: Superuacanei uidelicet excrementi euacuationem, extenti relaxationem, & inflammationis refrigerationem. Oleo igitur copioſo, tepido, frictionibus molliſſimis, medij temperamenti aquis longa & diutina mora, illiuſmodi laſſitudinibus ſuccurritur. Pari modo & multa quiete, przſertim continua.

Quartæ laſſitudinis ſubſidia.

Quartus affectus, primo quidem die nihil ſanè eiuſmodi mutationis, cuiuſmodi meminimus, opus habet, excepta calidiore aqua, quæ lente adſtringere feſtinat. Poſtera dies recreatoriã (quam apotherapiam dicunt) exercitationẽ poſtulat. Lauacris præterea protinus exiliant, maxime ubi gelidam aquam ſubierint. Omnes poſtremo defeſſi, alimento reſici quamprimum deſiderant.

De cutis aſtrictione. Cap. XXI.

CVtis conſtypatio (quam σέγνωσιν Græci nuncupant) uel meatibus obſtructis, uel illis ipſis denſatis incidit.

Obduratio unde.

Obſtructio uero & obduratio illa è lentis, crudis, craſſisq; humoribus originẽ habet, quum uidelicet confertim ad cutem ruunt.

Denſatio unde

Denſatio uero modò ab ijs quæ refrigerant, modò aſtringentibus, & nonnunquam ab arefacientibus conciliatur. Procliue uero admodum eſt iſtuc deprehendere, denudato nempe corpore, ex albicante pallore, pariter & ex cutis tum duritie, tum etiam eiuſdem denſatione, & quod inter laborandũ quis ęgre tandem incaleſcit.

Cõſtypationis denſationisq; curatio.

Medetur huiuſmodi quidẽ affectioni perpulchre excalfactio: minus itaq; prolixis exercitationibus, lauacris uero calidioribus, indulgendum. In ſolio porrò egelido mora diuturnior non ſit, ſed neq; aqua etiam in qua lauatur ſit admodum gelida. Cæterum induendi iam, oleo prius aliquo, mediocrem calfaciendi uim habẽte, dulci, ac tenui, perungantur. Poſtremo, cutis denſitati ſanandæ ſatis efficax remedium oleum anethinum cenſetur, pręcipue ſi ex uiridi anetho concinnatum ſit: Hoc ipſum & oleum, quod ex abietis ſemine populó ue conſtituitur, efficaciſſime præſtare aſſerunt.

De ſpontinis laſſitudinibus. Cap. XXII.

QVandoquidem ulceroſus, ut dixi, affectus ex uitioſa ſuccoſitate acrium retrimentorũ naſcitur: ea ſi exigua fuerit admodũ apotherapiæ modo exercitatione corrigitur: ſin uero grandior altius radices egerit, huic tum exercitationem, tum omnem penitus motionẽ interdicemus, imò quietẽ, ſomnumq; præſcribentes, abſtinentiam per integrũ diem pręcipiemus: deinde aduẽtante ueſpera, liberaliore oleo perunctos, & mediocriter temperato lauacro lotos, alimentis optimi ſucci, ſorbilibusq; tenuiter alemus. Minime uero gentium Bacchi muneribus eoſdem defraudauerimus, quoniã ſemicrudes (ſi quid aliud) cõcoquunt humores. Et ſi beneficio eorũ, quorũ meminimus, ſymptωma ceſſauerit, ad inſtitutũ iam olim receptum, priſcamq; conſuetudinem, ceu ratio poſtulare uidetur, hominẽ reducere cõuenit. Quod ſi ſequẽti quoq; die perdurauerit, iam tum de ualẽtiore auxilio diſpiciendũ eſt. Quippe ſi uiriũ robur permiſerit, alterũ ex duobus, aut uenam ſecare, aut euacuare, expedit: atqui utrum alteri præferendũ, inq; rem potius fuerit, diſcernendum: In inualidis enim parumq; robuſtis, à uenæ apertione prorſus abſtinendum eſt. Sed ut non expedite, & ne quid nimis, ita cum modo ſubpurgandum eſt. Vbi uero crudorum ſuccorũ moles infeſtarit, tum neq; uaſa aperienda, neque purgandum, neq; exercitationibus deniq; uacandum, imò ne moueri quidem neq; lauari contulerit. Verum omni in quiete, hoc modo affecti, ſeruãdi ſunt. Epulis item ac potionibus, medicaminibusq;, quibus extenuãdi diſſecandiq; poteſtas, abſq; euidenti calfactione, utendum. Eduliorum itaq; loco oxymel, ptiſanæ exiguum, interdum aquam etiam mulſam, exhibebimus. Quum autem cunctis in hac conditione conſtitutis hypochondrium ſuſpendi, inflariq; procliue admodum ſit, (quoniam quicquid eis offertur, prompte flatuoſum redditur) operæ omnino precium fuerit dapibus piperis aliquid confundere. Præſtat autem inprimis Dioſpoliticum medicamentũ uſurpare. Sed & illud quoq; quod è tribus piperũ generibus conſtat diatrionpiperion, quaſi διὰ τριῶν πεπέρεων dicitur, appoſitiſſimum ſic affectis fuerit remedium. Vtiliſſimum eis fuerit oxymeli. Pro potu apomelite, hoc eſt, cremore ex fauis aqua ablutis, utendum cenſeo, potiſſimum ubi utcunq; ſubacuit. Vinis item quæ leuiter ſubaceſcunt. Nutrimentis præterea quæ abſque calore extenuant: cuius generis habetur capparis, quem Romani Perſicum ſinapi dicunt, uel ex oxymelite, uel ex oleo et aceto pariter ſumptus. Tenſionis defatigatio, dum nõ ab exercitatione proficiſcitẽ, nimietatẽ quandã ſolidas animantis partes expandentẽ, inſinuat. Cæterũ neq; quenq; fugere, quia luce clarius, poteſt, quod quandocunq; ſanguineus humor nimia abundarit copia, eum inciſa uena detrahere, uel malleolũ ferire pręſentiſſimũ eſt remedium. Spontanea uero laſſitudo, in qua phlegmones ſenſus eſt, ne unius quidẽ atq; alterius horę, nedum duorũ triumue dierũ interuallo, moram ſuſtinet, niſi enim quiſpiã ſanguinis miſſione occuparit atq; præuenerit, febrim

Vinum crudos humores coqt.

Vires perpendendæ.

Diatrionpiperion.

Tenſiua defatigatio.

Inflammatiua defatigatio.

febrim illico inducet acerbissimam. Commodius uero, atq; adeò magis in rem laborantis fuerit, si nihil impedimento sit, bis eodem die detrahere. Sed priore quidem detractione nō ad animæ hominis usq; deliquium auferemus, posteriore uero ne animi quidē defectionem formidabimus. Si qui in ea affectione constituti sanguinem mittere supersederint, eis profecto, nisi uenti ualde secundi flauerint, naufragium factum putabis.

Cuiusmodi rationem uictus senectus postulet. Cap. XXIII.

Gelidi quidem aridiq; temperamēti ipsa senectus est. Emendatur uero tum calorificis, tum humectādi iuxtà calfaciendiq; uirtute prȩditis: proinde sunt, sed nō ad lassitudinem usq;, fricandi. Alimentum autē imbecillioribus ter administrandum: circa horam diei tertiā pauxillum panis cum Attico melle: post hæc hora septima, præmissis frictionibus & exercitijs, pro senectæ modulo, balnei quoq; usu adhibito, ante omnia quidē quȩ aluū dejciant, mox etiā pisces atq; alites porrigemus: postremo uero in cœna, quæ inculpatos succos pariant, quæq; ægerrime corrumpātur in stomacho, exhibebimus. Vina ex melle condita libenter admitto, potissimū si quis senum uel in renibus lapillum, uel pedum affectionem, quam ποδάγραν nominant, incumbere speret, adijciendumq; huic œnomeliti petroselinum. Si quando res ipsa postulat, ea quæ in uentre pituitā prognatam incidant seligere, transeundum, ut reor, confestim ad humectantem educationem, ficis quidem ante alios cibos, & in primordio cœnȩ exhibitis: brumali uero tēpore caricas, nullo symptωmatis sensu in dextro hypochondrio infestante, utiliter offeremus. At ubi serosa, pituitosaq; retrimenta in senio confectis corporibus suggeruntur, singulis diebus lotium mouere, & aluum, maxime ante cibum, absorpto prius oleo, subducere expedit. Sed illud liquidò constat, quod in prima mensa olerū omne genus cum oleo et garo, ex muria item oliuæ, & pruna deniq; Damascæna manducāda sunt: quod si uehementius aluus suppressa fuerit, Mercuriali & cnico succurritur: quibus non minus cōducit & terebinthina, interdū unius modò ponticȩ nucis instar, nonnunq; duorū aut trium magnitudine sumpta: neque raro item ex oleo clyster, aluo duræ & adstrictæ saluberrimum est præsidium.

Senectutis intemperiei correctio.

Quomodo incidendum cōtumax phlegma

Ad rugatū contractumq; corpus. Cap. XXIIII.

Erugatam quidem corporis cutem reddit erui farina, unà cum uite candida commixta.

Aliud smegma indesinenter abstergens.

Ficus pingues unà cum bryonia in farinā conteruntur, eruiq; farina usta, sepiæ piscis testa, pauco melle instillato, in eundem usum contunduntur.

Vt suauiter spiret corpus. Cap. XXV.

Sicca cupressi coma contusa, piceæ cortex ungento confusus, suaueolentem corpori inducunt odorem: memento tamen ne quis matutino diluculo, unà cum indumentis iam corpori applicatis, parum uel cassiæ, uel sauinæ degustare detrectet.

Ad calfaciendum habitum. Cap. XXVI.

QVoniam habitũ inſtaurari poſſe obiter inſinuauimus, ſolutus ad calfaciendũ illum intrito calorifico utatur: Quod ex his cõſtat: Nepeta, ſampſucho, hyſſopo, baccis lauri, rore marino, (quam Græci λιβανωτίδα nuncupant) lapide Pyrite, ſale, fece uini combuſto, nitro, pumice, pro uniuſcuiuſq; ratione, exiguo ſinapi, uua timinia, & grano Gnidio. Poſt balneum uero calorifico utatur acopo, uino rufo ueteri, potione ex uino mulſo, pipere, rutha, & conſimilibus.

Ad uitiatum corporis colorem. Cap. XXVII.

VItiatus corporis color eximie corrigitur uita amœna blãdaq;, dapibus ſucci inculpati: miſcere aũt radiculam, porrumq; cum uiridi cicere oportet. Coloris quoq; miram quandam gratiam inducit, dulcis mali punici cremor abſorptus. Vtile uero fuerit oleũ adijcere, elixa in ipſo diutius bryoniæ radice: Hoc ſanè & cuticulam curat, & corpus expolit. Sciſſuris conglutinantia miſcere atq; illinire conuenit, quę abſtergẽdi aliqua facultate polleãt: Verbi cauſa, farina, bulbus, narciſſi, & bryoniæ radix. Pulchritudinem quoq; coloris ipſa opulentia facit. Amygdalę item tum radix tum fructus, elixa in aqua. Cuius quidem uſus potiſſimum probatur in lauacro.

Sciſſurarum medela.

Ad liuores & fuſcedines. Cap. XXVIII.

SEnum cum liuorem tum fuſcedinem pulchre emendabimus, ſi cutem ſpiſſam, & affectionibus minus obnoxiam, habitudinemq; omnem longe calidiorẽ reddemus: quod quidem multo citius aſſequemur, ſi ſalibus in balneis utemur. Fuſcedinem uero ſpongijs, in raphani abſynthijq; iure ſubmerſis, fouere expedit.

Quæ dentes præſeruent cuſtodiantq;. Cap. XXIX.

DEntes, ſi quis hęc fecerit, corruptionẽ nõ ſentient. Ante omnia quidem corruptiones ciborũ uitandæ ſunt. Fugienda pariter aſſidua uomitio. Horrere item oportet eſcas dentibus aduerſas ac inutiles: cuius generis ſunt, ficus aridę, mel coctũ, frangi 3
contumax, palmulæ, & quæcunq; ægerrime conteruntur, quæq; glutinoſa ſunt, atq; fractionis adeò difficilis ut dentes uel loco dimoueant, uel eorundem ſtuporem (quam doloris ſpeciem Græci αἱμωδίαν, Romani torpedinem uocant) inducant. Cibi omnes egelidi & marcidi. Sunt uero à cœna dentes ſemper accurate expurgandi.

Aduerſus grauem auditum. Cap. XXX.

AD audiendi promptitudinem in primis conducit, meatus ſordium expurgatio, ad tempus enim retentę, linimentũ madens dropace unguine, quod è pice cõficitur, in ipſum demittito, & ſimulatq; expreſſum fuerit, extrahito: Vna quippe ſic opera et 4
meatus expurgatur, & auditus reſtituitur. Poſt hæc autem inſtar erui ad diem adhibito, obtura meatũ: poſtera die detrahens, ſingulis diebus oleo amygdalino illine, aut nardino aut chamæmelino, aut adipe anſerino, aut

modico

modico felle bouino. Rurſum iuſto tẽporis interuallo impoſito, ſinapi & ficu in farinam ſuffriatis, conformato peniculo (quod κολλύρειον Græci appellant) horis duabus applica, quo deinde detracto, oleum in albuci radicis cremore, uel ſola cum radice feruefactũ, concauitati infundito.

Ad caliginem oculorum. Cap. XXXI.

QVo caligine minus oculi corripiantur, ipſis egelida aqua ſubmerſis modice ſuſpiciant, quippe acies oculorum, uidendiq; facultas miris ita modis intenditur. Caue tamen ne unquam auara lectione delaſſentur. *Quæ uitanda caliginoſis.* Abſtinendum præterea à uino craſſo, ac dulci: Epulis item, quæ diu ſupernatantes ægre tandem in uentriculum demigrant, quæq; concoctioni reſiſtunt, atq; ſuccos lentæ, craſſæq; materiæ gignũt. Quin & ab erucis, porroq;, & à quibuſcunq; acoris quiddam ſurſum tranſmittitur. Iam uitare pariter expedit meridianum ſomnum, ſupinumq; decubitum, uentos ex aduerſo obuiam flantes, fumum, atq; puluerem. Infunditur porrò præſenti remedio oculis perpeti menſe ſingulis diebus aqua, ad hunc ſanè modum accurate præparata: Fœniculũ uiride, ſimul & aquam pluuialem uaſi teſtaceo foris picato inijce, dein de fœniculo exempto, reliquias in eum uſum reponito.

De plenitate, ſatietatéue. Cap. XXXII.

SVmmopere in alimentorũ ſatietate delinquitur, nam & ſi probe uentriculus ſuo fungatur in coquendo officio, uenæ tamen plus iuſto refertæ afficiuntur, expanduntur, finduntur, oppilantur, flatuq; infartiuntur, & mira quadam deniq; grauedine peſſum eunt: atq;, ut ſemel dicam, grauiſſimas ex ſatietate, uenarum'ue plenitudine (qua nihil in morbis peſtilentius) ægritudines prouenire perſpicuũ eſt. *Venarum repletio nocentiſſima.* Ventris porrò plenitas, quanq;, eo quod redundantias uel uomitione, uel alui deiectione excernit, multò quidẽ tolerabilior ſit, ea quæ uenis oborit̃, tamen & ea quoq; dãnanda eſt. Attamen ſiquãdo quis ſe plus æquo ingurgitarit, protinus uomitu eijcere ſtudeat: periculũ enim ne ſi probe cõcoxerit, uenæ præ plenitudinis mole moleſtent̃, præſertim dum quis iugiter per intemperantiam ſeſe largius inuitans, nullam cõminiſcatur euacuationem. *A crapula illico uomendum.* Vomendũ eſt itaq; antea quàm cibaria ſumpta in uentriculo corrumpantur. Si cui tamen eſt quod uomitionem impediat, alui deiectio plerunq; maximo fuit præſidio. Verum ſi ne id quidem eſt integrũ, ſomno prolixiori indulgeat, & crebrius in potu aqua utatur calida. Vbi uero quantum ſatis eſt concoxerit, potiſſimũ ſi aluum deiecerit, lauare, fomentis uti, paululũ ſalſamenti guſtare, potumq; dilutũ haurire, expedit. Quod ſi neq; deſederit, neq; mature coxerit, et uniuerſi ſemel corporis moles põderoſa, & ad motus omnes inappoſita, ſomnolentiorq;, & mens quoq; nulla euidenti ratione pigritia torpeat, hæc profectò uenarũ plenitatem, ne dicã redundantiã, portendunt. Qui uero præter hęc laſſitudine quoq; capiunt̃, eos trãquillitati permittere, quoad uẽtriculus pro ſua functione coctura abſoluat: mox deinde exercitationibus inanire ſatius eſt.

De temulentia. Cap. XXXIII.

MAturus sanè uomitus saluberrimum temulentis est remedium. Expedit autem ubertim aqua & mulso epotis uomitū elicere, quo partim bene multa proijciant, partim uellicationes, quas secum fert ebrietas, hebetiores reddant, & obtundant. A uomitu uero inambulatione leni, & illinitione abundanti utendum censeo. Reliquo deinceps tempore tantisper tranquillitati, quietiq; sub stragulo dormientes, uacent, donec id quicquid est uilli edormierint, & ipsa afficiens discutiatur ebrietas.

De ijs quibus alimenta corrumpuntur. Cap. XXXIIII. 1

FActa alimentorū in uentriculo corruptione, quibus retrimenta corrupta excernuntur, rectissima semita ad sequundā ualetudinem tendunt: Qui uero nihil deijciunt, ijs quæ iucunde sine molestia uentrem molliunt, irritandi sunt. In ea affectione constitutis, uomitiones ante cibū, uini, passi ue potatione, citæ conferunt. Ad hæc, quicquid est uaporosum, quicquid uirosum, interdicimus: atq; in uniuersum omnia quæ ocyus corrumpuntur esculenta, uelis remisq; uitanda sunt: Sed ea quæ inculpatū succum generant obsonia, cum delectu uenanda censeo. Sic se habentibus, ex tēporis interuallo modestę, ac opportunę alui subductiones, ex clementibus catharticis, pręsentaneā opem adferūt. 2

De re uenerea. Cap. XXXV.

Moderatæ Veneris cōmoda.

EMolumenta quæ Venerē ceu umbra comitātur, hæc sunt: Plenitatem exhaurit, corpus agile & expeditum auctiusq; reddit, & uirū arguit: Quod uero ad animū attinet, implicitā ac perplexam rationem extricat, furentem indignationem mitigat: Qua de re atrebilario appositissimū (si quicq; aliud) est subsidium: Restituit hominem modestiæ, & aliâs quoquo modo dementes. Affectionibus item quæ pituita proueniūt, efficaciter opitulatur. A cibis appetitus auersionem, in ciborū appetentiam, bella metamorphosi, reducit & cōmutat.

Calidi et humidi Veneris idonei, frigidi & sicci, ineptiores milites.

3 Aliquot multos à frequentibus somnijs uindicat. Atqui homines calidioris, humidiorisq; naturæ, Veneri multo magis sunt appositi, procliuiores quippe reliquis ad libidinem uulgò conspiciuntur. Porrò siccanti atq; refrigerāti uictus rationi Venus est alienissima. Senij itidem ętas, tempusq; autūni. Victus itaq; calidus ac humidus offerēdus est. Esto præterea frugalis quidam tum laborū tum alimentorū modus: ut enim laborū summa, ita Veneris quoq; (si mediocritas seruatur) cōmoditas est: haud enim ad opus modo excitant, uerum promptitudinem quandam, ei qui assueuerit, prębent.

Irritamenta Veneris.

Veneris ergo desiderium, præ cunctis alijs rebus, cupediarū irritat redundans copia. Proinde quę plurimi alimenti sunt cibaria, ad hanc rem uel ad unguem facta uidētur: Cuius generis ex piscibus sunt Polypi, 4 (qui aliâs sanè ad Venerem stimulare haud uulgariter putantur) & omnis mollities, uel, ut ita dicam, pellicia. Ex oleribus uero geminalis, erysimon, eruca, rapū, atq; hęc instar medicaminis habentur. Legumina uero id genus,

nus, fabæ, cicera, ochri, quas eruilias dicunt, dolichi, quas ſiliquas haud inepte dicas, piſa, quoniam flatuoſa ſunt, & uberi alimenti, Idcirco rutha, eo quod flatus diſſipat, atq; penitus ferè demolitur, Venerem hebetiorem reddit atq; obtundit. Vuas maximopere commendo, humectant enim, & ſpiritu ſanguen infartiunt, id quod ad res Venereas potiſſimum ueluti impetu quodam ſtimulat. Fututurus itaq; caueat ne plenitates, cruditates, labores, uomitus & purgationes moleſtent: pari quoque modo ſtudioſe uitandum ne tum repentina diarrhœa (id eſt fluor alui) quæ diuturnam exiccat, corpus infeſtet. Clinopalen atque æſtuantem adeò libidinem ut minime probo, ita manibus pedibusq; ei renitendum præcipio, maxime quorũ ulli affectioni obnoxiũ corpus eſt. Multo itaq; ſatius fuerit poſt exercitationes, lauacra, exiguo alimento ſumpto, in Venerem cõgredi. Illud enimuero tum ad corporis robur, tum aduerſus frigoris noxas, plurimũ habet momenti. Veneris utiq; opportunior occaſio à cibo (ceu mox mihi dictum) & ante ſomnũ. Protinus enim à coitu ſomnum capienti labor relaxatur: Adde quod temporis id liberis procreandis longe cæteris accõmodatius eſt, quũ aliȷs ſanè nominibus, tum quod mulier ſomnũ capiens ſemen genitale melius ac ueluti mordicus continet.

Rutha Venerem obtundit.

Congreſſuris in Venerẽ quid cauendum.

Coẽũdi opportunitas.

Ad eos qui futuere nequiunt. Cap. XXXVI.

VIri nõ uiri penis pinguitudine ſubinde illitus, incitatur ad libidinẽ, adiecta interim radicis narciſſi, aut grani Gnidiȷ, aut pyrethri, aut uuæ timiniæ, quam σαφίδος ἀγρίαν nominant, aut ſeminis urticæ, aut aniſi exigua particula. In quẽ uſum etiã propinanda ſunt, piper, aut ſatyrion, aut eruca, aut cnicum, aut uno etiam faſce omnia. Ante eſcas, & in cœnæ ſemper primordio, bulbi toſti fului & exiles, cum ſale oleoq;, aut ſcyllæ parum marcidæ, deglutienda ſunt. Pręterea in hanc militiã cõpertis & confectis medicamentorũ præſidiȷs uti, ac res deniq; obſcœnas iugi admodũ lectione euoluere, inguinibus ſauciat.

De immodica fututione. Cap. XXXVII.

QVoniam è clinopale, immodicaq; re Venerea corpus rarius, frigidius, aridius, imbecilliusq; redditur, aſtrictorię, calorificę, humectatricis, roborificęq; poteſtatis rebus utendum cenſeo. Quam ob cauſam libidinis aſſiduitate culcitræq; palęſtra defatigatis impendio conducit, ſtragulũ calidũ, tranquillitas ſomni ad naturę neceſſitatem, tantiſper ſcilicet quoad corpus ex cõtentione relaxetur atq; inſtaurẽt, ipſiq; tandẽ à debilitate refocillati ſeſe recuperent atq; reficiant.

Feßis libidine quid conducat.

De nimietate geniture. Cap. XXXVIII.

NOn pauci feruentis geniture copia ſaburrati, petulantes laxis habenis in amabiles congreſſus feruntur, qua ſemel perfuſa corpus debilitatur, ſtomachus reſoluitur, gracileſcit, & exuccus omnino efficitur. Verum ſi eam ob rem ſe Venere defraudauerint, capitis grauedine capiuntur, nauſeabundi redduntur. Deinde mox in ſomno profuſione polluti, eadem patiũtur. Ea de re nihil quod ge

Quæ ex genitali retento incommoda.

nitale ſemen auctius reddat propinandum eſt, ſed contrà quæ ipſum corrumpunt & cōficiunt potius, tum alimentis, tum medicamentis, uti: Lumbos item, ubi lauerint, oleo roſaceo, melino & omphacino oblinire conuenit: Præſtantius uero fuerit, confuſa eis, craſſitudinis gratia, cera inungere. Adijciuntur etiam utiliter ſucci quidam frigorifici, Semperuiui inquam, ſolani, umbilici Veneris, & pſyllij: atque hæc quidem æſtatis tempore: ſed cæteris temporibus tum ſales, tum lactucæ cremor, tum lini ſemen aqua elixum, quippe & hoc refrigerantem ſuccum exhibet. Lamina porrò plumbea lumbis ſuppoſita, geniturae per ſomnū fluorem cōpeſcit. Hoc ipſum efficaciſſime quoq; præſtant herbulæ quædam egelidæ, unà cum rutha, & teneriuſculis nonnunquā uiticis (quam ἄγνον ἢ λύγον Palliati, ſalicem amerinam etiam Togati nuncupāt) extremis ſurculis, ſubſtratæ. Semina quoq; lini atq; ruthæ comeſta idem efficiunt. Obſeruare uero ad unguem conuenit, ne dum tanto certatim ſtudio lumbos refrigerare molimur, renes iacturam faciant.

De his qui ex frigore noxam contraxerunt. Cap. XXXIX.

ALgore, perfrictioné ue cum tremore plus æquo male affecti, unctulo uel cyprino uel irino delibuti decūbant: deinde nonnihil calore reſtituto, piperis quiddam aut myrrhæ cum uino dulci, odoris optimi, annoſo, uel ſuccum cyrenaicū, è mero ſiue aceto, uel pyrethrum, uel caſtorium deniq; ex aceto, & omne uno uerbo alimentum calidius, exhibere oportet.

De his qui immodico ardore iniuria affecti ſunt. Cap. XL.

QVi ardore autē atq; inuſtione uerius noxam non leuem contraxerunt, in penetralibus auliſq; auræ undique expoſitis atque uentoſis decumbant: Vultum præterea, manus, crura, egelidis undis irrigare: Sitim potatione frigidæ pro conſuetudinis ratione ſedare, expedit. Hæc ſanè conſultò, non ubertim, ſed pedetentim facere, alimenti parum, rite diſpoſitum, liquidum potius quàm ſolidum, aſſumere confert.

De pituita in uentre ſuperiore ſuperabundante. Cap. XLI.

QVod ſiquando aſſequutus fueris quenquā qui pluſculi ac ualidi nutrimēti oblationes auerſat, faſtidit, atq; omnino renuit, quiq; ſi aſſumere impellas, nauſeat, neq; fortaſſis quicquam, præterquam quæ acredinem præferunt unquam admittit, imò ne ijs quidem capitur, ſed uentriculo inde inflato nauſea quoq; oboritur, atque ſola eructuatione uel minima recreatur, nonnunquā ipſos quoq; iam ſumptos cibos corrūpit, in acidam maxime corruptionē: perſuaſum habeas, prima eſſe ſanationis prȩſidia in euacuatione uētris à phlegmate, ſita. Ipſe quidē olim in eiuſmodi affectione conſtitutū cognoui, qui radicula ex aceto mulſo deuorata longè fide maiorem craſſæ pituitæ uim euomuit, atq; ita extemplo ſequundam ualetudinem inculpatam aſſequutus eſt.

Quo-

Quomodo quis facile uomitum promoueat. Cap. XLII.

QVandoquidẽ innumeræ ferè & abſurdæ calamitates comitari conſueuerunt ægre uomentes, haud ab re ſanè fuerit rationes, quibus uomendi omnis tyrannis tollitur, præſcribere: enimuero cum pituitã expurgat, tum caput grauedine liberat, neque per ſomnum quidem, ut ita dicam, ea quæ auidius ſunt deglutita, in crudeſcere ſinit, moleſtiã intemperata potione uino madentis arcet. Sint inſuper quæ offeruntur neque acerba neque admodum ſicca, uerum tum dulcoris humoriſq́;, tum acoris modum non excedant. E quorum genere principẽ probitatis notam raphano debemus, erucæ, ſalſamento peruete ri, origano uiridi, exiguo cepis, porriq́;. Adiuuat porrò haud uulgariter uomitionẽ ex legumentis ptiſana melle cõdita, faba elixa, & carnes obeſę ac pingues. Atqui nõ cremores modo, aut iura ſolũ ſorbenda, ſed uniuer ſa ſemel ipſorum quoque moles deglutienda. Noli igitur quiſquis uome re geſtis, diutile maſticationi inſiſtere atque immorari, ſed elixatione cuncta molliora reddantur. Neque te res luce clarior lateat, quod uidelicet uina multi dulcoris ad eam functionem ſeligenda ſunt, quoniam diutius ea in ſummo innatant. Potus uero, quo utuntur, ſemper tepidior eſto. In cibo amygdalis quæ melle maduerunt, iugiter utantur. Placentæ quoq́; non ſemel ad hunc uſum deguſtandæ ſunt. Semen item cum peponis tum cucumeris, maceratum, atque contuſum cum melle, necnon & cucumeris radicis farinam ex melle offerre congruit. Quum autem ualentiora res ipſa poſtulare uidetur, narciſſi bulbi elixatione merum infice, ac dilue. Quin & irinum quoque unctulum promouet, ſi quis digitulis eo delibutis irritet. Sed & id quoque uomitorium eſt, ne minimum quiddam à uomitu uel prætermittere, uel relinquere, ſed os quoque ipſum protinus colluere, uultumq́; pari ſtudio aut oxycrate, quod eſt aceto mulſo, aut aqua abluere: nam id non dentibus modo manus porrigit auxiliares, ſed caput quoque grauedine exonerat.

Ciẽtia uomitũ.

Quæ uehementius proritant uomitum.

De ijs quæ ſequũda ualetudine conſtitutis tum aluum emollire, tum lotium ciere pulcherrime poſſunt. Cap. XLIII.

PRiſcis quibuſdam ad ſequundam ualetudinem tuendam abunde ſatis uiſum eſt, ſingulis diebus cum alui ſaburrã, tum lotium quoque ipſum, ut citra Momi notam, ita quantum res poſtulat, pro cibi potusq́; multitudine, euacuare. Quod ſi illi oletũ, huic uero lotium reſpondebat, probabant: Sin ſecus, lotium quidem ciere ſcandice, apio, aſparago, petroſelino, aniſo, nepeta, origano, abſinthio, gramine, cardui radice, trifolio, herba cincinnali (quod ἀδίαντον Græci dicunt) aqua elixis, ius cuius in potu cum uino ſubinde miniſtrabant. Hæc quippe per lotium ſanguen quoque expurgant, quod præſentiſſimum habetur auxilium. Moliebantur uero alui deiectionẽ, deuorandum exhibentes in ſomnũ iam uerſis reſinæ terebinthinæ, inſtar oliuæ. Si uero acrius ualidiusq́; aluũ ſubducere eſt animus, exiguũ radicis ponticę (uulgò Rha-

Quæ ſanis urinam moueant.

Quibus deiectio molienda.

Quæ aluũ stricitum soluant.

barbarũ appellatũ) miſcebimus. Cõueniunt etiam aluo emolliendæ, oua ſorbilia: Ex oleribus beta, malua, ius cochlearum, & hæc aliquando ſatis opis conferunt. Validiores in hac re uires habent, mercurialis, in aqua cum ſalibus elixa & eſui data, & elixatio eius potui exhibita: Similiter & ſambuci folia, polypodijq́ radicis duo denarij ſalſamẽto inſparſi, aut cum ptiſana deglutiti. Eiuſdem claſſis eſt ſerum lactis, trium aut quatuor hemi narum menſura, cum ſale & melle ſumptum. Simili poteſtate eſt iuſculum peruetuſti gallinacei, tam per ſe, quàm cum binis cnici denarijs acceptũ. Aloën quoq; à cœna, quæ trium cicerum magnitudinem æquet, identidem aſſumere expedit. Saluberrimus itidem fuerit, epithymus cum uino poſt frugalem cœnam epotus. Verum ſi cui uehemẽtiore cum euacuatione ſuccurrendum eſt, ueris tempore circa auroram epithymi drachmam ex oxymelite hauriat.

De clyſteribus. Cap. XLIIII.

HAbent natura uentres quidam adſtrictiores, quorum præ debilitate ſtomachus non ſuſtinet medicamenta, quæ per os ſumpta aluũ deijciunt: ijs lauaminibus, quæ Græci nunc κλύσματα, nunc κλυστῆρες, Medicorũ ſchola clyſteres, & infuſa, nuncupant) ſuccurrendum cenſeo. Pituitam quidem quæ inteſtino fixius inhæret, iure caricarum, betarum, nitri, radicis cucumeris ſylueſtris, cum melle & oleo uel chamæmelino, uel anethino: Quod ſi ariditas haud mediocris moleſtauerit, elixatio altheę, fœnogræci, chamæmeli, adiecto oleo & melle haud ita multo, & nonnunquam oleum per ſe dimidiati acetabuli quantitate, per inferna in aluum immiſſum, id quod deſiderabatur ad amuſſim, ut dicitur, abſoluit. Neque tamen id crebro ſine iuſto temporis interuallo agendum, ne natura ijs perpetuo uſu aſſueta, ultroneæ deiectionis, ſui muneris, obliuiſcatur.

Enematis cum temporis interuallo utendum

De glandibus, quæ uulgus medicorum ſuppoſitoria uocat. Cap. XLV.

VSus quoq; glandium celebris admodum eſt, oletuli excernendi gratia, ac in his quoq; quibus etiãdum clyſteris reliquię, uel quicquid iniectum eſt, ueluti mordicus retinentur. Finguntur uero balani è ſale aſſo, melle & nitro, thymus quoq; non raro melli crudo, formãdi glandinis gratia, inſeritur. Formantur nõnunquam & è terebinthina reſina, admixto nitro, & modico aliquando cocco Gnidio. Cæterum quoniam ferè lancinatio inde ſemper conflatur, non citra adiecti portionis olei ijs utendum. Porrò dum pyrethrum, aut piper inſeritur, opitulantur diſſolutis, & præ algore inflatis. Additur item ſæpius & centauriũ, pici aut cerato implicitum, reſolutioni uerendorũ accõmodatiſſimum præſidium: Puſionibus uero (quibus durior aluus clementer mollienda eſt) ſalis granũ inditur. Ex ficu deniq;, adiecto nitro, nõnunq; glandes conformari pulcherrime poſſunt.

De

De caput purgantibus apophlegmatiſmis, deq; iis quæ per nares euacuant, & de unguentis. Caput XLVI.

HVmores quidem capitis per ſputa & ſcreatus commodiſſime euacuantur. Id ſi obiter modo facere fert animus, cōfundimus piper maſtichæ: Si ualidius uacuare ſtudebimus, aliâs pyrethrum mandere, aliâs herbam pedicularem, (quam Græci σταφίδα ἀγρίαν nominant) præcipimus. Præterea utriuſq; orcitunicæ, quam ἀνεμώνην eadem gens appellitat, commanducata radix, phlegma extrahere efficaciter ualet. Capparis quoque radicis cortex, eundem humorem euocat. Retrimenta igitur ſeroſa, rebus hactenus enumeratis euacuantur. Sinapi uero cum oxymelite gargarizatum, aut defrutum in quo ſiræum, origanum, uel hyſſopum elixatum ſit, craſſiorem pituitam excernit. Ipſe uero ſapæ ſinapi cum oxymelite confundo. At ſi à muco quoque purgari cerebrum expetit, irritando per medicamenta quæ acorem obtinent, quorum bene multa ſternutationem eliciunt. Purgat itaque per nares anagallidis, utriuſq; orcitunicæ, ac betæ cremor, foliorum quoque ſylueſtris cucumeris ſuccus uel ſeorſim ipſus, uel cum decocto uel cremore betarum naribus infuſus. Verum ſi crudi humores in thoracis, pulmonis, capitisq; partes ſeſe receperint, ſternutamentum quidem, neq; uel tantillum opis conferre potuerit.

Vnguentum oris huiuſmodi confert.

Sinapi cum betæ cremore dilutum, partibus palati, atque columellæ illitum, haud mediocri remedio eſt. Idem per nares quoque purgandi facultatem obtinet. Euphorbio item naribus illito ſubinde uſus ſum, melanthioq;, quod equidem interdum, peracri aceto per diem maceratum, deinde poſteriore die cum aceto denuo dilutum, emollitū, & eliquatum, naribus infundo. Interdum uero melanthion oleo ueteri liquefacio, atque pari modo uſui adhibeo. Ad hunc ferè modum Archigenes quoque in obturatione narium melanthio uſus eſt. Priori, quod aceto conſtat, Crito felle ſuffuſis ſuccurrebat. *Archigenes.* *Crito.*

Quæ menſes trahant muliebres. Cap. XLVII.

QVæcunque, ut ſemel dicam, lotia proritant, eadem & muliebria impellere poſſunt: Verbi cauſa, braſſicæ radicis elixatio, in potu, perſicæ radix, rutha, calta, (Sic enim Romani χρυσάνθεμον uocant) dictamon, ſemen erucæ. Reperiuntur uero nonnulla quę uel appoſitu modo, maxime ſi ori locellorū admoueantur, menſes promoueant: cuiuſmodi habetur rutha, cum melle illita, porri cremor, alliiq; contriti ſuccus, myrrha uino diluta, & leporis deniq; coagulum.

Sudorifica medicamenta, quæ à Græcis ἱδρωτικὰ appellantur. Cap. XLVIII.

SVdorem prouocant chamæmeli farina, oleo inſperſa, ſumma cute haud molliter modo, ſed ualide etiam perfricata: ſeſeli, pyre-

thrum,canchry,aniſum, pari modo oleo excepta:nitrū toſtum haudqua-
quam ualde tenue cum oleo:flos ſalis oleo temperatus:ſuccus cyrenaicus,
aqua dilutus, & in perfrictione corporis adhibitus, ciceris item quanti-
tate hauſtus. Conſimiliter & nepeta,tum ſi cum mulſo ſumatur,tum ſi fo-
ris quoq; corpus ex eo fricetur.

De aëre. Cap. XLIX.

Aer optimus.

SAluberrimus aër eſt, qui ad unguẽ purus eſt: cuiuſmodi fue-
rit,quem neq; ſtagnorum, neq; paludum, neq; alicuius bara-
thri, peſtiferam auram eructantis, exhalationes perturbant:
E diuerſo, qui latrina quapiam uaſtū aliquod oppidum expur- 1

Aer peſtilens.

gante inficitur,peſtilens eſt. Neq; etiam is qui nebuloſus eſt,frugi uideri
poteſt. Vitioſus item quiſquis in ualle undiq; celſis iugis incluſus,nullā o-
mnino ſuſcipit auram. Quicunq; ergo ad hunc modum aër infectus eſt,
omni pariter ætati, omni temperamento, iuxtà tantopere officit, quanto-
pere inculpatus ille uniuerſos & amœnat & adiuuat. Sed qui in qualitate,
ardore inquam,algore,ſiccitate & humiditate diuerſus & inconſtans eſt,
omnes ſine diſcrimine afficere neutiquam poteſt. Temperatis nanque

Similes amant labra lactucas

corporibus, aër temperatus, Intemperatis uero, qui contrarij tempera-
menti fuerit, utiliſſimus eſt.

De aquis. Cap. L. 2

QVæ ſingularū ferè aquarū cum uirtutes tum uitia ſint, explo-
rata & ueluti in numerato habere conuenit, utpote quæ multi-
plicem inprimis tantum nō omnibus uſum, ad quāuis educatio
nem ſuggerunt. Latêre itaq; neminem debet, ſaluberrimā eſſe

Aqua ſaluberrima.

aquā, quę omnis planè tam guſtu quàm olfactu qualitatis expers eſt: ſed
ut potanti extemplo ſuauiſſima,ita intuētibus lympidiſſima uidetur. Quę
uero per præcordia maturime deſcendit,hac nullam potiorem aliam inue

Aqua perniciosa.

ſtigare conuenit. Quæ uero præcordijs diutius immorabūtur aquæ, uen
trem uexabunt, inflationes facient, & ponderoſo onere graues erunt, o-
mniū deterrimas conſtituere oportebit:eæ ſanè neq; caleſcunt ocyus, ne- 3
que frigeſcunt promptius:quin & quæcunq; in ea elixantur, longa mora
& ęgerrime tandem cōcoquunt̄. Satius itaq; fuerit experimento huiuſce-
modi aquam diſcernere. Qui uero notis quibuſdam talem deprehendere

Quibus notis bonitatem uitiumq; aquæ deprehendas.

ſtuduerit, ex ijs quæ deinceps memorabimus faciat iudicium. Enimuero
quæ ſeptentrionē uerſus & occaſum labitur,ea ut ægre tranſmittitur, ita
coctu difficilis & cōtumax eſt, & calefit & frigeſcit lentius: cōtrà quæ ad
orientē,per meatū quempiā ſiue tellurem defluit,leuiq; momento caleſcit
& refrigerat̄,de hac ſummę bonitatis ſpem concipias. Ea quoq; frugi pu-
tanda eſt aqua,quę ęſtiuo tēpore frigidior,brumali uero calidior eſt. Nec
deſunt qui aquæ bonitatē trutina explorant: ei ſanè leuiores cæteris præ- 4
ferunt: Si id cum his quæ mox recenſuimus commune habet, probatur.
Hæc quippe ſola, niſi & alijs fulciatur, exactæ probitatis coniectura mi-

Pluuialis aqua

nime ſatis. Cœleſtis preterea aqua,teſte Hippocrate, nullo pondere gra-
uis,

uis,dulcore abundanti, lympiditate neutiquam uulgari, tenuitate deniq; cenſetur,eo quod à ſole leuiſſimum trahatur & tenuiſſimum. Idq; non ex alijs aquis modo, ſed ex mari etiam, corporibusq; colligitur : proinde & omniũ celerrime putreſcit, quod è diuerſis admodum qualitatibus conſiſtat. Nemo uero citius putreſcibilem aquam deterrimam eſſe iudicet, alterationis quippe procliuitas uirtuti magis q̃ uitio adſcribenda eſt. Quapropter quæ inculpatæ aquę inditijs prædita facile putreſcit,ſaluberrima cenſenda eſt. Atqui ubi iam alterari cœperit, ſumentibus in potu, raucedinis, tuſſis, moleſtiæ uocis, occaſionem præbet. Cæterum ex pluuialibus aquis æſtiua & tonitruoſa, bonitate procelloſæ præpollet. Glacialis uero niualis'que omnium uitioſiſſima habetur, quod aquarum congelatione omnes tenuiſſimæ partes exprimuntur. Vtile autem fuerit limoſam,teterrimiq; odoris aquã,uitioſaq; qualitate affectam,elixatione prius corrigere, & ſic tandem bibere. Et uinum miſcentes, aquæ uitia emendamus : ſtypanti quidem dulcius, cæteris uero acerbius. Nonnullas porrò aquas, uerbi gratia limoſam,ſalſuginoſam, bituminoſam, excolare expedit. Valde uero gelidam poſt alimenta, ſed ne tum quidem ubertim ingurgitandam iudico. Inuenerunt nonnulli cibos ac potus,quibus aquarum uitijs occurrũt. Nec deſunt qui ciceris decoctum offerunt, uel ipſummet deuorant : alij pedes gallinaceos (quas κωνκαλίδας Græci nominant) cum piſciculo quopiam elixato, pariter edunt. Conſimiliter & fœniculum. Quidam betam denique & cucurbitam ſale conditas unà cum uino diluto abſumunt.

Putreſcibilis aqua.

Aqua à glacie niueq; defluens

De balneis. Cap. LI.

PRobo ſanè natationem frigidæ,quam ψυχρολουσίαν Græci nuncupant, atqui temere & ordine nullo uiuentibus ut nihil conferre, ita ijs modo qui ad amuſſim uitam inſtituunt, laboribus item & alimentis loco ac tempore commodiſſime utuntur,multum momenti adferre arbitror. Qui uero copioſiore egent refrigerio,eos uel induxiſſe nonnunquam natationi æſtatis tempore ſatis fuerit,iuuenes maxime,& corpulentos, frictionibusq; pręcalfactos. Sint autem neq; rebus Venereis, neq; alia quauis re defeſſi oportet, neq; cruditate interim, neq; uomitione,uentriſq; fluore,aut uigilijs denique, exhauſti. Periculoſum quippe ſimpliciter egelido lauacro uti : calidũ autem ut optimum, ita & tutiſſimũ fuerit: ſolatur enim laſſitudinem, plenitates diſſipat, calorem inducit, placat,mollificat,flatus diſcutit,etiamſi altius radices egerint, ſomnum accerſit,& corpulentiam inducit. Eſt uero utiliſſimum cuiq;, tum uiro,tum mulieri,tum puero,tum ſeni,magiſtratibus atque priuatis.

De thermis ſua ſponte prouenientibus. Cap. LII.

THermarũ naturalium, hoc eſt,quæ ultro ſcaturiunt, quædam ſunt nitroſæ,quædã ſalſuginoſæ,quædã aluminoſæ,quædam ſulphureæ,aliæ æris,aliæ ferri deniq; naturam ęmulant. Sunt item nõnullę quæ ex earundẽ rerũ mixtura cõſtant, idcirco in

uniuerſum omnes quotquot per ſe ultro thermæ emergunt, uirtute areſa-
Thermæ nitroſæ. ciendi calfaciendiꝗ; præditæ ſunt, frigidisꝗ; ac humidis naturis in primis
conducunt. Cæterū quæ nitri ſalisꝗ; naturā obtinēt, capiti, thoraci, deſtil
lationibusꝗ; affecto, ſtomacho humecto, hydropicis, è morbo item pullu
lantibus tumoribus, & quibus pituita moleſta eſt, coueniunt. Quę alumi
Aluminoſæ. ne cōſtant, ſanguinis excretionibus, uomiturienti ſtomacho, fœminarum
inordinatis locellorū purgationibus, & ijs quæ identidem abortiūt, opitu
Sulphureæ. lantur. Quæ uero ſulphuris uim poſſident, neruos emolliunt, calfaciunt,
fatigationibus ſubueniunt, ſtomachū non modo effœminant tantum, ue-
Bituminoſæ. rumetiam ſubuertūt. Sed bituminis naturam imitantes, caput replere, ſen
ſorijsꝗ; ſedibus officere ſolent: calfaciendi uero emolliendiꝗ; uim obtinēt,
Quæ æris, quæ ferri naturam imitantur ſi quis diutius in eis perennat. At quæ æris confuſione conſtant, os, tonſil
las, columellam, & oculos, miris modis adiuuant. Quæ poſtremo ferri na
turam retinent, ſtomacho, lieniꝗ; accommodatæ ſunt. Oportet autem
aquam citra tumultū ingredi, quo ſcilicet ipſius potentia pedetentim irre-
pens, promptius in diſſolutum & laxatum corpus demergatur.

De uictus ratione ſingulis anni temporibus utili.

Caput LIII.

Hyems. OPtimum ſanè fuerit quæꝗ; anni tempora obſeruantes, uictus
rationem præſcribere. Per hyemem quidem ualentius exerci-
tari, & plenioribus alimentis uti oportet, præcipue quando
aëris tempeſtati Boreas imperat. Vbi uero auſtrina tempeſtas
fuerit, pari quidē exercitationi, ſed cibo, potationiꝗ; frugaliori, indulgen-
dum. Et in uniuerſum, ut madido tempore ſiccius omnino reddere cor-
pus, ita & per frigidum tempus calidius, ueſci uero tum carnibus, oleri-
Ver. busꝗ; calidis, atꝗ; uinum bibere meracius, expedit. Primo autem uere ad-
uentante, hic quidem uomitionibus, alius alui deiectionibus, euacuetur,
alius ſecta uena ſanguinem detrahat, pro recepta cuiuſꝗ; tum conſuetu-
Aeſtas. dine, tum animi quoque prompta uoluntate. Aeſtatis uero tempore tran
quillitas expedit, laborum item alimentorumꝗ; diminutio, quæ quidem
ex frigidiore genere ſunto: potatione quoꝗ; uberiore uti, atꝗ; omnia tan-
Autumnus. dem quæ refrigerium humiditatemꝗ; conciliant, adhibere conuenit. In au
tumno exactiorem obſeruationem ac cautelam circa uictus rationem res
poſtulat, quoniam omnino inæqualis ac inordinatus eſt, & morborum o-
mne genus facilime parit. Summo etiam ſtudio nitendum eſt, ne quid de-
linquatur circa refrigerationes. A Venere etiā potuꝗ; egelido cauendū.
Matutinum porrò frigus, meridianumꝗ; ęſtum iuxtà manibus pedibusꝗ;
Omnes fructus flatuoſi. declinare atꝗ; effugere etiam ſtudebimus. Pomorū quoꝗ; repletio uitan-
da eſt, moleſtiam quippe non ſaturitate modo, ſed quod κακοχυμίαν, hoc eſt,
uitioſum ſuccum, atꝗ; flatus quoꝗ; infert. Optimi nanꝗ; omnium fructuū
ficus, ac uuę, flatus excitant. Atꝗ; niſi ante alias eſcas accipiantur, alimenta
corrumpūt. Prę alijs uero ferculis aſſumpti, neꝗ; inflant, neꝗ; corrūpunt.
Vbi frigidior iam redditᷣ aër, pro algoris ratione corpus calfaciendū eſt,

Omniaq; perinde obrepente, atq; progressa hyeme, peragenda. Operæ quoq; precium fuerit, post æquinoctium, aut æquidiale, (quam ἰσημερίαν Greci uocant) euacuatione quapiam prædictarum rerum corpus inanire, ne quid superuacaneum per hyemem retentum, noxam inferat.

Victus ratio in negocio degentibus seruanda. Cap. LIIII.

QVisquis in negocio degit, aut sese superiore uita exercitare solitus fuit, aut etiam dum exercitationibus uacat, diligenter animaduertat, facilé ne illiusmodi cõsuetudinẽ sustineat, ita quidẽ ut neq; alijs identidem morbis, neq; anhelitus difficultate, infestetur. Huiusmodi quippe corporis naturam, haudquaq; in aliam consuetudinem alterare congruit. Neq; in totum etiam eius, qui non nisi ex longis quandoq; interuallis aduersa ualetudine prematur. Sed si perpetim quispiam ualetudinarius uideatur, idq; fertur plenitati acceptum, per uniuersam tum uictus rationem, quantumuis salutarẽ, hunc scopum tibi præfigas, ut is uidelicet deinceps iugiter quandam humorũ symmetrian possideat: Sin humorum uitijs, ut ei quamsaluberrimi cõtingant succi, remis uelis cõtendendũ est. Quodcunq; igitur corpus plethora quasi saburratũ conspicitur, eos prius lotos, mox frictionibus uti, parumq; agitari oportet. Quicunq; autem hęc facere anticipauerint, his nostro quidem cõsilio, hæc eadem augere, tenuiusq; ali profuerit. Cæterum qui uitiosos humores cumularunt, neutiquã uno sanationis scopo curantur, eo quod multiformes sint uitiosorum humorum species. Quidam enim frigidiorem, pituitosioremq;, quidam calidiorem, felleumq; magis, nonnulli atræ bilis denique maiorem aceruũ congerunt. Abstinendum itaq; cum à cibis tum potibus, qui aceruatum humorem insita indole atq; natura gignere possunt. Quibusuis porrò ex illis cõmune fuerit auxilium uentris deiectio. *Non unus medendi scopus.*

Victus iter facientibus obseruandus. Cap. LV.

ITineris incõmoditatibus, atq; iniurijs etiam, minus multò uexabitur obesus, maxime quũ lentius iter festinat. Perq; æstatẽ præterea mollis quædã fascia (ταινία uocant Græci) sex aut septem digitorũ latitudine, neq; minus q; quinq; cubitorũ proceritate, sinuoso quasi uolumine lumbos ad ilia usq; implicet atque inuoluat. Pedum quoq; subsidio uiatoribus plusculum fuerit: Vbi enim per decliue descendendũ est, corpus inualidũ ac ægre sese iam cõtinens, conti ac statuminis cuiuspiam uice fulcit, & sustinet: In accliue uero scandentes, faciliorẽ corporis motum eius præsidio perfici liquidò constat. Quocirca ab itinere dum iam cessatur, & inungere, & exiguum quiddam alimenti æstiui promere, potionemq; moderatã hoc tempore propinare, proficuũ sit. A prandio quoq; priusquam denuo iter quis arripiat, ad tempus quiescendũ est. Quod si quẽ nolentẽ uolentẽ res ipsa proficisci impulerit, eũq; sitis aliqua premat, tenuẽ polentã in aqua cũ sale exiguo utiliter bibat. Aestus porrò solisq; ardores cauẽdi sunt, neq; corpus etiã nudũ insolare, imò ne ab itinere exiccatũ indurescat, studiosius cooperire atq; uelare cõuenit. *Scipio quid opis ferat iter facientibus.*

Hoc quippe pacto & labor minus afficiet, & nullus memoratorum affectuum hominem corripiet. Hyeme quidem frigida, ante arreptum iter, euacuatum, & unctum, ciborum hyemalium partem bene magnam, potionis uero paululum, ſumere, faſciaq́ꝫ proceriore nō lumbos modo, uerū ſpinā quoq́ꝫ ac pectus, probe ac ſcite inuoluere, expedit. Vbi uero trāquillitati quis ſe dederit, ſub eiuſmodiq́ꝫ refectione frigus fuerit intēſum, neq́ꝫ ungi tum, cibum'ue ac potū, neq́ꝫ recreationē quamuis aliam, capere præſtat, ſi quis eo loco permanere uoluerit. Ad hoc, poſt diuturnam profectionem, cæterosq́ꝫ labores ualidiores, etiam ſi quis nihil defatigetur, reſtitui tamen atq́ꝫ mederi fatigatorum more non dubitet, quo ſcilicet minore deinceps moleſtia infeſtetur. 1

Laßitudo præuenienda.

Nauigantibus quæ uictus ratio conueniat. Cap. LVI.

VOmitionibus quę nauigantibus uſu frequenter ueniunt, initio quidem ut ægre, ita inutiliter quoq́ꝫ reſiſtimus, ſiquidem plurimū opis plerunq́ꝫ ferre conſueuerūt. Oportet aūt à uomitione neq́ꝫ multū, neq́ꝫ ſine diſcrimine quiduis alimenti offerre, ſed lenticula cruda, ſiue cocta, cum exiguo pulegij adiecto, ueſci. Panis aūt nauticus uino diluto atq́ꝫ perodoro bene maceratus eſto: potatione porrò modica, nempe uini aquoſi, uel aceti mulſi, utantur. Cæterum lentes tantiſper ſunt elixandæ, quoad omnino molliores reddantur, mox deinde in farinam terendæ, arefaciendæ, tum deniq́ꝫ in uas aliquod teſtaceum in eum uſum reponendæ. Quū uero pluſculum temporis crebræ uomitiones perſeuerauerint, alimentis uehementer repreſſiuis utendū, exiguoq́ꝫ potu, puta aceto mulſo, in quo thymus ſit maceratus, ſiue pulegium. Aqua item cum polline mixta, peraccōmoda putatur. Quin uino quoq́ꝫ odorato aqueo, quod polentę florem adiectū habeat, uti utiliter poſſunt. Aduerſus porrò nauigiorū graueolentias, teterrimosq́ꝫ odores, mala cydonia, aut thymum, aut pulegium, odorari debent. Et quamminimum quidem fieri poteſt, ſalum intueri oportet, donec aſſueuerit quis nauigijs tandem immorari. Danda poſtremo eſt opera, ut aquę, quæ miſcent̄, lympidæ, ac mundæ ſint, neq́ꝫ grauem aut fœdum odorem, neq́ꝫ ſalſedinē præferant. 3

(margin: 2 beside "tantiſper ſunt elixandæ... mox dein-")

Panis nauigantium.

Quæ grauem nauium odorem arcent.

Quomodo purgandi & extenuandi obeſi. Cap. LVII.

CVm ſupra iuſtū adeò modum craſſum eſt corpus, ac obeſum, eliquandum ſanè & expurgandm cenſeo. Calidiore autē temperamento, corpus ipſum macilentius, graciliusq́ꝫ (ceu demonſtratū eſt) redditur. Hoc igitur obeſis, quo ad mediocritatem reducantur, inducemus. Neq́ꝫ te fugere, intellexiſti enim, poteſt, quod exercitia ualida, nutricatus extenuans, medicamenta item quæ extenuandi uirtutem habent, animiq́ꝫ ſolicitudines, corporis temperamentum multo ſiccius, atq́ꝫ ob id quidem corpus quoq́ꝫ gracilius, reddūt. Tenuis itaq́ꝫ 4 uictus ratio uel cæco etiam perſpicua eſt. Medicamenta uero ad hunc ſcopum efficaciſſima habentur, ruthæ ſemen, præcipue ſylueſtris, unà cum acinis, malum terræ, quam Græci ἀριστολοχίαν στρογγύλην, id eſt, ariſtolochiam

Medicamina attenuantia.

rotundam

rotundam dicunt, tenue centauriũ, gentiana, polium, & quæcunq; acrius impellunt lotium: Exempli gratia, petroſelinon: horum nempe ſingula cum ſeorſim per ſe, tum adiectis unà etiam aliĳs, abunde humores ut extenuant, ita quoque exhauriunt & euacuant. Porrò aduſtarum quoq; uiperarum ſales efficacem attenuandi uirtutem poſſident. Theriaca pariter & diſtrahendi & attenuandi potentia regnat. Inunctum item oleum, in quo cucumeris agreſtis radix elixata ſit. Necnon & altheæ, gentianæ, panacis, & mali erratici, id eſt, ariſtolochiæ, radices. Adĳce (ſi uidetur) polium, atq; centaurium. Oportet aũt alimentũ non ſtatim à balneis exhibere, uerũ ut dormiant à lauacro priuſquã cibũ capiant, mandare. Satius aũt fuerit, ſi aqua lauacri ex rebus diſſipandi facultatem habentibus conſtiterit, præſertim ubi ultro emergentis copiam habere poſſumus, cuiuſmodi Mytilenę datur cernere: Sin minus, ſalis flos aquę marinæ confundendus eſt. Ad hoc uinum tenue atq; candens bibendum eſt. Præterea frictio ſicca (ξηροτριβία græce appellata) quæ panno craſſiore, citra lotionem & abſq; illinitione conficitur, impendio ſatis extenuare poteſt. Cibi quoque minus, quàm exercitationis ratio poſtulet, offerre. Permultum uero diuq; ſoli exponere euſarcos, hoc eſt, corpulentos ſiue carnoſos, expedit: quibus neq; uel tantillũ miſcere, neq; alimenta niſi ſemel duntaxat, offerre prȩſtat. Frictione quidem aſperiore, nitro uidelicet & ſalibus, corpus perfricetur: Multum etenim nitri, in lauacris non uulgarem extenuandi uim obtinet, breuiq; temporis progreſſu ad uberius alimentũ, Græci εὐτροφίαν uocant, ceu calcaribus quibuſdã corpus irritat. Tenuius ad hæc præterea corpus macilentiusq; reddit, medicamentum quod piperis ac petroſelini duplum, aſari uero & aniſi dimidiũ continet, id quod cum lotium tum alui quoq; excretionem pulchre promouet.

Thermæ Mytilenenſes.

Nitrum.

Quinam macilenti educandi ſint. Cap. LVIII.

SI autem macie confectos ac graciles admodum reficere ſtudebimus, uino utiq; craſſo, dapibus craſſioris ſucci, exercitationibus lentis, frictioneq; mediocri, & ut ſimpliciter dicam, omnibus, quæ cum proximo capite enumeratis ex diametro pugnant, reſtaurandi & uindicandi ſunt. Profuerit autem plurimũ ĳs, trium aut quatuor dierum picatio. Si quis ſobrius lauetur, anteq; lauacrum intret, multũ præſidĳ tulerit eatenus fricari, quatenus corpus ruborẽ quendam contractũ prȩferat. Deinde dura quidem non tamen multa frictione cutim ſtipantes, denſam atq; adeò ſolidiorem efficimus. Prȩterea qui iam decolorati redduntur, quiq; tabeſcunt, & alimenta non ſentiunt, ĳs furorem feruidaq; animi quædam irritamenta inducere confert.

Quomodo partibus attenuatis medendum. Cap. LIX.

MAcies quæ membris quibuſdam accidit, magna ex parte uel ob diutinam ipſorum deſidiã atque oſcitationem, uel propter perfractiuum deligationis modum, oritur. Quocirca roborare partium potentias, cõuellereq; ſanguinis plurimũ, cõuenit,

Frictionibus præterea moderatis, concinnisq; motionibus, atq; aſpergine aquæ temperate admodum calidæ, utendū. Hæc uero tantiſper facienda, donec affectæ particulæ ruborem tumoremq; contrahant, et priuſquā remittantur, deſiſtendum eſt. Operæprecium uero fuerit partem, quo docuimus modo, pice illinire, quam quū gelidiorem ſenſeris, ſindone ac calorifico quopiam medicamine confricare. Ipſe quidem tapſia nonnunq;, aliâs ex melle, aliâs cum cerato uſus ſum.

Optimæ temperaturæ inditia. Cap. LX.

OPtimi temperamenti homo eſt, ubi corpus ab omnibus extremis ad unguem pari diſtat ſpacio: uerbi cauſa, maciei, obeſita- 1
tis, mollitiei, duritiei, ardoris, algoris, humiditatis et ſiccitatis, atq; uno uerbo, quum non naturalia modò, uerum & animalia munia adeò exacte, ut ne Momus quidem illam carpendi cauſam habeat, obierit: ad amuſſim quoq; mediū hiſpidi, glabriq;, atri item coloris & candidi, obtinuerit. Capillos præterea puer quidem rubicundiores q̃ nigriores, adoleſcens uero contrario planè modo habeat.

Quæ ſint malæ temperatorū corporum notæ. Cap. LXI.

QVæcunq; corpora temperate ſunt calidiora, ut dentes citius edunt, ita quoq; ad augmentū celerius maturāt, palpantibusq; calidiora cernūtur. Pinguetudinis quoq; minus poſſident. Co- 2
lore autem rubro, atro capillitio, mediocriter hirſuta, & amplis admodum uenis exiſtunt. Quod ſi quis pinguis craſſusq; iuxtà fuerit, ac uenas ſimul latas habere uideatur, is conſuetudine potius quàm natura pinguetudinem accerſit.

Frigidioris temperaturæ ſigna.

Frigidioris uero temperamenti notæ ſunt, quū gelidum palpantibus, glabrūq; ac pingue corpus apparet. Color iſtiuſmodi unà cum pilis quoque rufior eſt. Et ſi frigiditas plurima exceſſerit, colorem liuidum ac plumbeum præferunt, arctioresq; oculis contemplantur uenæ. Ad hæc, graci-
lis ſi fuerit eius temperaturæ quis, neutiquam ſanè neceſſariò, ſed conſue- 3
tudine talis euaſit.

Siccæ temperaturæ ſigna.

Cæterum aridum temperamentū tum durius, tum & macilentius ſemper medio temperamento, & ſubhirtū, quandoquidē à ſicca temperie inſeparabilis omnino durities eſt. Porrò gracilitas nō congenitas modo comitatur temperaturas, ſed aſcititias etiam, quæ ex longa cōſuetudine proueniunt, ſequitur. Argumentum uero duritiei ariditatisq; fuerit, ſi corpus ægre moueatur, & ſiccum interim ac ſqualidum, ex illis quæ ſunt arefaciendi uirtute prædita, redditur.

Humidæ temperaturæ ſigna.

Humidum quidem in reliquis ferè omnibus bono temperamentó re- 4
ſpondet, uerum molliore & carnoſiore corporis mole eſt, à qua neq; mollities neq; craſſitudo ſeparari facile poteſt, propterea quod nō cognatam ac inſitam ſolum ſequitur temperaturam, ſed quod ex diutina quadam cō

ſuetudine

ſuetudine cõſtituta, ſubſtantiam habeat. Peculiare uero maditatis inditiũ eſt, onerari ab humidioribus corpus.

Calidæ & ſiccæ temperaturæ ſigna.

Quibus calidum atq; ſiccum fuerit temperamentum, ij extreme denſo ac hiſpido ſunt corpore: capitiſq; ceſaries ijs in tenera ſtatim ætate facile in capite ortum habet, quam atram quoq; & multam illico in lucem editi nanciſcuntur: Progreſſu uero temporis caluities atq; glabreta comitant̃, & uenas latiores adipiſcunt̃, arteriæ pariter & amplæ ſunt, & uehemẽtiore ictu percutiunt, uniuerſumq; ſimul corpus ualidius, ſolidius, atq; firmũ, lacertoſum item & macilentum conſpicitur. Cutim uero cum duriorem, tum atriorem obtinent.

Frigidæ & humidæ temperaturæ ſigna.

Quum uero egelidũ ac humidũ temperamentum fuerit, thorax cum reliquo corpore anguſtus, ac glaber eſt: cutis tenera, lenis, candidaq;: capillitio ſubrufo, præcipue per ſuæ ætatis iuuentutem: neq; in ſenecta calueſcunt, neq; glabricitant. Sunt præterea huius temperaturæ adeo formidoloſi, ut uel muſcas præteruolitantes expaueſcant, & trepident: ſegnes, obſcuris uenis, craſſi, pingues, cruribus ac lacertis imbecillibus, inualidis atq; incompoſitis, & lingua plerunq; titubante ſunt. Quod ſi modum madox frigiditaſq; permultum exceſſerint, color hominis unà cum capillis rubens erit: & ſi longe lateq; plus æquo intendantur, luridus.

Calidæ & humidæ temperaturæ ſigna.

Calidum ad hæc humidumq; temperamentũ, & mollius eſt, & carne magis abundat, q̃ optimũ & inculpatum. Si enim uehementer augeatur, promptius his quæ ex putrefactione proficiſcuntur ægritudinibus, corripitur: Sin humidius paulò quidem, ſed multò calidius temperamentũ ſit, molliores ſanè utcunq; tales bene temperatis, & corpulentiores, nõ uero paulò hiſpidiores euadunt. qui & multo tangentibus calidiores apparẽt.

Frigidæ & ſiccæ temperaturæ ſigna.

Quod ſi frigidum unà cum ſiccitate exacta quadam paritate intendat̃, natura durius, & gracilius habent corpus, candidum item & parum muſculoſum, imbecillũ quoq; ac depile, tactu uero frigidum uidebitur: pinguedo pariter (etiamſi tenuia ſint eiuſmodi corpora) inter carnes hincinde intercalata cernit̃: capillitij uero color, frigiditatis modulo proportioniq; amuſſatim, ut ita dicã, reſpondet. Quin quod ad animi mores ſpectat, puſillanimes, meticuloſi, mœſtitia quodãmodo ſemper perculſi, eiuſmodi temperaturæ homines ſunt: atq; ut uno uerbo perſtringã, in temperamentorũ coniugatione ſemper uincentis qualitatis notæ dominabuntur.

De figuratione capitis. Cap. LXII.

EXiguum hercle caput, uitioſam cerebri ſupellectilis conſtitutionem cõpoſituramq; peculiariter ſignificat: neq; tamẽ ob id ingens, neceſſariò bonæ cerebri conſtructionis nota habetur. Nam ſi propter inſitæ poteſtatis robur multam ac optimã ma

Notæ à figura capitis bonæ. teriam fingentis eueniat, bonū utiq; inditium: Sin uero propter materiæ duntaxat copiam, certe malum. Proinde diſtinguenda ſunt hęc, forma ſcilicet capitis, & ijs quæ inde originem ducūt. Ex forma quidem, ſi decens omnino atq; concinna eſt, nunq̃ profecto mala hæc nota cenſenda. Ex ijs uero quæ ab ipſo capite naſcūtur, ſi ſcite diſpoſita ſunt, & quicquid neruoſum eſt, copioſa nutritione bene coaluit, firmitatē q; obtinuit, & lynceo, ut ita dicam, perſpicatiores inſunt oculi. Acuta uero & pyramidis inſtar faſtigiata capita, quæ φόξαι grece dicunt, deficientē ſeruant in fronte ſiue occipite eminentiā, uel ſupra q̃ conueniat auctam. Quemadmodum itaq; capitis cum magnitudo tum paruitas, ſic hæ quoq; tam diſtortæ reprehenduntur figuræ: quanquam nonnunq̃ rarenter tamen nōnullæ ceu bonæ cōmendentur, ubi fingens ſcilicet potentia robuſtior extiterit.

Notæ ex ijs quæ à capite oriuntur.

φόξαι

Quæ ſint temperamenti cerebri inditia. Cap. LXIII.

MEdiocris temperamēti cerebrū, animalium functionū, retrimentorumq; mediocritatē continet, minimeq; gentium à ſingulis quæ foris occurſant, offendit. Signa uero caliditatis cerebri hęc ſunt:

Notæ calidi cerebri.

Capitis quidem capillamentū per infantiam ſubrufum habent, in puerili uero ætate ſubflauum, in adoleſcentia deniq; redditur flauum, idq; medium omnino inter ad unguem criſpum & rectum ac ſimplex ſpectatur, neq; procliuiter calui fiunt. Si calidius eo quod pari ſpacio ab utroq; extremorum abeſt, fuerit, cūcta quæ caput ambiunt calidiora & rufiora uidentur, & oculorum uenæ uiſum non effugiunt, coma capitis mox in lucem editis promicat. Et quum plurimū in caliditate à mediocri temperamento receſſerint, nigra, fortis, atq; criſpa. Quum uero nō multum, principio quidem ſubflaua, mox deinde nigricat, progredientibus uero ætatibus caluitium facile admittunt. Retrimenta eiuſmodi paucula habent, quum inculpatam ac integram habuerint ſanitatem. Implentur atq; aggrauant eorū capita calorificis cum eſculentis, tum poculentis, tum odoribus, atq; ijs quæ forinſecus incidunt. Breues autem ſomni, minimeq; profundi, id genus temperamentis ſufficiunt.

Notæ gelidi cerebri.

Qui frigidius q̃ par ſit cerebrū habent, huiuſmodi inditijs deprehendunt: Redūdantiæ bene multę per proprias effluxiones priuosq; meatus defluūt: cæſaries recta, rubicunda, ſtabiliſq;: leui præterea momento à gelidis cauſis offendunt, κατάῤῥοις em, id eſt, deſtillationibus, & κορύζαις, quod eſt grauedine, ſine ĩteruallo corripiunt: luminū uenę inuiſibiles, oculis nō uſurpātur: ad hęc ſomno, ne dicā ſopori, quodāmodo dediti cōſpiciunt.

Sicci cerebri ſigna.

Aridioris uero cerebri notæ cenſentur: Nulla meatuum redundantia, ſenſuū ſumma & exacta cōſummatio, perſpicacitaſq;. Ad uigilias prōpti ſunt eiuſmodi: robuſtiſſimos ſtatim atq; in lucē editi ſunt capillos, criſpioresq; interim, producunt, uerum breui tempore caluere incipiunt.

Humidi

Humidi cerebri inditia.

Humidioris uero cerebri inditia ſunt, capillamentum planum, neq; unquam calui fiunt, ſenſus aũt caliginoſi ac turbulenti, ſuperfluitatum abundantia, ſomni multi atq; profundi. Et hæc de ſimplicibus diſtemperamentis cerebri.

Signa calidi ſicciq; cerebri.

Quibus uero cerebrum calidum & aridum fuerit, excrementis uacant, ſenſibus regnant uigentq;, plurimum uigilant, & celerrime caluitium admittũt: & prima quidem capillorũ origo ocyſſima, ac plurimo abundans alimento, nigricant capilli, & calidi tangentibus caput apparent, & ſunt uſq; ad ſummi incrementi (Græci ἀκμὴν appellant) ætatem rubicundi. *Coniugatæ intemperaturæ.*

Calidi & humidi cerebri inditia.

Sed ubi caliditati mador quoque acceſſerit, pauculumq; modo utraq; à ſummis finibus ęqualiter diſtans mediũ ſuperant, ijs cum uenuſtus color, tum & calor, et prominentes in luminibus uenæ apparẽt, ſuperfluitatũ copia modice decocta, capillitiũ rectũ, uergens ad flauum, quo quidẽ haud prompte deſtituuntur. Rebus calfacientibus & humectantibus eiuſmodi capita facile replentur, & grauedine citius infeſtantur. Quod ſi uehementior calor humiditasq; creuerit, his caput fit omne ferè genus ęgritudinibus obnoxium, & retrimentis abundans, multoq; celerrime à calorificis humectantibusq; lædi cõſueuit: neq; diutile uigilare poſſunt: cum aũt ſomnus ſubrepſerit, imaginationib. per ſomnia obruunt: ſpecies oculorũ caliginoſa ac turbulẽta, ac ne ſenſus quidẽ ad unguẽ abſoluti uitio carent. *Quid incommodi incũbat calido & udo cerebro.*

Frigidi & ſicci cerebri ſigna.

Gelidum uero pariter & ſiccum cerebri temperamentũ, frigidũ quoq; & minime coloratum caput efficiunt: oculorũ uero uenas latentes & obſcuras obtinent, & à cauſis frigidis prompte offenduntur, eiusq; rei gratia inæquali ſanitate fruuntur: ſenſus per iuuentutem quidem ad amuſſim exactos & inculpatos poſſident, ſed progrediente ætate mature tabeſcunt, marceſcuntq;, atq; (ut uno uerbo eloquar) ocyus celerrimam circa caput ſenectutem minãtur. Porrò in lucem editi, capillos uix tandem male coalitos ſiue nutritos, atq; etiam rufos producunt.

Signa cerebri frigidi & humidi.

Hudum poſtremo egelidumq; cerebri temperamentum his ſignis deprehenditur: Veternoſa pariter & ſomnolentia hominem tentat: ſenſus quoq; hebetes minimeq; uigentes, atq; excrementis redundantes reddit: algor tales facile moleſtat: plenitate caput temere afficit: deſtillationibus grauedinibusq; prompte tentantur huiuſmodi temperaturæ, neq; tamen hi caluitiei admodum obnoxij ſunt.

Quæ uentriculi temperaturæ inditia. Cap. LXIIII.

Signa ſicci uentriculi.

VEntriculi natura quidem ſiccioris notæ ſunt, ſi quis mature ſiti quidem uehementior e prematur: ſed exiguis tamẽ potionibus ſedat, à plurimis quippe grauedine & fluctuationibus afficiunt,

quum ſuperfluitet id quod abundat: ad hęc, cibarijs plerunq; aridioribus capiuntur.

Humidi uentriculi ſigna.

Humidioris aũt inditia ſunt, quũ neq; ſiticuloſi fiunt, & humorẽ ſuperabundantem facile tolerant, & edulijs oblectantur humidioribus.

Signa calidi uentriculi.

Calidior prętèrea natura uentriculus, exactius quidem cõcoquendi q̃ appetendi functionem abſoluit, præcipue ſi dura & coctu difficiliora ingerat: delectatur pluribus tum cibis tum potibus, neq; quicquam gelidis, ſi moderatus ipſorũ fuerit uſus, lęduntur.

Frigidi uentriculi inditia.

Frigidior uero natura uẽtriculus, ut appetendi quidẽ uirtute uiget, ita coquendi munere friget, maxime ſi ijs quæ ſuapte natura difficulter cõficiunt̃, & frigidis alimentis, oneret̃: procliue enim in ipſo aceſcunt. Amat uero gelida, ſed facile ab eorundem immodico uſu offenditur. Praug uero temperaturę, quę morbi ratione uentriculũ occupant, hoc à cognatis diſſident, quoniã cõtraria, neq; uero ſimilia affectãt, quemadmodũ naturales. Quocirca ſi uentriculus decoquendo probe ſua exequitur munia, εὔκρατος, quod eſt temperatus, dicitur: ſin ſecus, δύσκρατος, quod male temperatus ſonat, eſt. Quod ſi fumoſas ructationes edit, atq; uaporoſas etiam exhalat, immodicus igneusq; eſt eius calor: Sin acidas, planè econtrario, nempe frigidus. At qui cibaria cõcoctioni reſiſtentia conſumunt, iuſtum caloris modum excedunt: Qui imbecillo ſunt calore, hos minime conficiunt, ſed piſces facilime cõcoquunt. Conſideratione uero quadam obſeruandum, propter humorem'ne aliunde admeantẽ ſymptωma fiat. Phlegmatici nanque acidum, bilioſi nidoroſum, uiroſum, aut alias quaſpiam qualitates abſurdas, alienasq; ructant: utroſq; autem nauſea infeſtat. Atqui ubi ſanè ſinuoſum crenoſumq; uentriculi loculamentũ uitioſi humores infartientes, ſuperfluxerint, uomitu eijciuntur: uerum in tunicis hoſtioli uentris cõtenti humores, inani nequicq; ad uomitiones nauſea uellicant.

De intemperaturis cum uentriculo coniugatis, atq; adeò de inditijs pulmonis. Cap. LXV.

NOn uentriculus modo ſiticuloſos, & ab omni planè ſiti uacuos reddit, & frigidi calidi ue potus appetentes, ſed ea quoq; uiſcera quę in thorace ſunt, uerbi cauſa, cor & pulmo, atq; adeò ipſum quoq; hepar, ſitibũdos efficit: & quũ potauerint, nõ protinus leuantur ſiti, & potius quũ frigidũ hauſerint, q̃ quũ calidum nimis, eorũ cõpeſcitur ſitis. Refrigerat aũt eoſdem & gelidi aëris inſpiratio, quũ ne tantillũ quidem ſolatij eis adferat, qui uentriculi ratione ſunt ſitibundi.

Pulmonis frigidi inditia.

Ita & hi qui contrario modo, uel ex diametro, ut dicitur, ſeſe habere uidentur, ab egelido inſpiratu ſenſu perceptibilem omnino ſentiunt affectum: & hoc quidem ſummum ac maximum eſto frigidi pulmonis inditium. Quin & pituitæ excrementa cum ſcreatu & tuſſi expuunt.

Signa

Signa pulmonis aridi.

Cæterũ quemadmodũ pulmonũ ſiccitates ab omnibus retrimẽtis, atque adeò pituita ſunt uacuę, ita & humidi excremẽtis maxime abundant: uocem reddunt raucam: Superfluitates enim talibus identidem intercidunt, præcipue quũ uehementius aut acutius uerba facere contenderint.

Quibus nam cordis temperaturæ notis deprehendantur. Cap. LXVI.

Signa cordis calidi.

COrdis quidem feruentioris notæ cenſentur, amplitudo reſpirationis, percuſſus ſeu pulſus cũ uelocitas tum frequẽtia, quandoq; audacia, & furioſa temeritas, thorax hiſpidus, et pectore tenus comprimis, & ea quæcunq; ſunt hypochondrijs partes proximiores. Magna uero ex parte, & uniuerſum ferè corpus calidũ, calidi cordis temperatura reddit, niſi iecur uehementius obſtiterit. Prĕterea ingens thoracis capacitas, grandisq; latitudo, ceu caliditatis inditium notatur, niſi & hic quoq; magnopere cerebrum renitatur. *Simplicis temperaturæ cordis inditia.*

Notæ cordis frigidi.

In frigidiore uero corde percuſſus temperatis minores exiſtunt: meticuloſo natura ſunt genio præditi, eiuſmodi temperaturæ cor ſortiti, & puſillanimes, ſine audacia, maxime ſi nudum pilis habuerint pectus.

Cordis ſicci inditia.

Cor ſiccius duriores reddit pulſus, & iram minus quidem procliuem, promptamq;, ſed ferocem, & quæ non facile placari queat, atq; magna ex parte totum ſimul corpus ſiccius, niſi hepar cum uicinis partibus renitat.

Notæ cordis humidi.

Humidius cor arguunt percuſſus molles, mores ad iram quidem procliuiores, ſed ocyus pacabiles, atq; uniuerſum corpus humidius, ſi hepar non reſiſtat.

Signa cordis calidi & ſicci.

Calidum & aridum cordis temperamentum indicatur è percuſſu cum duro, tum magno, tum ueloci, tum deniq; denſo: Item reſpirationibus magnis, pernicibus, & crebris: et ſunt omnes eiuſmodi pectore pariter & hypochondrio hirſutiſſimo: cæterũ ad functiones expediti, animoſi ſeu iracundi, impudentes, moribus tyrannicis: atq; ut ſunt quidem ad furorem admodum proni, ita facile pacari nequeunt. *Cõpoſitæ cordis temperaturæ ſigna.*

Notæ cordis calidi & humidi.

Quod ſi calor & humiditas iuxtà exceſſerint, minus quidem prædictis ſunt hiſpidi, uerum ad munia quæq; promptiſſimi: animo minime quidem fero, ſed ad iram duntaxat prono: percuſſus magni, molles, ueloces, atq; frequentes.

Notæ cordis humidi & frigidi.

Si cum humiditate frigus uicerit, percuſſus quidem molles, moribus uero puſillanimes, ſed timidi & deſides exiſtunt: tales glabro ſunt pectore: & ut nunq; inſaniunt, ita minime ad iram facile commouentur.

Notæ cordis frigidi & aridi.

Cor deniq; gelidũ & aridũ percuſſus quidẽ duriores reddit ac paruos:

Ei uero prę omnibus ab ira ſunt alieniſſimi, ſed ſemel perciti, iram mordicus retinent: maxime uero omnium pectus habent pilis nudiſſimum.

Iecoris temperaturæ inditia. Cap. LXXVII.

Signa calidi iocinoris.

Incompoſitæ iocinoris intemperiei notæ.

IEcoris calidi notę ſunt, amplitudo uenarũ, flaua bilis abundantior: tempore deinde ſtatus, ſummiq́ incrementi, (ἀκμὴν Græci nominant) ſanguinẽ habent tales calidiorem, & ob hoc uniuerſo etiã, niſi cor ipſum reclamet, corpore, uentre, ilijs, præcordijs'ue, hirſuti ſpectantur.

Notæ iocinoris frigidi.

Frigidioris uero iocinoris inditia ſunt, uenarum anguſtia, pituitę abundantia, ſanguis gelidus, atq; totius quoq; corporis habitudo frigidior, niſi cor nõnihil caloris per corpus diffundat. Venter & ilia glabra. 1

Sicci iocinoris notæ.

Siccioris notę ſunt, ſanguis cum craſſior, tum & minime abundans, uenæ aridæ, atq; duræ, uniuerſusq́ corporis habitus aridior.

Iocinoris humidi notæ.

Humidioris uero hepatis inditia ſunt, ſanguis copioſus & liquidus, uenæ molliores, pariter & uniuerſum corpus, prætereq́ ubi cor obſtiterit.

Calidi & aridi hepatis ſigna. 2

Compoſitæ intemperantiæ hepatis notæ.

Calidi ſimul et aridi hepatis ſigna ſunt, ilia hirſutiſſima, ſanguis craſſior & minus abundans, amari fellis cõplurimũ, atq; per uigoris ætatem atri, uenarũ latitudo & duritia, pari modo corpus ſimul uniuerſum & calidum & aridum: quoniã calor à corde proueniens, frigiditati quę ab hepate proficiſcitur, facile dominatᷓ, quemadmodũ & caliditas à frigiditate uincitur. Frigiditatem uero nequit cor humidius ad contrariam naturã traducere. Ad hæc liquidò cõſtat, quod ubi in unum utriuſq; principij temperamenta confluxerint, ad unguem omnino corpus ſecundum illas afficietur.

Calidi & humidi iecoris notæ.

Verum calidum & humidũ iecur, minus quidem hirſutum reddit pręcordium (ὑποχόνδριον dictum) quàm calidum & aridum, ſed pluſculũ ſanguinis, uenas amplas, habitudinem humidam ac calidam parit, niſi cor uehementer reſiſtat: Si uero permultus ſupra iuſtum naturę modum fuerit utriuſq; qualitatis exceſſus, hoc pacto affecti, in morbos qui ex putredine, uitioſisq́ ſuccis proueniunt, procliuiter prolabuntur. Idq́ longe magis, ſi plurimum humiditas, calidum uero paulolum, augeatur. Vitioſis præterea humoribus corripiuntur. 3

Humidi & frigidi iecoris ſigna.

Humidius hepar ac frigidius pilis nudum habet præcordium, ſanguinem reddit pituitoſiorem, uenas arctas, uniuerſumq́ corpus conſimiliter infeſtat, niſi à corde in contrariam partem traducatur. 4

Frigidi & ſicci hepatis ſigna.

Frigidum uero & aridum iecur parũ ſanguinis, uenasq́ anguſtas reddit.

dit, corpus frigidius, præcordiũ glabrũ, niſi in hac re quoq; cor imperet.

De notis temperaturæ teſtium. Cap. LXVIII.

Calidæ, frigidæ, humidæ, & aridæ temperaturæ teſtium indiuia.

CAlidum ſanè teſtiũ temperamentũ procliue fertur ad libidinẽ, & mariũ eſt opifex, et fœcundũ: genitales partes protinus obſepit pilis, & circũiacentes quoq; locos cõtingit. Frigidius uero contraria efficit. Humidũ, ſemine cum multo, tum humido abundat. Aridũ uero parũ quidẽ ſeminis genitalis, ſed craſſum generat.

Calidæ & aridæ temperaturæ teſtium notæ.

Calidum & aridum teſticulorũ temperamentũ ſemen modice craſſum producit, & fœcũdiſſimũ eſt, & celerrime ad cõgreſſum mox à principio ſtimulat animans. Proinde ocyſſime eiuſmodi temperaturæ homines genitalibus uicinisq; partibus hiſpidi reddunt̃, ſuperne umbilicò tenus, inferne uero ad media uſq; fœmora, petulci, uehemẽtiq; impetu prolabunt̃ & irruũt in Venerem, ſed continuò ſatiant̃: at ſi cogant̃, iacturam faciunt.

Signa calidi & humidi teſticulorũ temperamenti.

Quod ſi humiditas calori adglutinet̃, hiſpidi quidẽ illiuſmodi ſunt, genitaliq; magis abundant ſemine, neq; ſanè in libidinẽ proniores alijs, ſed minore detrimẽto Veneri præter modũ indulgẽt. Si uero utraq; hęc, calidum & hudũ, modũ uehementer exceſſerint, haud ſine detrimẽto à Venereis abſtinent.

Frigidi & humidi teſticulorũ temperamenti notæ.

Si præterea teſticuli frigidæ ac humidæ temperaturæ fuerint, uicinæ undiq; partes glabreſcũt, & ſerius futuere incipiunt, neq; procliues in libidinem irruunt: Aqueum & tenue ſemen habent, inefficax atq; infœcundum, muliebris modo ſexus procreatiuum.

Frigidæ & ſiccæ teſtium temperaturæ notæ.

Aridũ deniq; & egelidũ teſtium temperamentũ per cætera quidẽ ante dictæ ad amuſſim reſpõdet: ſed craſſius, & omnino paucũ eiuſmodi tẽperaturæ ſemen genitale exiſtit.

De omiſſis. Cap. LXIX.

QVæuis noſtri corporis particulę priuato quopiam cum temperamento, tum effectu prædité ſunt, uerũ de omnium in præſentia notis diſſerere non eſt operæpreciũ, quum infinitæ propémodum ſint, & rem nobis omnẽ compendio perſtringere ſit propoſitũ: ſuper his modo diſſerentes quæ unà maxime uniuerſum quoque corpus afficiunt. De cæteris per earundẽ methodũ ratiocinandũ ducimus, non ab excrementis modo, uerum ex reliquis etiamtum functionibus, tum ſymptωmatis, ipſarũ temperamenta indagantes. Tempus igit̃, ne dicam, res ipſa poſtulat, ut ad ea, quæ incõmodas totius corporis temperaturas emendare poſſunt, reliquam orationis partem cõuertemus. *Epitomen tradit Aegineta.*

Quî calidæ corporis diſtemperantiæ corrigi poſſint. Cap. LXX.

QVando igit̃ in calidis intẽperaturis flaua bilis plus iuſto abundat, dũ ſanè per inferna ſubit, nec quicq; negotij faceſſere neq; ſatagere liquidò cõſtat: Cũ uero ſeſe ad ſuperiorẽ uẽtriculũ recipit, poſt

exercitium, ante cibum, epota aqua, uomitione euacuandum eſt. Ad hæc, magna cum utilitate tales exercentur, nō quidem citata exercitatione aut ualida, ſed deſide, & blandiore. Sunt qui dum uehementer calent, nihil planè exercitationis admittunt, ſed inambulaſſe, atq; lauaſſe ſat habent. Quin à cibo etiam balneis capiuntur, ac gaudent potiſſimum.

Calidæ & ſiccæ intemperaturæ medela.

Qui cum calore ſimul aridi ſunt, ei ſanè humenti nutricatu indigēt, neque tam humidis cibarijs, q̄ & id genus balneis. Ab exercitationibus uero tum plurimis, tum uehemētioribus abſtineant. Aeſtatis idcirco tempore citius lauare, deinde poſt cibum denuo, debent. Gelida quoq; potio 1
præſentiſſimo illis eſt præſidio.

Aridæ diſtemperaturæ remedia.

Siccis præterea intemperaturis nihil ſanè alienius eſt Venere: à laboribus item, æſtu, ſolicitudinibus, uigilijsq;, quàm fieri maxime poteſt abſtinendum eiuſmodi temperaturæ hominibus præcipio.

Humidæ temperaturæ medela.

Temperamenta porrò natura humida in ætate pueritiæ affectionibus, cauſæ rationem ex defluxione & plenitate & putredine habentibus, tentantur. Quare exercitationibus multis, & ad unguem facta in uentre de-
coctione, atq; per lotium quoq; ſecretione, egent. Hiſce iterū atq; iterum 2
priuſquam nutrimēti quid capiant, lauari, & thermis naturalibus uti, plurimum prodeſt. Atqui proſpiciendū eſt, ne defluxionibus, balneis, exercitio longo, ante cibum moleſtent̄: ſecretione pariter quæ tam per lotium, quàm inferiorē aluum fit. Apophlegmatiſmis etiam interdum atq; purgationibus, edulijsq; boni ſucci, ac uino deniq; urinam ciente, utendum.

Quî frigidæ intemperantiæ corrigantur. Cap. LXXI.

Sicca intemperies peßima.

CElidorū intemperamentorū tria habentur diſcrimina: quorū omnium quidem inſaluberrimū eſt aridum. Nam quod in ętatis proceſſu grandioribus natu accidit, id ab initio ſtatim tales
infeſtat. Proinde humectandi calfaciendiq; ſunt eiuſmodi, id 3
quod pulchre quidem exercitationibus modicis, cibis humentibus ac calidis, uini calidioris naturę potatione, ſomnoq; diuturniore ac prolixiore, conficit̄. Nobis pręterea diligenter, ut omēs quę ſingulis diebus in corpore ſaburrant̄ redundantiæ ſuperfluentes, euacuent̄, proſpiciendū. Venus aridioribus ſimul uniuerſis officit, potiſſimū ſi cum ſiccitate frigiditatē copulāt: Solis ea calidis & humidis innocua eſt. Vitioſæ quoq; temperaturę cenſent̄, quæ ſunt unà cum humiditate frigidę, frequēter enim ęgrotationibus, quę ex defluxionibus oriunt̄, ſolēt corripi: Talibus ἀλεσία, exercitationes item crebræ, tenuior nutricatus, & linimēta deniq; modice calidiora,
opitulant̄. Quicunq; porrò frigidiores quidē natura exiſtunt, modū uero 4
ſiccæ ac humidæ temperaturę iuſtum obtinent, horum calor tum excitandus, tum roborandus eſt. Quod poſtremo ad humorem & ardorem attinet, aurea in uniuerſa uictus ratione cōmendatur mediocritas.

Venus nocet aridis & frigidis.

Siccorū

Siccorū diſtemperamentorū in uentriculo exempli loco, paulò uero poſt reliquarum etiam intemperaturarū, medela. Cap. LXXII.

ARidorum quidem diſtemperamentorū aliud ſanè in elementalibus ſolidæ eſſentiæ corporis partibus, (quas Græci ὁμοιομερῆ σώματα, quod eſt ſimilares, nuncupant) conſiſtit, quum uidelicet aridiores, quàm modo naturæ cōueniat, illæ redduntur: Id (per Iouem) deploratum eſt, neq; uel Aeſculapius ipſe facile ſuccurrerit. Aliud uero peculiari humiditate, qua corporis partes alūtur, penitus deperdita, in ſubſtantia ex humore compacta, conſtitutum eſt. Hæc per ſingulas animalium partes roris inſtar diſperſa, pulchre quidem in ijſdem continetur, ſed abſq; alimentorum beneficio in partibus reponi nequit: quare perardua fuerit talium quoq; affectum medicatiò.

Similariū partiū ariditas nullo medicamēto uincitur.

Ariditatis uenarum arteriarumq; præſidia.

Siccitatibus uero quę in exiguis cum arterijs tum uenis cōſiſtunt, haud admodū difficulter mederi datur, ſi incōpoſitas partes ſingulas peculiari humore ſuo humectantium alimentorū exhibitione impleuerimus. Non alienū itaq; fuerit, ægrotantem in aqua balnei mediæ temperaturæ diutule immorari: Poſt lauacrum illico lac recens emulctum propinandum eſt. Oportet autem mellis tepidi nonnihil, ſed non ita multum, lacti confundere: deinde tranquillitati, ad ſecundum uſq; balneū, permittere: tum denique mediocriter, oleoq; pingui cōfricandi, quicunq; in hoc ſtatu conſtituti, ſunt, donec exhibitum lac ad unguem confectum, non ex ructibus modo, uerum ex uentriculi etiam tumore liceat colligere. Moderatum præterea temporis interuallum, quatuor uidelicet aut quinq; horarum æquidialium, inter primum atq; ſecundum balneum intercaletur, ſi tertio hominem lauare inſtitueris: ſin uero minus, plurium. Porrò à ſingulis quibuſq; balneis ipſum oleo, priuſquam ueſtibus amiciatur, obliniendum cenſeo. Quin à ſecundo quoq; balneo lac magna cum utilitate exhibebitur, ſi eo delectetur: ſin ſecus, ptiſanam ad amuſſim, ut aiunt, elixatam, uel alicam ptiſanæ modo confectam atq; præparatam, quam Græci χονδροπτισάνην appellitāt. Deinde tranquillitate quieté ue denuo interpoſita, uel ad tertium lauacrum uel ad cœnam agemus. Panis præterea quo ueſci oportet, eximie atq; egregie præparatus, probeq; clibano (unde κλιβανίτης à Grę cis dicitur) aſſatus, et ſyncerus, minimeq; impurus eſto. Obſonij loco ſumant piſces ſaxatiles, ſiue Oniſcos piſcis, quem Romani aſellum, nōnunq; millepedam dicunt, Græci etiam banchon, & chellarem, ſiue gallariam nuncupant, è iure candido: Atq; ut ſummatim perſtringā, caput recte educationis, in eiuſmodi corporis ſtatu eſt, ne quæ eſui ſunt, concoctioni renitant, ſed nutrimēti exquiſiti, optimi, neutiq; glutinoſa, neq; plurimi retrimenti. Potum præbeat uinū dilutum, colore candidum, non impurū, nullarū fermè uiriū, (ſi modo ὀλιγοφόρος hoc quicquid eſt interpretamenti admittit) clemente quandā adſtringendi facultatē habēs. Summæ quidē ac maximæ ſiccitatis remedia hæc (quæ hactenus recenſuimus) habentur.

Caput educationis ſtatus aridi.

Modicæ ſiccitatis præſidia.

Ariditas mediocris non tam exactam ad unguem uictus rationem de-
ſiderat, neq; ſolidiorem ualentiorisq; alimenti nutricatũ abhorret: Verũ
in medium ponatur nobis ariditas ſuperiori haudquaq; abſimilis, cui me-
diocris quædam fuerit copulata, & tanquã adglutinata frigiditas, in qua
certe calorificorũ materia pro frigiditatis modulo ſcite mutanda eſt: prę-
dictis nanq; hucuſq;, de eadem re nõnihil adijciemus: lactis quidem uſui,
pluſculum mellis, uinũ non tam dilutum quàm id quod propoſitũ eſt, ex-
hibebimus, ſed meracius. Quin & cibaria caliditatis feruentioris, nõ na-
turalibus modo atq; inſitis temperamentis, ſed nuper etiã accerſitis aſciti- 1
tijsq; qualitatibus, adminiſtrari nullo incõmodo poſſunt. Porrò nardino
aut maſtichino unguento eiuſmodi tẽperaturas iugiter ungendas cenſeo.

Frigiditatis ariditatisq; præſidia.

Coniugatæ intemperiei præſidia.

Si uero plurima frigiditas cum ſiccitate iuſtum modum longe exceſſe-
rit, tale quidem temperamentum ut multo difficilimũ iudicatur, ita cum-
primis correctioni renititur. Verum uel eiſdem ei medicamentis, uel mel
le per ſe elixato deſpumatoq;, opitulatur. Vinum quoq; admodum uetus
eiſdem eligendum exiſtimo. Nihil eſt quod aliud ſalubrius ita affectis me
dicamentum, requiras eo, quod picatores iugiter uſurpant, uentriculo il-
litum, & etiamdum calidum, priuſquã refrigeratur auulſum: dormire præ 2
terea cum puerulo euſarco, ita ut is ſuperiorem uentriculum perpetuò at-
tingat. eiuſmodi temperamento non facile inuenias quicq; magis idoneũ.

Ariditatis & caliditatis modicæ medela.

Vbi uero ariditati mediocris caliditas cõmiſcet, in hac quidẽ tempera-
tura primam illam educationis rationem obſeruare conuenit, ne uidelicet
mellis unquam uel tantillum deguſtent, in hac affectione conſtituti, mini-
meq; gentium uina peruetuſta hauriant: cæterum edulia tepida ac lactea
offerre, & uentrem cum omphacino, tum melino perlinire cõducet. Ve-
rum immodico quodam ſtudio eos qui ita afficiuntur infrigidare, diſcri-
mine minime uacat, quoniam febris quodãmodo naturam hic ſtatus æmu 3
latur, ubi calor uidelicet ſupra quàm par ſit, modum exceſſerit.

Calidæ & humidæ diſtemperantiæ præſidia.

Supponamus ediuerſo calidam quidem intemperiem excedere, ſed ei
humiditatẽ iungi atq; annecti: Eiuſmodi ſanè intemperamento, aquæ ge
lidæ potione opitulabimur. Salutaris atq; peridoneus etiam fuerit tum
frigorificorum, tum conſtringentium eſculentorũ uſus. Sunto aũt & iſtęc
alimenta ſic auſtera, ut calfaciendi interim potentia careant.

Humidæ intemperaturæ ſolitariæ remedia.

Si uero humidũ diſtemperamentũ ſine additamento ſolum fuerit, are
facientia alimenta, quę neq; calfaciendi neq; refrigerandi uirtutẽ habent, 4
pæſentiſſimo ſunt præſidio. Conſuetæ idem præſtat potionis defrauda-
tio & abſtinentia.

Humidæ & gelidæ diſtemperantiæ ſubſidia.

Cæterũ humidæ intemperantiæ cum frigore copulatæ, haud meliora
ſubſidia

ſubſidia inueniuntur, quàm quæcunq; acrimoniam quandam præferunt, admixtis interim quæ adſtringẽdi facultatem ſine euidenti uirtute frigorifica obtinent. Eximium quoq; ita affectis fuerit auxilium, modica potio, præſertim uinorũ apprime calfacientium. Eiuſmodi igitur habemus malarum temperierum quæ in qualitatibus conſiſtunt, ſuppetias. Quoniam aũt humor qui uel in ſinuoſo uentriculi loculamẽto (ſic enim κύτει interpretor) continet, uel in tunicis ipſius impactus eſt, diſtemperamentũ ſubinde conficit, haud abſurdum (arbitror) fuerit, de ijs quoq; ſermonem facere. Quare ſi quem prior affectus tentauerit, euacuato uomitu humore facile compeſcitur. Quod ſi rurſus ex alia quadam, aut alijs proueniat partibus, adamuſſatam indagationẽ requirit. Cauſæ quippe exacta cognitio protinus curationẽ excipit: Quando uniuerſam medendi rationem mittenti particulæ adhibere oportet, ſuſcipiẽti uero interim proſpicere atq; ſuccurrere, ne tam procliue quod influit ſuſcipiat. Quam quidẽ prouinciam non adſtringentia ſolum, ſed ea etiam quæ euexiam, id eſt, bonã corporis totius habitudinem conciliant, pulchre abſoluunt. Vitioſos uero qui in uentriculi tunicis continentur ſuccos, medicamentis molliter purgãtibus educere expedit: è quorum numero eſt aloë, & quod inde præparatur medicamen, amara, πικρὰ Græcis appellata, & nõ raro ἱερὰ, quod eſt ſacra. Lentus porrò atq; uiſcoſus ſimul uẽtri impactus humor pituitoſus, primo diſſecandus, atq; ita deinde expurgandus eſt. Vbi uero quis opportunus & appoſitus fuerit, uomitione, radiculæ beneficio, eijciendus: Sin aũt neq; glutinoſus, neq; craſſus humor infeſtat, ſatis fuerit uel ptiſanæ cremore uel mulſo uomitionem ciere, aut cremorẽ abſinthij ex mulſo ſumere. Pari inſuper ac ſimili ratione & reliquorũ deinceps membrorum in proſperis temperaturis medendum eſt, humoribus ad cõmodos meatus deriuatis. At ſi, qui ſenſu ſaltem percipi queat, meatu pars deſtituatur, redundantes ipſos cruores (quos ἰχῶρας Græci uocant) ſiue humores, ueluti ſpiritum quoque flatuoſum in ipſa contento, in halitum redactos, ſolutosq;, euacuare conuenit.

Cauſæ notitiam ſtatim ſequitur curandi ratio.

Quæ ſint alimentorum uires. Cap. LXXIII.

SVper alimentorum facultatibus orationem, quæ bona pars operis, corpori hominis tuendo dicati, eſſe uidetur, rebus hactenus memoratis ſubnectere conſentaneum arbitror, ſi antequam ſingillatim membratimq; eius commentationem aggrediar, exiguis quibuſdã ac pauculis adeò anticipauerimus. Opus ſanè neceſſariũq; omnino, ſi quicq; aliud eſt, alimentorum, ſine quibus uiuere non poſſumus, uires, intus & in cute, quod aiunt, pernoſſe. Epulæ igitur extenuatoriæ facultatis, meatus ueluti obice obſtructos recludunt, cõgelatos compactosq; ac tenaces immodico lentore ſeu glutine humores diſcutiunt, proijciunt atq; abſtergunt, craſſos diſſecant attenuantq;. Cæterum diuturnior eius facultatis alimentorum uſus, cum ſeroſa, tum silioſa excrementa auget atq; coaceruat. Quin ſi quis largius ęquo ijſdem infar-

citur, atrebilarius inde ſanguis cōſtituitur. A iugi propterea ipſarū uſione abſtinendum eſt, præcipue ijs qui bilioſiorē naturę ſtatum ſortiti ſunt: conducunt nanq; his tantūmodo, qui pituitæ, crudi ac uiſcoſi, craſſiq; humoris ceu ſtruicem quandam ingentem ac grauem aceruarunt. Cæterū quæ impinguantis naturæ ſunt alimenta, idoneum & quantū ſatis eſt nutrimentū pręſtant. Et ſi in uentriculo & iocinore pro debito utriuſq; munere probe conficiantur, inculpatum ſanguinem pariunt, ſplenem uero heparq; obturant. Horum uero alia quidem craſſioris duntaxat ſucci exiſtunt, uerbi gratia, lens: alia uiſcidi, ueluti maluæ: nonnulli cum craſſi tum glutinoſi humoris facultatem obtinent, ut quæ teſta integuntur, & inde ὀστρακόδερμα græce nominantur. Ad tuendam igitur incolumitatem longe tutior extenuans educatio eſt, ea quę impinguandi uirtutem poſſidet. Sed quoniam pauciſſimi alimenti conſiſtit, nihil neq; firmitatis, neq; roboris corporibus præbet. Oportet præterea nonnunquam quum indigentia quempiam corripit ac urget, eſcas plurimi ualentiorisq; nutrimenti offerre: Potiſſimum uero abſq; diſcrimine ſumpſerint ei, qui exercitationibus uacant, & qui ex ſententia ſua ſomnum, quantum uidetur, capiunt. Quibuſcunq; autem ante quàm cibum ſumant, exercitationibus operam dare non eſt integrum, dapes quæ craſſiores ſuccos efficiunt uitent cane, ut ita dicam, peius & angue. Inertes quoq; & ignaui, ne per ſomnium quidem id genus alimenta admittant. Quemadmodum porrò ignauia perpetua & immodicum otium ad tutelam ſanitatis multo plus officit quàm conferat, ſic mediocris agitatio ad tuendam ualetudinem ſummopere conducit. Mediæ uero materiæ cibi, quæ neq; impinguantes neq; extenuantes ſunt, omnium præſtantiſſimi habentur, utpote qui mediocris eſſentiæ ſanguinem generant. Vt igitur eius farinæ, corporibus noſtris cōmodiſſima ſunt eſculenta, ita quæ uitioſum producūt ſuccum ſummo ſunt diſpendio: quapropter manibus pedibusq; ſemper uitari debent. Deteſtari denique uaria diuerſiq; generis edulia ſatius eſt, potiſſimum ſi diuerſimodis atq; repugnantibus fuerint potentijs prædita, concoctu nanq; difficilima quæcunq; hoc modo aſſumuntur ingerunturq;.

Mediæ materiæ cibi.

De oleribus eſculentis. Cap. LXXIIII.

Lactuca, θριδακίνη.

LActuca liquidā cum refrigerandi tum humectandi facultatem obtinet, quo nomine etiam ſoporem cōciliat. Hæc ut inter olerum omne genus præcipue nutrit, ita egregij eximijq; etiā ſucci ſanguinem producit.

Intubum, ἴντυβον.

Intubus eandem quidē cum refrigerandi tum humectandi facultatem, ueruntamen lactuca nonnihil inefficatiorem, poſſidet.

Malua, μαλάχη.

Malua frigorificæ quidem uirtutis eſt, ſed clementis atque obſcuræ: efficatiorem uero habet humectandi potentiam, unde & propter gluten

& uiſco-

& uiſcoſitatem ſuam uentris quoq; ſubducendi poteſtate prædita eſt.

Beta, τεῦτλον.

Teutlon, quam Romani betam dicunt, ſua abſtergendi facultate duram quoq; aluum lenit ac deijcit: proinde ſi crebrius aut largius eſtur, uentriculi os, qui στόμαχος à Græcis appellatur, lancinat: hepar item ac ſplenem uicinasq; ipſorum partes ceu obice quodam obturat.

Braſſica, κράμβη.

Braſſica recocta ſi ea datur aluum cōprimit: ſemel uero duntaxat, ac ne tum quidem ad unguem elixata, ſed quaſi ſubcruda, cum oleo & garo ſale ue cōmanſa, uentrem potius lubricat: perinde atq; cremor quoq; ipſius lentis cremorem purgandi facultate, uiribusq; præcellit. Cæterum braſſica marina multo euidentius atq; adeò magis etiam aluū præmollit, atq; ſubducit, nam ſalſitudinē quandam, ſubamarulentumq; saporē præfert.

Halimon, ἅλιμον.

Halimon item, quod Romani Albucū quoq; dicere uidentur, quoniā ſalſuginoſum eſt, uentrem exonerandi poteſtate uiget. Cæterum braſſica ſtomacho accōmodatior & utilior, eo quod mediocris quoq; aſtrictoriæ uirtutis eſſe deprehenditur. Lac porrò ſemenq; prolificum auget.

Blitum & Atriplex.

Blitum atq; Atriplex aquoſiora ſunt inter olera, aluumq; molliūt atq; deijciunt, ſed pauxillum alimenti præſtant. Aculeata uero omnia, cuiuſmodi carduus & atractylis eſt, quod eſt cnicum ſatiuum, uel ut alij dicunt, colon ruſticā, & huius claſſis alia, ſtomacho ſummopere cōueniunt: dempta cinara, praui nanq; ſucci hæc eſt eſca, & pręcipue ubi durior iam euaſerit. Quare pręſtantiſſimum fuerit elixam hanc oleo, garoq;, unà cum coriandro eſui accommodare. *Aculeata plantæ.*

Apium, oluſatrū, ſion, ſmyrnium.

Apium ſatiuum, oluſatrū, (quorum illud Græcis σέλινον κηπαῖον, hoc uero ἱπποσέλινον dicitur) ſium, quod odoratum iuncum quidam, alij anagallidem aquaticam appellant, ſmyrniū, omnia quidē ac ſingula proritandi & impellendi lotij poteſtatem obtinent: cæterū poſterius hoc odore & acrimonia præſtantius eſt, & urinam pariter ac menſes commouet. Sed apia ſuauiora ſunt, ideoq; ſtomacho idonea magis uidentur.

Eruca, εὔζωμον.

Eruca, olus hoc magnam excalfaciendi uim obtinet, & geniturā augere credit̄, & ob id in Venerē ſtimulos addere, capitisq; eum dolorē, quam Cæphaleam nominant, inducere.

Naſturtium, ocimon, ſinapi.

Naſturtium, κάρδαμον græce, ocimum, ſinapi, olera calidæ admodum ſunt potentiæ, & acorem præferunt, (in primis uero naſturtium) concoctioni reſiſtunt, ſtomacho ſunt noxia, & prauos ſuccos, quando eiuſdem naturæ habentur, in corpore pariunt.

Vrtica, ἀκαλήφη.

Vrtica (quæ à Græcis cum ἀκαλήφη tum κνίδη nũcupatur) maxime tenuium eſt partium, uentrem autem modice ſubducit, & parcius alit.

Gingidium.

Biſacutũ (ſic enim Romani γιγγίδιον appellant) olus eſt ſcandici non ab ſimile, pluſculum aſtrictoriæ qualitatis, amaritudinisq; retinens, aptius eſt ſtomacho, ita quidem ut cibum faſtidientibus appetentiã reuocet, cum aceto ſumptũ, ſed exiguũ corpori alimentum præbet. Quæ præterea ſylueſtria olera prædicantur, peſtilentiſſimum omnino ſuccum generant.

Capparis.

Capparis quoq; cibi appetitum illicit, hepatis & lienis oppilationem laxat ac diſcutit, pituitãq; educit. Vſus eius in primordio cœnę cõmendat ex oxymelite, quod eſt aceto mulſo, uel oxelęo, hoc eſt, ex oleo atq; aceto.

De olerum aſparagis. Cap. LXXV.

BLitum, lactuca, atriplex, malua, betaq;, ſtirpẽ quidẽ humidam habent, aſparagum uero (quo nomine Græci cymam uocant) ſiccum. Raporum cõtrà, ſinapis, radiculæ, naſturtij, pyrethri, braſſicæ, et omniũ deniq; aliorum calorificam uirtutem habentium, planta quidem arida, cyma uero humida eſt: cæterũ à ſpinoſis fruticoſisq; plantis, & qui in harundinetis, uliginoſis paluſtribus'ue locis naſcuntur cymę, quæq; à bryonia decerpũtur, ſtomacho quidem accõmodatæ ſunt, & lotium cient, parum tamen nutriunt: & ſi probe concoquantur, olerũ aſparagis in nutriendo efficatiores ſunt. Pari etiã modo & chamędaphnes (id eſt, humilis & terreſtris lauri, quam Romani nũc laureolam, nunc uincamperuincam dicunt) aſparagus nutrit.

Cymæ Bryoniæ.

De ijs quæ edendo ſunt radicibus. Cap. LXXVI.

NApus atq; rapa denuo elixæ, ſi eſtur, nõ minus alimenti quàm reliquæ ſtirpes ac olera præbent: Quum uero aſſidue eduntur, craſſum ſuccum generant.

Bulbi qui edendo ſunt.

Bulbi, aſtringentis abſtergentisq; naturæ ſunt: appetentiam quoq; cibi inuitant, ſtomachum roborant, uiſcidos thoracis humores pulchre euacuant. Si bis decoquantur, uberius quidem nutriunt, ſed minus educunt, eo enim pacto ipſorum propulſatur amaror: ſemen præterea prolificum producunt, libidinem accendunt, ſi iugiter crebriusq; ſumantur, peditus inſuper conciliant, torminaq;. Atqui ex garo, oleoq; comeſti, dulciſſimi, flatu carentes, optimi alimenti, facilisq; decoctionis ſunt.

Paſtinacæ, dauci, ſiſeris.

Paſtinacę, dauci, ſiſeris, multo minus alimenti, quàm rapæ præſtant: adurentes uero ſunt, & euidenter odoratę, lotiumq; impellũt. Supra uero modum, & immodice perperamq; utentibus, prauos ſuccos generãt: con coctu difficiles, cõmuni radicum modo, exiſtunt. Sunt qui ſylueſtrem paſtinacam daucum nũcupent, ea multo uehementiore ui lotium promouet.

Radi-

Radicula.

Radicula attenuãdi adurendiq́ʒ poteſtatẽ habet: edenda in prima menſa eſt, ex oleo ſcilicet & garo, uẽtris lubricandi gratia: in ſecũdis uero menſis deteſtetur.

Cæpe, allium, porrum.

Cæpe, allium, porrũ, quoniã acrimoniam præferũt, corpus calfaciunt, extenuant, & diſſipant craſſos qui in ipſo continentur humores. Bis quidem elixa exiguum, cruda uero nihil alimenti ſufficiunt. Allium quippe obſtructiones diſcutit, diſſipandiq́ʒ potentia regnat. Efficaciores porris arefaciendi uires habent ampelopraſſa, ueluti ſylueſtria. In ſumma, olera ſimul uniuerſa, ſi incocta ſumantur, deterioris ſucci ſunt quàm elixa, multoq́ʒ magis ſuperflua humiditate participant. Quæ porrò cum muria tum oxyhalme condita reſeruatur, ſtomacho magis conueniunt, & appetentiam acrius excitant, crudes humores diſijciunt, ægre conficiunt. Et præterquã uel natura uel moribus cõparatum eſt abutentibus, uitioſis ſuccis infarciunt.

De tuberibus ac fungis. Cap. LXXVII.

TVber nullum manifeſtæ qualitatis ex ſeipſo cremorẽ præſtat, frigidiorem uero & craſſiorem exhibet. Micetę, (quos Latini fungos nuncupant) gelidi, pituitoſi, & uitiati cremoris ſunt. *Micetæ.* Omniũ innocẽtiores habentur boleti, qualitatis notatu dignæ expertes, probe elixi. Qui uero amminitæ uocantur, ſecundum poſt boletos bonitatis locum obtinent. Cæteri omnino uitandi ſunt: pars quippe bene magna ex ipſis letalis eſt: quinetiã ipſi quoq́ʒ boleti, niſi ad extremũ elixi edantur, præſens diſcrimen, mortiſq́ʒ cauſam ſepænumero minant.

De frumentaceis. Cap. LXXVIII.

Chondrus & alica.

EX eis quæ frumentacea dicuntur, chondrus egregie nutrit, & glutinoſos uiſcidoq́ʒ lentore parit humores: ſed puls ex eo confecta peſtilens eſt, eo quod quamprimũ craſſeſcens incõcocta permanet. Præfertur potius cremor ipſius ex integro chondro ad ſummum ptiſanæ inſtar decocto expreſſus. Alica uero (ἄλιξ à Græcis appellata) in cæteris quidem chondro (hoc eſt, frugi, unde hæc omnia fiunt) haud abſimilis eſt, uerum aluum intenſius moratur.

Triticum.

Triticum quidem elixum, manſum, ægerrime conficitur, peditus generat: ubi aũt confectum ſiue concoctũ fuerit, alimentũ præſtat ualidiſſimũ. Porrò ubi in panem fuerit redactum, inflandi facultatem & concoctionis difficultatem exuit, eo quod fermenti ſaliſq́ʒ particeps ſit.

De panibus.

Siligineus uero panis omnium firmiſſimus eſt: poſt hunc ſimilagineus: deinde cui nihil ademptum eſt, quem συγκόμισον Græci uocant. Sordidus, hoc eſt, frumentaceus panis, alimoniæ quidẽ minus ceu firmiſſimus *Sordidus panis* præbet, promptius uero per aluũ deijcitur. Amylus, hoc eſt, ex amyla *Amylus.* farina factus, minimi alimenti eſt, nõ aliter q̃ʒ qui lotus in cibo miniſtrat.

Hordea,polenta,maza.

Hordea frigorificæ & abſterſiuę ſunt potentiæ:elixa uero inſtar ptiſa- næ,humectant:fricta uero ad modũ polentæ,arefaciũt. Polenta in ęſta te ante balneum cum aqua pota, ſiti ſubuenit. Hordeaceus panis imbe cillior, & minus nutriendo eſt. Maza non facile conficitur, & amplius quàm hordeaceus panis inflat, & ſi cum melle fuerit ſubacta, per aluum facile deſcendit. Auena.

Auena,(ſic enim βρόμον interpretor)natura ſiccandi uim habet,& mi- noris in nutriendo poteſtatis eſt. Milium ac panicũ refrigerandi, ſic- candiq́;,& exiguas in nutriendo uires poſſident,aluũ morantur:præcel- 1
lit autem per omnia milium panico.

Oryza.

Oryza ægre concoquit̃,& exigui nutrimenti eſt, & præter hæc etiam aluum cõpeſcit. Coquitur aũt ptiſana hoc modo: Vna eius pars in quin decim aquæ partibus,pauxillo olei adiecto,elixat̃,et quũ intumuerit ebul lieritq́;, aceto etiã:ubi uero ad unguẽ decocta fuerit,ſuperinijciẽdus quo- que tenuis atq; friatus ſal. Nec deſunt qui porri aliquid atq; anethi addãt. Cæterũ auena chondrusq́; perinde atq; ptiſana coquunt̃ & concinnant̃.

Decoctio ptiſanæ.

De legumentis. Cap. LXXIX.

Lentes. 2

LEguminũ lens quidem uitioſi cremoris eſt, melancholicumq́; humorem auget, aluum compeſcit, potiſſimum bis cocta. Ius uero ipſius cum aceto & garo ſumptũ,uẽtrem ſoluit. Admiſce- re aũt lenti,quoniam inflat,uel ſatureiam uel pulegium debet.

Fabæ,piſa,cicera,lupini,fœnogræcum.

Fabæ lenes ſunt, & uentris flatus pariunt, abſtergendiq́; poteſtatem retinent. Aegyptia uero faba,noſtra humidior cenſetur,& plus retrimen ti relinquit in corpore. Piſum laxum quidẽ ac molle eſt,cæterũ peditus ra riores facit. Cicera inflationes pariunt,abſtergunt,ſemen prolificum gi- gnunt,libidinem excitant,lapides cõminuunt,fricta inflandi quidem uim 3
deponunt,ſed ægre in ſtomacho conficiunt̃. Lupini quoq; concoctio- ni reſiſtũt,& ægre tranſmittũtur,crudumq́; ſuccũ cumulant. Fœnogræ- cum calfaciendi,uentremq́; ſubducendi facultatẽ habet,ſi ante dapes cæte ras ſumptum fuerit.

Ochri,phaſeli.

Ochri,quæ eruiliæ dicunt̃,& phaſeli macerati, quoad radices promi- cant,ſi ante cibum ex garo edunt̃, aluũ ſoluunt,& maiores alendi uires q̃ fœnogræcũ obtinent. Phaſeli, quæ & dolichi, hoc eſt, ſiliquæ,dicun- tur,integri cum lobis,uirideſq́; ſumpti,ingentẽ retrimentorũ uim pariũt.

De fructibus quæ inter æſtatẽ & autumnũ matureſcũt. Cap. LXXX. 4

Cucurbita,pepones.

CVcurbita refrigerandi & humectandi uim obtinet, uentremq́; ſub- ducit, ſed alimentm præſtat perexiguum. Pepon in uniuerſum

praui

praui ſucci, gelidus, udus, ac uomitorius eſt: non cõcoctus **choleram** indu cit: ſemen eius ciendæ urinæ, & frangendis renum calculis natum, atq; in totũ abſtergit abunde. Melopepon minore efficacia omnia hæc poſſidet. *Melopepon.*

Cucumis, σίκυος.

Cucumis minore frigiditate & humiditate pepone prædita eſt, ſed ma iore ad promouendum lotium poteſtate: difficilis concoctu, & ſi tandem concoquatur improbi tamen ſucci eſt. Sed ut ſummatim, atq; uno (ut dici tur) uerbo perſtringã: Omnes fructus quos profert autumnus frigorificę & humentis naturæ, ad hæc minus nutriendo, deploratiq; ſucci ſunt.

De ijs quæ ex arboribus decerpuntur fructibus. Cap. LXXXI.

Ficus, uuæ, & caricæ.

FIcus & uuæ primas inter fructus autũnales meruerunt, quan do ipſorũ ſuccus culpa tantum non omni uacat, & alimenti mi nime uulgaris ſunt. Cæterum ficus honore & bonitate ſucci uuas præcellunt, & liberalius nutriunt: alui præterea, urinæq; ciendę, & renes purgandi prouinciam pulcherrime ſubeunt & abſoluũt, comprimis autem quæ fuerint exactam cõſequutæ maturitatẽ. Pari etiam modo caricæ: atqui flatus interim ſanguinemq; uitiatum pariunt: ideoq; pedunculos aſſiduus earundem uſus conciliat. Vuæ retentæ non confi ciuntur in uentriculo, & crudum ſuccum faciunt: deiectæ uero mode ratiores redduntur. In uuis paſſis maior calfaciendi uis eſt, conueniunt etiam magis quàm uuæ ſtomacho, neque tam exigui alimenti ſunt, ſed im becillius aluum deijciunt.

Mora.

Mora, quę & ſycamina dicuntur, uehementem quidem humectandi, mediocrem uero refrigerandi facultatẽ obtinẽt: à primordio cœnæ & an te alios cibos deuorata, aluum exonerant: neq; admodum ſtomacho alie na, ſed nutrimenti ferè nullius.

Ceraſa.

Ex ceraſijs autem ſuauiora cunire quidem faciunt, cæterum ſtomacho officiunt. Quæcunq; uero acerbitati participant, atq; aſtringunt, ut ſto macho nunquam ſunt noxia, ita & per aluum nihil tranſmittunt. Atque eadem ſanè ratio non tam uuis ac moris, quàm alijs compluribus exacte cõgruit. In ſumma: Quæcũq; aſtringendi uim obtinent, in prima menſa, aut alias ante eſcas uel comeſta, uel bibita, aluum comprimunt. Quicun que aluum ob imbecillitatem aſtrictam nacti ſunt, hos quod eam lubricet atq; reſoluat quippiam, uerbi gratia olera, ſiue piſces, ſiue eiuſdem fari næ cætera, pręmittere, deinde quod conſpiſſandi facultatẽ habeat, ſume re oportet, quæ aluo robur adferentia, per inferna impellant atq; ad deie ctionem retrimenta excitent.

Nux pini, & perſica.

Nux pini, quæ ſtrobilus etiã appellat͠, probũ craſſumq; cremorẽ conti net, edendo quidẽ, ſed difficilis decoctionis eſt. Perſica praui ſucci ſunt,

aceſcunt & corrũpuntur ocyſſime, proinde in prima menſa ſumenda, quo deijciantur promptius, neq; propter cunctationem in uentriculo uitient.

Præcocia, doracia, & armenia.

Præcocia porrò, & doracia, & armenia, potiora ſunt perſicis, quoniam neq; aceſcunt, neq; pariformiter apta corruptioni, & capiũt magis ac delectant amplius.

Poma.

Ex malis, dulcia quidem maiores reliquis in calfaciendo uires habent, & quamprimum tranſmittuntur, maxime dum uel aſſantur, uel elixantur.

Acida poma. Acida ſibi cum refrigerandi, tum humores in uẽtriculo diſſecandi, præſtantiorem facultatem uindicant.

Auſtera. Auſtera dein ſtomachũ roborant, aluum ſuprimũt: præ cæteris tamẽ magis cydonia, cotonea à Latinis uulgò appellata. Pirorum pari etiam modo grandiora atq; matura, eandem quidem facultatem ſeruant, ſed uberius nutrimentum ſumentibus ſuggerũt.

Mala punica. Mala punica frigorificæ uirtutis ſunt, & paululũ alimenti prębent.

Meſpila, & ſorba.

Meſpila & ſorba uehementiores in aſtringendo uires retinent, idcirco lubricæ fluentiq; aluo accommodata ſunt.

Palmæ.

Palmæ ſtomachum quidem ſolantur, niſi præpingues extiterint: uentrem cohibere, craſſos, glutinoſos humores gignere, & eum capitis dolorem, quem κεφαλαλγίαν dicunt, inducere ſolent.

Oliuæ.

Oliuarũ poſt hæc druppæ ſtomacho officiunt, & craſſum ſuccum pariunt. Oliuæ ſalſæ ſiue conditę, quas Græci κολυμβάδας appellant, ante alia edulia comeſtæ, appetentiã cibi reuocant, aluum difficilem leniunt, idq; ſanè acrius quum uel aceto, uel aceto mulſo, præparentur condiantur'ue.

Nuces.

Nucum uero baſilica quidem ſiue iuglans auellanis minorem in nutriendo poteſtatem habet, ſtomachoq; utilior eſt. Virides nuces humidiores ſunt, uentremq; ſubducũt. Aridæ uero, ſi quis maceratis in aqua & ab interiore putamine purgarit, recentioribus potentia nihil cedunt. Amygdalæ diſſecandi, extenuandiq; uirtute præditæ ſunt, quocirca tum uiſcera, tum thoracẽ, ſed uehemẽtius efficatiusq; amaræ, purgant. Aſſimilem ſanè poteſtatem habent & piſtacia (uulgò fiſtici dicti) hepatis coarctationes conſtipationesq; maiore efficacia laxant.

Damaſcena.

Damaſcena, ſi in prima menſa, aliâs ue ante cibos edanẽ cum cruda, tum in mulſo elixa, uentrẽ difficilem molliunt. Syriaca cõcoctu difficilia ſunt,

Ceratia. ſtomacho hoſtilia, & exigui nutrimenti. Ceratia (ſiliquæ) ægerrime cõcoquuntur, aluum cohibent, & uitioſum ſuccum poſſident. Sycomora abundantem refrigerandi & humectandi poteſtatem habent.

Citreum malum.

Medici mali extima pars acredinẽ ſapit, & cõcoctioni renitiẽ: quę uero

carnis

carnis quandam imaginē repræſentat æmulaturq́, etſi edendo ſit,tamen æque cōcoctioni reſiſtit. Medulla uero, ſiue interior pars dicere malis,ſiue acida,ſiue aquea fuerit, abunde infrigidat.

Glandes.

Glandes non inefficatiores frumentaceis in alendo uires habent, cæterum nō ſine difficultate in ſtomacho tandem conficiunt,& craſſioris ſucci ſunt, lenteq́ tranſeunt. Caſtaneæ per omnia glandibus præſtantiores & ſalubriores creduntur.

De animalibus,primitusq́ de uolucribus. Cap. LXXXII.

AVes imbecillius multò leuiusq́ quadrupedibus alunt, potiſſime uero ſuibus:ſed concoctrici animantis facultati promptius obtemperant,præcipue perdix, attagena,columbarum pulli, gallinæ,phaſianus,turdi,merulæ, paſſerculi,necnō & pyrgitæ ſolidiorem alimoniam præſtant:& his etiam magis turtur,palumbus, anas. Sed longe ſunt ſolidiores ac duriores, & concocturæ contumacius renitentes, pauonū carnes,utpote fibroſiores. Porrò anſerina & ſtruthocamelina caro maiorem redundantiarum ſaburram prædictis cumulat, & in ſtomacho ægrius conficitur,exceptis alis, quæ ſucci bonitate reliquis auibus minime cedunt. *Caro anſerina & ſtruthocamelina.* Gruum caro referta fibris & durior eſt. *Gruum caro.* In ſumma, iuniores auiculę ueteribus ſemper humidiores ſunt,minus concoctioni reſiſtunt, plus alimenti præbent,& per aluum procliuius deſcendunt. Quin & elixæ ab aſſis & in ſartagine frictis pari interſtitio diſſident. *Carnes elixæ, aſſæ,& frictæ.* Quæ deniq́ in ſiccis regionibus atque montanis degunt, ijs quæ in uliginoſis aluntur,concoctioni minus obluctantur, & nihil ferè ſuperfluitatum relinquunt.

De ouis. Cap. LXXXIII.

GAllinarum,& phaſianorū oua, principem bonitatis locum occupant: ſed anſerum & ſtruthocamelorum infimū. Atqui longe ſemper recentia ueteribus palmam præripiūt:& ut trementia nutriendo magis ſunt, ita & ſorbilia facilius deſcendunt,& gutturis aſperitates molliunt. *Oua recentia, trementia & ſorbilia.* Reliqua ad unum omnia concoctioni obſtinate repugnant,& lentius per meatus excernūtur,craſſiq́ omnino ſucci ſunt,demptis ijs quæ præfocata dicūtur,quæ quidem cruda in garo,uino & oleo irrigata,in diplomate,id eſt,uaſe ęneo aut teſtaceo,mediocriter denſantur, nam hæc coctu facilia,ſucciq́ inculpati,hoc modo redduntur. *Diploma.* Fricta aūt in ſartagine omnium ſunt uitioſiſſima.

De quadrupedibus animalibus. Cap. LXXXIIII.

Suilla caro.

PEdeſtrium animalium, ſuillæ carnes omnium aliorum eſculentorū efficaciſſimas in nutriendo uires obtinēt,eo quod cum guſtu tum odoratu peculiarē quandā germanitatē humanæ corporis ęmulant̄,ueluti à quibuſdam qui per imprudentiā humanam carnē deguſtauere,animaduerſum eſt. Verū quicquid nutrimenti ex

ipſis contrahit,uiſco ſeu quodã lentore præditũ eſt,& ægerrime diſſipat.

Ouilla caro & caprina.

Ouilla caro plurimam retrimentorum congeriem, perditosq́ ſuccos cumulat. Caprinis carnibus acredo quædam ſuccusq́ minime bonus
Hircina. ineſt. Hircina caro deprauatiſſima eſt, ſiue ſuccum eius malignum,ſiue
Bubula. concoctionis difficultatem reſpicias. Bubula porrò caro atram bilem
Leporina. auget. Leporina uero craſſum quidẽ ſuccũ habet, uerũ in hoc à bouina
Ceruina. & ouilla uincitur. Ceruina duri & coctu difficilis alimenti eſt. In uniuerſum uero, recentiora, iunioraq́ omnia ueteribus humidiora, molliora, & coctu faciliora deprehenduntur. Pari modo & caſtrata ijs qui teſticulos etiamdum habent: Et bene curata cute, ſtrigoſis.

De animalium partibus. Cap. LXXXV.

Extimæ animaliũ partes ut ſunt neruis refertæ, ita pinguedine carneq́ uacant, quapropter & uiſcidæ cernunt, & exiguas in nutriendo uires,ſed alui ciendę poteſtatẽ,habẽt: demptis auiũ
Roſtra. (quod impendio ſiccæ ſint) partibus. Roſtra & aures carti
Aures. laginoſa, concoctuq́ difficilia ſunt. Lingua mollis laxá ue,exanguis &
Adenes. lenis in nutriẽdo poteſtatis eſt. Adenes, id eſt,glandulæ,guſtu ſuaues ſunt atq́ tenues: Suauiores uero multo mammillinæ ſunt, præſertim porcinæ,dum uidelicet lacte infarciuntur,neque imbecillius quidem ipſis carnibus alimentum præſtant.

Renes & teſtes.

Renes atque teſtes uiroſi ſunt, (ſic enim βρωμώδεις interpretor) ægerrimeq́ in uentriculo conficiuntur. Cęterum gallinaceorũ ſaginatorum teſticuli,ſuaues,& inculpatum corpori alimentũ præſtant. Taurorum porrò econtrario,hircorumq́ & arietum teſtes,uix tandem cõcoquũtur, & improbum ſuccum faciunt.

Cerebrum.

Cerebrum pituitoſum, denſi prauiq́ ſucci, lenti meatus, concoctioni renitens, ſtomacho ingratum, & nauſeoſum deniq́ eſt: coctum uero ad
Medulla ſpinalis. ſummum ſatis idoneum alimentum præbet. Medulla ſpinalis, pinguis & ſuauior eſt cerebro,in cæteris autem nullo ab eo diſcrimine diſſidet.

Cor & hepar.

Cor & hepar craſſum habent ſuccũ,ægre decoquũtur,lente tranſmit-
Lien. tuntur: ſed ſuillum iecur bonitate reliquis pręſtat. Lien praui ſucci eſt,
Pulmo. & atrã bilem generat. Pulmo utriſq́ cum laxior,tum coctu facilior eſt,
Ventriculus. cæterũ pituitam auget,& minimæ in nutriendo poteſtatis eſt. Ventriculus,locelli, & inteſtina, dura ſunt,& concoctioni obluctantur, atq́ pituitam pariunt. Vno uerbo,feræ ſicciores ſemper ſunt alimoniæ quàm cicures,neq́ tantum retrimenti relinquunt.

Sanguis.

Sanguis uniuerſus coctu difficilis eſt, maxime uero craſſus, atque atrebilarius, cuiuſmodi eſſe iudicatur bubulus. Leporis autem

ſanguen

ſanguen tanquã ſuauiſſimum primi meriti eſt: hoc multi unà cum iocinore coquere ſolent, nõnulli uero ſimul cum reliquis quoq; uiſceribus. Eſtur & à quibuſdã iuuenis porcelli ſanguis. Caprinũ poſtremo ſanguinem eſui fuiſſe, ab Homero proditum eſt memoriæ.

De lacte. Cap. LXXXVI.

LAc coctum alendo quidem eſt, gingiuas uero & dentes incõmodo afficit: proinde ſimulatq; ingeſtum fuerit, primum quidem mulſo, deinde uino acerbo os abluendũ eſt. Præterea capitis dolorẽ infert, præcordiorũ (ſic enim ὑποχόνδρια interpretor) & uentriculi quæ ex flatibus oritur diſtentionem conciliat, renũ item calculos gignit. Cæterum dilutum imbecillius quidem alimentũ præbet, ſed intentius uentrem ſoluit: craſſius cõtrà efficatiores nutriendi uires habet, ægrius uero per inferiora deſcendit. Caprinum poſtea mediocris eſſentiæ lac eſt. Ouillum ediuerſo craſſioris, ſtatim poſt partũ tenuius, progreſſu uero temporis craſſius, magis magisq; deprauatur.

De lactipotatione. Cap. LXXXVII.

QVicunq; lac poculẽti loco haurire ſtuduerit, à reliquis eſculentis abſtineat, donec in uentriculo conficiatur, & per inferna deijciatur. Satius aũt eſt ipſum recens mulctum circa auroram ingurgitare, & inſuper non à cibis modo, uerum ab exercitationibus uehementibus abſtinere, eo quod in laborantibus neceſſariò aceſcit. Profuerit autem clemẽs inambulatio, & uigilijs interpoſita tranquillitas. Ad iſtum enimuero modum patranti, primũ quidem per aluum decedit: deinde poſt deiectionem aliud repetendum eſt: quin ſi illud quoq; deijciatur, aliud: in primis enim nõ ſine utilitate purgat, haud ita ſanè multum reliquarũ corporis partium molis, ſed ea modo quæ in uentre deprehendit. Poſt hæc illico uenas ſubit, & alimentũ præbens præſtantiſſimũ, nunquã amplius per inferna egreditur. In bilioſis præterea fluxionibus, ubiq; uentriculũ eliquari religio eſt, lac feruefactũ propinabimus. Atqui ad hanc rationem decoquendum eſt: Principio quidem pedetentim, ſenſimq;, ita ut partim exhalat, partim concoquatur: mox incunctanter magis etiam atq; etiam coquito. Proſpiciendum uero ne uel cõcrematur, uel in caſeum coaleſcat, & quaſi globoſum reddatur. Operæpreciũ uero ſit, non tam molliter clementerq; lac ipſum concoqui, q̃ confundendo quod abſceſſerit circũquaq; detrahi: ferula itaq; polita ac tereti agitandum eſt: & ſi quippiã in labijs ollę comburitur ac feruet, id ſpongia purgandũ eſt: inde nanq; non raro reliquum lactis corrũpitur. Quapropter lac quemadmodũ docuimus coquito, quoad craſſius planè, & crudo lacte ſuauius reddatur. Porrò cochleis (pro quibus nos fluminales uel marinos lapides accipimus) ex igne candentibus lacti immiſſis (quod lac diacochleon appellatur) quicquid eſt tenue ac ſeroſum imbibitur, inſumiturq;. Et hæc quippe lactis confectio uẽtris fluoribus, potiſſime uero bilioſis conducit.

Elixatio lactis

Lac diacochleon.

De lacte fiſſili. Cap. LXXXVIII.

SI lac iuxta fumum frequentē ad extremū decoquatur, ſeroſum eius à caſeaceo diſcernitur. Mox deinde à fecibus exactus, per linteum pannum'ue coletur. Confunditur aūt ſeroſo uel mellis, uel aceti mulſi, uel ſalis modicum, & alui ſubducendæ gratia exhibetur: adultis quidem uſque ad duorum ſextariorum menſuram: minoribus uero natu, non minus ſextarij pondere. Quod ſi calculi marini igniti, aut candentis ferri immiſſione incraſſatum fuerit lac, dyſenteriæ & alui profluuio probe medetur.

De caſeo. Cap. LXXXIX.

CAſeus omnis acrimoniā habet atq; ſitificus eſt, cōcoctioni præterea renititur, prauum humorem, & calculum parit. Præſtantior autem eſt & minus officit non uetuſtus, laxus, minime durus, nec inſuauis, & mediocri ſale cōditus. Qui contrarijs conſtat perniciosiſſimus eſt.

De piſcibus. Cap. XC.

OMnes quidē piſces frigidioris humidiorisq; temperamēti eſſe perſpicuum eſt: uerum ſaxatiles appellati, reliquis ſalubriores habentur, quia concoctioni minus reſiſtunt, & probum ſuccum relinquūt, neq; affatim adeò humectant, niſi ſolidiore carne conſtent. Non autem ſaxatilium, maritimi, plurimum diſcrepant ab ijs qui in limo degunt, aut ubi flumina irruunt. Sed omnium inſaluberrimi ſtagnatiles atq; paluſtres ſunt. Speciatim uero Capito quidem, ſi intra pelagus uerſatus ſit, mediocris ſuauitatis eſt, & coctu minus difficilis, ſuccíq; minime mali: ſanguinē uero tenuiorē atq; imbecilliorē gignit. Eiuſdem farinæ fermè lupus eſt. Mulus quoque in æquore degens, durior, & imbecillior cæteris piſcibus uidetur, nullus quidem cocturæ renitens, eſui aptus, perſuauis, pinguedine carens.

De corio teſtaceo præditis. Cap. XCI.

IN uniuerſum, piſces quicunq; pro tegmine (unde & ὀστρακόδερμα à Græcis dicuntur) teſtā habent, ſalſum omnino crudumq; ſuccum generant. E quorum numero, oſtrea molliſſima carne cōſtant, & promptius per aluum decedunt. Chamæ præterea, & purpuræ, ungues, σωλῆνες à Græcis appellati, ſpondyli, buccinæ, cochleę, & quæcūq; id genus alia dura & cruſtata, μαλακόστρακα, uocantur, utpote grāmari ἄστρακοι, paguri, cancri, locuſtę, ſquillæ, eſui quidē ſunt, ſed cōcoctioni reſiſtunt, aluumq; cohibent, ſi ſubinde in aqua dulci elixentur. Ius atq; cremor omnium quæ teſtis integunt̄ uentrem promouet, quāobrem terreſtres quoq; cochleæ aluū deducūt: ſed dura carne, coctuq; difficili ſunt, menſis quidem idonea, praui tamen humoris. Sunt qui ius cum oleo garoq; condiunt, & ſic alui deiectionem moliuntur. Echini modice frigorifici, exiguiq; alimenti ſunt, & lotium proritant.

De

De mollibus. Cap. XCII.

MOlles piſces, puta polypi, ſepiæ, lolligines, duri atq; concoctu difficiles ſunt: præ cæteris uero polypi: ſucco uero quodammodo ſalſo ſunt præditi, ſed concoctione uicti, nutrimentum neutiquam exiguum corpori præſtant.

De piſcibus ſiue ſquamis. Cap. XCIII.

DEſquamatorum piſcium, quos cartilagineos dicunt, torpedinibus, paſtinacis, mollis perſuauisq; caro eſt, quamprimum ſubiens, coctu facilis, menſisq; idonea. Raiæ, leuiraiæ, ſquatinæ, atq; huiuſmodi alia, duriora ſunt, coctioniq; renitũtur, & uberius alunt. In ſumma: Dura carne animantia ægrius in ſtomacho cõficiuntur: Si uero concoctione uincantur, ualentiorem ſolidioremq; in alendo facultatem obtinent.

De grandibus, cetaceis'ue. Cap. XCIIII.

INgentes (ſic enim κητώδη Latio donamus) uerbi gratia, balenę, phocæ, zygænæ, delphines, thunniq; immanes, durã, coctuq; difficilem & craſſi humoris habent carnem: Quum uero ſale condiuntur, exceſſibus eiuſmodi ſpoliati, ad mediocritatem reducuntur: cæteris preterea piſcibus humidiores, excrementis magis redundãtes, & ad moleſtiã inferendũ potius nati & appoſiti uident̃. Porro ſalſamentorũ diuerſitates piſciũ, è quibus conficiunt̃, differentias imitant̃.

De uiribus uini. Cap. XCV.

VAletudinis ſequũdę ſtudioſum uini poteſtas fugere nõ debet. In totum igitur, Omne uinũ maximæ in alendo poteſtatis eſt: ſed longe magis rubrum, ac craſſum, atqui id deterioris ſucci eſt: Suaue uero, nutrimenti quidem alicuius eſt, ſtomacho uero minus cõuenit. Acerbum adſtringens'ue ſtomacho quidem amicum, ſed lenti meatus, neq; tantũ nutrimenti præbet. Atq; adhuc etiam multo minus candidum. Primũ omnium uinorũ bonitatis honorẽ obtinet, quod colore κιῤῥόν, id eſt, uermiculum ſeu rubens eſt. Peruetuſtũ multo plus caloris ariditatisq; inſitum habet q̃ recens. Sed ſummatim uini potentia hæc eſt: In uniuerſum uinum inſitum atque naturalem corporis noſtri calorem ſuſcitat: proinde & cruditas inde eximie corrigitur, & ſanguis uitijs exuitur atque emendatur, alimentum (quandoquidem prompte penetrat) per uniuerſum corpus deducit: cuius ergò ex ægritudine aliqua emaciatis ac ſtrigoſis, bonam corporis, ueluti affatim nutritis, habitudinem reſtituit. Faſtidioſis cibi appetentiam & reuocat & illicit, pituitoſum humorem extenuat, bilem per lotium euacuat, coloris gratiam inducit, animo lætabundam alacritatem iucunditatemq; conciliat, corpus quoque robuſtius efficit. Eiuſmodi igitur cõmoditatum author eſt uinum, moderate ingeſtum: Ingurgitatum uero preter modum, incommoda contraria adfert, inde ebrij ſubinde euertũtur, furiunt, & ſopore impetũtur. Vitanda itaq; eſt temulentia, immodicaq; uini potatio. Quanquam per longa id

Vinum uermiculum.

Vini poteſtas.

Incommoda temulentiæ.

temporũ interualla liberalius ingerere, cõmodo ſit: nam per urinas, quas admodum citat, ſudoresꝗ uacuat. Optimum uero ducitur, protinus à quã mulſa ſumpta ipſum uomitu eĳcere, ne uel reliquĳs quibuſdam noxĳs officiat. Qui uero ſeſe prolixius pleniusꝗ uino imbuere inſtituunt, ac ſtudent, ab aliorum ſanè ciborum ſatietate abſtineant, atꝗ inter potandum in media menſa braſſicam coctam, bellariaꝗ ſumant, maxime ex amygdalis confecta. Hæc quippe capitis laborem mitigant, grauedinemꝗ ſubleuant, neꝗ ulla uomentes moleſtia afficiunt. Præſidium quoꝗ minime ſiculneum abſinthĳ maceratum ac dilutum (quod ἀπόβρεγμα Græcis dicit)

Macerati abſinthĳ cremor crapulæ inimiciſsimus.

adfert, ante potationẽ hauſtum: omnium enim maxime hoc crapulam arcet. Quod ſi quos uinũ uellicet, gelidam hauriãt: poſtera die abſinthĳ humorem repetant. Deambulationibus præterea, fricationibus item, ac balneo, & exiguo nutricatu, ueluti aqua (ut aiunt) aſperſa reficiuntur. 1

De melle & aqua mulſa. Cap. XCVI.

MEl percoctum ualentis quidem ac maximæ in nutriendo poteſtatis eſt, ſed aluum leuiuſcule, minus potenter deĳcit: Crudum, econtrario. Gelidis præterea ac humidis temperaturis magis expedit: calidis alienum eſt, eo quod in bilem ab ipſis promptiſſime uertitur. Aqua mulſa, quod Græci μελίκρατον dicunt, bilioſos nihil ferè adiuuat, quoniã in ipſis quoꝗ facile in bilem tranſit. Vtile ſit igitur aqueum magis illiuſmodi naturis mulſum miſcere: neꝗ ĳs qui aliquo modo uiſceribus laborant, ſatis conuenit. Sed aqua de qua agitur 2

Mulſi cõfectio.

mulſa, hac ratione cõcinnatur: Octuplum aquę melli miſcetur, & ſic quoad nihil amplius ſpumæ eĳciat, decoquitur. Oportet autem ſpumam ſimulac primum exoritur, identidem tollere.

De ſomno. Cap. XCVII.

COnſequens prorſus eſſe opinor, poſt ea quæ de ratione uictus tradidimus, de ſomno quoque nonnihil perſtringere: eo quod omnium nouiſſimus cætera cuncta plerunꝗ ſomnus ſuſcipiat. Somnus itaꝗ (ut in uniuerſum, & non citra formulam eloquar) 3 eſt animalium facultatum tranquillitas, à bonæ frugis humore cerebrum irrigante, proficiſcens. Huic qui rite indulget, eum plurima comitantur

Beneficia ſomni.

emolumenta. Nam alimenta conficere, ſuccos digerere, dolorem mitigare, cõſolari labores, diſtentis ac rigidis relaxationem reddere, diuinamꝗ illam aurę particulam, mentem ſcilicet, furentem emendare conſueuit. Oc

Somnus meridianus nõ omnibus idoneus.

caſio aũt ſomni opportuniſſima à cibo iudicat. Nam meridiari haud omnibus expedit: Non enim ſatis eſt ad exactam ciborum concoctionem tempus in quo nonnulli ſomnum capiunt, interrupta nanꝗ & amputata ante tẽpus coctione, meridie experrecti, ſæpius acetoſa eructatione moleſtantur, ſæpius item ſpiritibus infarciuntur: quin & fluctuationibus tentantur 4 aliqui, niſi uel propter conſuetudinẽ, uel quia ſatis ſterterint, eiuſmodi ca-

Nocturni ſomni optimi.

ſus non eueniant. Nocturni ſomni omnium facile præſtantiſſimi ſunt: ſiquidem nocte, humiditate & quiete ſua ſomnũ inuitãte, coctionem omnibus

bus numeris absoluit. A somno porrò nocturno plerunque ad aluum subducendum maturamus. Esto autem debiti somno temporis limes, absoluta ciborum coctio, quæ non tam eructuationibus, quam uentris conniuentia cõtractioneúe deprehenditur. Post quam uigilantia perutilis est, quod cõcoctionis retrimenta ad secessum proritet.

De uigilia. Cap. XCVIII.

QVonam pacto uigilijs, quæ aduersa iam ualetudine correptos uel præ dolore, uel febri, uel quocunque alio casu molestant, succurrendũ sit, in uolumine quod de febribus inscribitur, studiosius persequemur. In præsens de ijs modò uigilijs, quæ bene habẽtes infestant, agendũ est. Quocirca si quis uel ex mœrore uel solicitudine, seu alio quouis animi affectu somnũ subire nequeat, ante omnia quidẽ mœstitia pro uirili, uel in Cimmerias (ut aiunt) tenebras profliganda est: mox suauiũ sonorũ auscultationibus λογισμὸν, quod est cõsideratione, proscribere expedit. Sunt uero qui leni aquarũ stridore hoc ipsum machinantur, qua sanè demulcentia somnus facile conciliatur. Balneis præterea quos uigiliæ infestant, sub uesperam maxime, facta iam concoctione, utantur, edulijsque humectantibus, puta lactucis, & id genus alijs. Papaueris etiam atri uiridia folia obsonijs nonnunquam confundant. Piscibus item qui nulla contumacia in stomacho conficiantur, uesci interdũ utiliter possunt: Multũ uini quoque tenuis, minime ueteris, ingurgitare: daturique iam membra grabato, rosaceo, aut oleo in quo uel papaueris capita, uel mandragoræ elixa fuerint, caput oblinire. Quin anethinũ quoque non antiquum somnificũ est. Scimus porrò quibusdam à labore statim facta tranquillitate somnum obrepsisse. Coitus quoque moderatus hunc ipsum non raro cõciliauit. Nec desunt qui capite ac pedibus infrigidatis somnum facile accersunt. Si qui autem uel propter alimentorum copiam, uel uitium, stomacho onerato uigilauerint, id quod usuuenisse comperi, ueluti contrà alij nonnulli præter solitum genium penitus defraudantes, aut parcius cibis indulgentes, somnum oculis minime cernunt, considerare & occasionem abscindere conuenit.

Varia conciliandi somni remedia.

De ueterno, siue sopore. Cap. XCIX.

SI e diuerso profundi ac ueternosi sopores, quæ κατάφορα à Græcis dicuntur, quempiam corripiunt, lauacra illis continua, unctionemque frigorificam interdicemus: apophlegmatismis utemur, & in totum nutricationẽ cum calidiorem tum sicciorẽ, tenuis in nutriẽdo potestatis offeremus. A gelidiore quippe in primis, nec nõ et humidiore cerebrũ madefaciẽte materia, eiusmodi affectus cõtingit.

DIOCLIS EPISTOLA PROPHYLACTICA, hoc est, de sequũda ualetudine tuenda. Cap. C.

Diocles Antigono Regi bene agere.

QVandoquidem tibi Antigone, maxima omnium regum eruditio, atque grandæua iam ætas, omnisque philosophiæ peritia, & mathe-

matices deniq; studij (quibus singulis clarus es) palma facile contigit, re-
giam ego atq; adeò peculiarẽ esse suspicãs eam philosophiæ quoq; partẽ,
quæ incolumitatem tueri docet, deliniare atque describere tuæ maiestati
hac nostra epistola uolui, unde nam mortalibus ægritudines proficiscan-
tur, deq; quibusdam præcedentibus notis, & quibus remedijs succurren
Homiosis. dum sit. Quemadmodum enim cœli tempestatem nunq; non signa quæ-
dam manifesta præcedunt, quibus nautę ac cęteri multarum rerum periti
homines, quid ipsis agendum, quo tutiores sint, colligunt: Sic neq; ullus
præter naturam affectus unquã hominis naturam nullis præcedentibus
præsagijs tentat. Tu itaq; nostris hisce pręceptiunculis cõfisus, & obuijs 1
ulnis ea suscipere, & ad amussim etiam obseruare ne graueris.

Quatuor corporis partes.

Diducimus iam hominis corpusculum in partes quatuor: caput, thora
cem, uentrem, atq; uesicam. Quum igitur olim quid morbi caput læsurũ
Notæ futuri doloris capitis est, hæc portenta solent magna ex parte præcedere: Vertigo, dolor capi-
tis, superciliorum grauedo, murmur aurium, stimulatio siue punctura tem
porum, oculi matutino tempore lachrymantur, & caligant, odoratus he-
betatur, dentium gingiuæ attolluntur. Ergo quum eiusmodi quiddam
portenti senseris, caput confestim euacuandum ducito, nullis sanè medica
mentorũ præsidijs, uerũ sumptis hyssopi aut origani capitibus tritis, & in 2
aulula ebullitis cum passo uel iuris semi sextario, quibus os ieiunus ablui-
to, atq; quoad pituita deducitur, gargarizato. Hoc quippe capitis affectio
num facilimum est præsidium. Saluberrimũ quoq; fuerit, sinapi ex aqua
mulsa calida macerato irrigató ue, sobrium os colluere, & gargarizando à
capite humorẽ deducere. Oportet autem caput ipsum antea tegmine quo
piam calfacere, quo liquefacta pituita sine impedimento effluere possit.
Quum hæc igitur quæ proposita sunt floccipenduntur inditia, eiuscemo
di ferè morbi succedere consueuerũt: Ophthalmiæ, glaucomata, aurium
fissuræ, strumę in ceruice, cerebri tabes, σφακελισμὸς à Græcis dictus, co-
ryza, grauedo, angina nocturna, teredones, uua, profluuium capillorũ, 3
Signa imminentis morbi thoracis. ulceratio capitis, dentium cruciatus. Quum aũt quippiam mali thorax
passurus est, his signis portẽditur: Sudor quidam undiq; corpus quidem
occupat, sed thoracem maxime: lingua crassescit: ejciunt per sputa uel sal-
sa, uel amara, uel biliosa: in lateribus ac scapulis dolores citra occasionem
oriuntur: oscedines crebrę, quæ χάσμαι à Græcis dicuntur: uigilię, suffoca
tiones, sitis, ex somno animus mœrore afficit: algores item pectoris, atque
brachiorum, & manuum tremor, infestant. Quibus non imprudenter ad
hunc modum succurritur. Vomitionem à cœna non crapulosa quoad fie-
ri potest ciere conuenit, absq; medicamine. Prosunt etiam uomitus quos
cibus sequitur, quos Græcorũ nõnulli συρμαϊσμοὺς nũcupant. Cui igitur sic 4
placet uomere, radiculas tenues, nasturtium, erucam, sinapi, portulacam
deuoret: deinde aqua tepida hausta euomat. Qui dicta pręsagia naucife-
cerit, has affectiones metuat: Pleuritim, pulmonariã, melancholiã, febres
acutas,

acutas, phrenitim, ueternũ, & cum ſingultu ardorem. Si quis uero uentrem morbus occupaturus eſt, his ſignis præſagiri poteſt: Venter primitus cõuoluitur & in ſeſe ipſo perturbatur, eſculenta cum poculentis amaritudinem præferre putantur, genuum grauitas, lumborũ rigor inflectilis, uniuerſæ molis corporeæ laſſitudo, idq; ſine occaſione, crurum torpedo ſtuporq;, febriculæ exiles. Vbi hæc portenta ſenſeris, uenter nullo medicamento quidẽ, ſed uictus ratione mollificandus eſt. Satius enim ac longe tutius eſt ijs uti, quibus delinqui facile nõ poteſt: è quorũ numero ſunt, beta aqua mulſa decocta, allia elixa, malua, rumex, mercurialis, & omnia melle condita. Cuncta enim hæc alui ſedimina deijciunt. Quod ſi præſagiorũ aliquod magis magisq; intendat, cnici liquorem omnibus decoctis confundito, ſuauior nanq; & tutior eſt. Vtilis item fuerit, leuis braſſica in nõ exigua aqua elixa, huius ſuccus inquã quatuor heminarũ menſura cum melle ac ſale potui datus profuerit. Ciceris aut erui aqua in ieiunio epota eundem effectum habet. Hæc ſigna paruipendentibus, huiuſcemodi affectiones ſuperuenire ſolent: Ventris diarrhœa, hoc eſt, fluxus: dyſenteria, lienteria, id eſt, inteſtinorũ leuitas: uoluulus, εἰλεὸς à Græcis dictus: coxendix, febris tertiana, podagra, apoplexia, hæmorrhoides, arthritis.

Præſagia morborum uentri incũbentium.

Victus molliẽs aluum.

Ventris incommoda.

Quando aũt ueſicæ malum immineat, his notis deprehenditur: Poſt exiguum etiam cibũ plenitas infeſtare uidetur, peditus, eructuationes, uniuerſi corporis pallor, ſomni graues, lotia lurida, & ægerrime emanantia, & circa pudenda œdemata. Quum hæc apparuerint præſagia, ſuppetijs odoratis lotia impellentibus opem ferre conuenit, id quod ſine periculo futurũ eſt. Sunt igitur fœniculi apijq; radices in uino albo odorato macerandæ, unde ieiunus in matutino quotidie duos ſumat cyathos, cum aqua dauci, mirrhæ, enulæ campanæ, quodcunq; horũ ad manũ ſit, iuxtà enim ſingula iuuant: cicerum quoq; maceratorũ aquam ſi cum uino potauerit, idem conſequeť. Qui uero dictas notas negligenter præterierit, hos morbos expectet: Hydropem, lienis magnitudinẽ, hepatis dolorem, λιθίασιν, quem calculum Romani dicunt: nephritim, id eſt renum affectionem: lotij ſtillicidium, plenitatem uentris. Cæterũ in omnibus his quæ hactenus propoſuimus ſignis, infantibus quidem clementiores, grandioribus uero natu efficatiores, medelas exhibebimus. Neq; poſt hæc ſilenter pertranſibimus anni ſolſtitia, in quibus ſingula quæq; accidũt: ſed quæ ingerenda, offerendá ue, & à quibus abſtinendũ, tribus (ut aiunt) uerbis expediam. Exordiar itaq; à ſolſtitio brumali.

Veſicæ morborum præſagia.

Aetatis habenda ratio.

Solſtitium brumale.

Solſtitij brumalis tempore augetur in hominibus catarrhus, & humiditates, ad uernũ uſq; æquidiale. Calidiora itaq; tum ingerenda, & meracius prolixiusq; atq; ab origano bibendum eſt, libidiniq; indulgendum. Sunt autem uſq; ad æquidiale dies nonaginta.

Aequinoctium uernum.

Ab æquinoctio uerno uſq; ad uergiliarum exortum pituita, & dulcis

ſanies, quos ichoras dicunt, ſanguis in mortalibus, creſcunt: idcirco quàm maxime ſuccoſis acribusq; utendum eſt, corpus diligenter & cum labore exercitandum. Concubitui tum quoq; indulgendum. Numerantur uero uſq; ad uergiliarum ortum dies ſex & quadraginta.

Vergiliarum exortus.

Hoc tempore creſcit in hominibus bilis amara, & eiuſdem qualitatis ſanies, cruorq;, ad æquinoctium uſq; æſtiuale. Tum ſuauia aluum cientia ingerere, & Veneri minimum indulgere cōuenit. Numerantur autem ad ſolſtitium uſq; æſtiuum dies quinq; & quadraginta.

Solſtitium æſtiuale. 1

Solſtitij æſtiui tempus, atræ bilis abundantiam in hominibus facit, uſq; ad æquinoctium autumnale. Vtendum itaq; egelidis undis, odoratisq; omnibus: Venus uel omnino uitāda, uel ſimpliciter ſaltem ac candide, quæ de ipſa tradita ſunt, admittenda. Inſeruntur aūt inter æſtiuum ſolſtitium & autumnale æquinoctium dies tres & nonaginta.

Aequinoctium autumnale.

Hoc æquinoctij autumnalis tempore pituita, & tenues fluxus in hominibus abūdant, ad uergiliarū uſq; occaſum. Oportet ergo tum fluxiones cohibere, & acerrima quæq;, ſuccoſiſſimaq; eſitare, & quamminimū fieri poteſt uomere, ſedulo corpus exercitare, & concubitum deniq; pro 2 uiribus fugitare. Numerantur autem ab eo æquidiali uſq; dum uergiliæ occidunt, dies triginta ſex.

Vergiliarum occaſus.

Sub uergiliarum occaſu augetur in hominibus humor pituitoſus ad ſolſtitium uſq; hyemale. Sumenda ſunt igitur cibi loco maxime acerba, uina dulciſſima: utendum præterea præpinguibus, exercitandū ſtrenue. Sunt uero ad brumam uſq; dies quadragintaquinq;.

LIBRI PRIMI FINIS.

In hoc uolumine totius operis secundo, de febribus potissimum agitur. Primo quidem de ijs quæ circa notificationem, uniuersamq; ipsarum apotherapeuticam animaduertenda incidunt: deinde super uniuscuiusq; febris speciei origine, atq; curatione: tertio de ijs quæ febrem comitantur symptomatis, compendio differitur.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

Præfatio libri secundi. Caput I
Quinam scopi in morbis præcipue febribus discutiendi sint. II
Quodnã morbi principium dicendũ sit, ex monumentis Galeni. III
Vnde tutus'ne sit, an periculosus morbus, cognoscatur. IIII
Quibus notis acutum & diutinum morbum deprehendamus. V
Quemadmodũ præsciri possit quo pacto morbus soluendus sit. VI
De diebus decretorijs. VII
Decretoria signa si in principijs morborum appareant mala esse. VIII
Quemadmodũ futura crisis prænoscenda sit. IX
Instans morborũ iudicium quemadmodum sit agnoscendum. X
Qua ratione optime iam peractam crisim agnoscamus. XI
De arteriarum pulsibus. XII
De alui excrementis. XIII
De urinarũ significatione. XIIII
Quid circa sputum considerandum. XV
Ephemerarũ significatio & medela. XVI
Quemadmodum febres ex putredine humorũ accensas agnoscamus. XVII
Curatio febrium quæ in humorũ putredine accenduntur. XVIII
Tertianæ inditia. XIX
Quo pacto tertianæ medendum sit. XX
Tertianæ nothæ curatio. XXI
Quartanæ inditia. XXII
De quartanarũ febriũ curatione. XXIII
Quotidianam febrim quibus inditijs deprehendere possis. XXIIII
Curatio febris quotidianæ. XXV
De febre Epiala. XXVI
De synochis febribus. XXVII
Qui coutinuæ febres deprehendantur, quibusq; præsidijs curentur. XXVIII
Aestuantiũ febriũ cognitio. XXIX
Aestuantiũ febrium curatio. XXX
Febrium ab Erysipelate notificatio atque medela. XXXI
Quemadmodum hecticæ febres deprehendantur. XXXII
Hecticarũ febrium medela. XXXIII
De hemitriteis. XXXIIII
De publice grassantibus morbis. XXXV
De peste, ex monumẽtis Ruphi. XXXVI
De his qui plenitudine crudorum humorum infestantur. XXXVII
De his qui præ tenuibus humoribus defatigati concidunt. XXXVIII
De alijs occasionibus in quibus contingunt syncopæ. XXXIX
De dolore. XL
De liquefactione. XLI
De uigilijs febricitantium. XLII
Curatio Cataphoræ. XLIII
Medela doloris capitis in febrib. XLIIII
De curatione stomachi. XLV
De immoderatis febrium frigoribus rigoribusq;. XLVI
De sudoribus. XLVII
De tussi qui febricitãtes infestat. XLVIII
De sternutamento. XLIX
De ciborum auersione. L
De bulimo, quod est fame prægrandi. LI
De canina appetentia. LII
De siti. LIII
De lingua salebrosa. LIIII
De nausea. LV
De cholemasia. LVI
De singultu. LVII
De aluo dura ac lubrica in febrib. LVIII
De stillicidio sanguinis, & eruptione sanguinis narium. LIX
De animi defectione. LX
Medela exulceratonis quæ os sacrum infestat. LXI

PAVLI AEGINETAE

MEDICI PRÆSTANTISSIMI, DE ARTE MEDENDI LIBER SECVNDVS, ALBANO TORINO VITODVRENSI INTERPRETE.

De febribus, ex Galeni cæterorumq; complurium monumentis deprompta. Cap. I.

POſtquã tuendæ ſanitatis artem ſuperiori uolumine perſtrinximus, in hoc quemadmodũ male iam habentibus 1
ſuccurri, ualetudoq; aduerſa profligi optime poſſit, à ſimilarium partium morbis tanquã ſimplicioribus exorſi, differere incipiemus. Cuius generis eſſe potiſſimũ ei, quibus cognomẽtum febres, conſpiciuntur. Rurſus igitur cõpendiaria ſcribendi ratione, ex Galeni præſertim, cæterorum uero plurimorum etiam lucubrationibus Oribaſio decerpta, & nos utentes, paucula quædam illi præterita referamus.

Quænam ſummatim capita in febrilibus præcipue morbis diſcutienda ſint. Cap. II.

ANte omnia quidem diſputare conuenit, ſalutaris'ne, an exitialis ægritudo quempiã tentauerit. Deinde ſi ſalubris, num acuta, an diuturna. Hęc quippe & in aliјs quoq; morbis uehementibus accurate inueſtigãda cenſeo. Tertio, unó ne faſce & confertim decernat, quod eſt febribus peculiare, an particulatim ſoluat, indiſcuſſum ne id quidem prætereundum eſt. 2

Quodnam morbi principium dicendum ſit, ex Galeno. Cap. III.

NEq; profecto capitis dolores, neq; ardor, quemadmodũ neq; uigilia, à cibisq; appetitus auerſio, & uniuerſi corporis grauitas, aut laborioſus deniq; ſenſus, imò unumquodq; horum quiduis potius quàm febris eſt. Febris dum quempiam inuadit, præſertim acuta, neq; nos latere, neq; quenquam uel imperitum ac ſtupidum poteſt. Eſto autem, ſi uidetur, lateat: mirabor utiq; ſi diutius laborantem ipſum fugiat. Proinde illud tempus principium morbi appellemus, quũ iam manifeſte febrire orſi, decubuerint. 3

Vnde tutus'ne ſit an periculoſus morbus cognoſcatur. Cap. IIII.

SIgna quidem letalia ducuntur, uultus neruoſus, naſus acutus, oculi concaui, & quæcunq; alia pulchre ſunt ab Hippocrate memorata: niſi uigilijs hæc, aut uehemẽti uentris ſolutioni, 4
aut inediæ deniq; ſuccedant. Lucis præterea fuga, lachrymæ partim citra aliquam occaſionem externam, partim oculis nulla peculiari

ri affectione correptis, fuſæ. Ad hæc, alter ex oculis nonnunquam altero minor apparet: quæqꝫ in ijs alba eſſe oportebat, rubeſcunt, pallent, & nigricant: ſordes uel innatant uel angulis inhærent, & per ſomnia oculorum alba cernuntur, palpebris non commiſſis, ſed diductis, niſi id uel alui fluxione, uel permulta quapiam euacuatione eueniat, aut conſuetudinis ſit ipſis caſus & aſſecla: dentibus frendere, mentis inopem eſſe, floccos ſtragulis auellere, & feſtucas paleasqꝫ excerpere, pernicioſum eſt. Attendendus item accurate eſt decubitus. Nam ſupinum iacere, & tanquam reſolutum, perqꝫ cubile ad pedes delabi ac defluere, ſummæ imbecillitatis eſt inditium. Adhuc uero magis exitioſum, gelidus cum ex naribus tum ex ore efflans ſpiritus. Porrò pulſus obſcurus, denſus, quumqꝫ intercipitur ipſus, ſudor item conciſus & deliquium inducens, inter ſigna perículoſa numerantur. Quocirca ſi uel uniuerſa quæ recenſuimus inditia, uel his adhuc etiam pluria compareant, ſiue pauciora quidem, ſed peiora, nulla ſalutari nota comitante, mortem præſentiſſimam portendunt. Expedita ſpiratio, pulſus inculpatus, mente conſtare, & bene ſe ad illa quæ offeruntur habere, uultus inde & cubatio bene habentibus ac ſanis neutiquam diſſimiles neqꝫ abhorrentes, ſalubria & laudabilia ſigna ducẽda ſunt: Vno uerbo: Quę rebus naturalibus maxime ſunt aliena & contraria, pernicioſa: Quæ uero ijs amica & ſimilia, ſalubria tutaqꝫ exiſtimo. Poſtremo quæ à lotio, oletulo, ſputoqꝫ ſumẽda ſunt inditia, paulò poſt exequemur.

Notæ ſalutares.

Quibus notis diutinum morbum deprehendamus. Cap. V.

DIuturnitas ægritudinis quatuor ſanè nominibus deprehenditur: motu morbi, languentis habitu, pulſu, & febrium ſpecie. Ex motione quidem morbi ad hunc modum: Quatuor numerantur particularis acceſſionis tempora. Vbi morbus acutior fuerit, non ocyus modo, ſed minimo ferè temporis momento præteruolare conſueuit: utpote cuius extremus terminus eſt ſeptimana, pleriqꝫ uero die quarto ſoluuntur. Quod ſi longius quidem procraſtinetur, neque tamen duodecimum terminorum ſpacium excedat, acutum eſſe morbum indicat, qui intra diem decimumquartum plerunque decernit. Atqui ubi adhuc diutius cunctatur & producitur, atqꝫ ita quidem ut exordium modo & incrementum in longiore diei ac noctis tempore amuſſatim perficiat, eiuſmodi morbus diutinus ſeu longus, græce Chronicus dicitur. At ſi exacerbationẽ morbus particularem nullam obtinuerit, uerum ab initio ad finẽ uſqꝫ tanqꝫ una & perpetua exacerbatione infeſtat, ceu in Cõtinuis datur liquidò cernere, hoc quodammodo inditium dicas eſſe grauiũ. Ex conſtitutione uero ac habitu ęgri hoc deprehẽditur: ſiquidẽ moderato ſit uultu, ſiqꝫ reliquũ etiã corpus uniuerſum cõpreſſionem calamitatemqꝫ minime uulgarem præferat, acutum morbum præſagit: At ſi omnino aſym-

ptωton, hoc eſt, contractione & calamitate uacat, diutinũ. Materiæ enim quæ longo tempore tranſmittitur, copiam ſignificat. Atqui ab arteriarũ motu ſcire & cognoſcere hac quidem formula poteris. Pulſus magnus, uehemens, uelox, denſusq́;, grauem morbum indicat: contrarius uero, longum. Ex febrium deniq; ſpecie, calidæ quippe & urentes ægritudines quammaxime acutum morbum ſignificant: Qui mitiores languidioresq́; ſunt, diuturnum oſtendunt.

Quo pacto præſciri poſſit, quî morbus finiendus ſit. Cap. VI.

QVemadmodum præſciri atq; cognoſci poſſit, qua ratione mor- 1
bus ſoluendus ſit, ex his quæ mox enumerauimus liquidò conſtat: Ex febrium uidelicet nõ ſpecie ſolum, ſed tempore: promptius tamen omnino à febrium (arbitror) ſpecie. Calidi nanq; & urentes morbi, breues ſunt, iudicatorijsq́; diebus libenter decernunt. Clementiores uero mitioresq́;, diutini ſunt, & magna ex parte finiuntur in abſceſſus. Ita liquet ex his quę diximus non modo quando, ſed quo etiã pacto morbus ſoluendus ſit. Vt enim in grauibus per excreta decretoriũ magis perficitur, ita in diuturnis per abſceſſus.

De diebus decretorijs. Cap. VII.

EX diebus decretorijs quidam ſanè crebrò, cum fide, & ſalubri- 2
ter, præterea exactè & inſignite admodum ſoluunt. Quidam conditionibus ijs propemodũ aduerſis. Tertiuſdecimus medium, inter utrunq; dierum genus, ordinem ſeruat. Sunt uero ex his quæ recenſuimus, qui ſimulatq; exiguum modo naturæ impetum adepti ſunt, decernunt: uerbi gratia, ſeptimus & decimuſquartus. Pleriq; tamen in uehemẽtioribus naturæ motibus morbos ſoluere nati, aliter decernere nequeũt. Cæterum neq; qui probi ſunt, omnes iuxtà probi ſunt: neq; omnes qui praui, omnes pari ratione praui: uerum neque certa cum ſerie bonitatẽ, prauitatemq́; obtinent. Qui primæ ſortis ſunt, hoc eſt, qui
ex bonorum ſunt catalago, iſto pacto ſe habent. Primum ac præcipuũ bo- 3
nitatis locum poſſident, ſeptimus & quartuſdecimus. Secundum, nonus, undecimus & uigeſimus. Proximi his bonitate ſunt ſeptimuſdecimus, atque etiam quintus. Sequitur hos quartus, hũc uero tertius & duodeuigeſimus. His quodãmodo contrarij, ſecundæq́; ſortis hi ſunt: Nocentiſſimus omnium, qui cum diſcrimine & obſcure morbos decernit, tanq; ex diametro ſeptimo oppoſitus, ſextus eſt. Eiuſdem notæ factionisq́; ſunt octauus, decimusq́;. Poſt quos deinde ſunt duodecimus, ſextuſdecimus, & undeuigeſimus. Tertiuſdecimus mediam inter hos ordines rationem obtinet, neque perinde abijciendus, ut hi qui ſecundi ſunt ordinis: neque utiq; ſic
morbos ſoluere poteſt, ſicuti ei qui primæ ſortis eſſe cenſentur. Et hunc 4
quidem dignationis iudicatoriorũ ordinem Galenus uſurpauit. Secundũ poſt hæc numerorum ſeriem boni iudicantur, tertius, quartus, quintus,

ſeptimus,

ſeptimus, undecimus, quartuſdecimus, decimuſoctauus, & uigeſimus.

Mali uero, ſextus, octauus, decimus, duodecimus, ſextuſdecimus, & undeuigeſimus. Mediam ſibi inter bonos prauosq́ ſortem decimus tertius uindicat. Iudicatoriorum porrò alij aliorum indices ſunt: quos cõtemplatorios nuncupauit Hippocrates, eo quod, quæ ſequenti decretorio die futura ſunt iudicia, præſagiri ac præuideri in ijs poſſumus: quemadmodũ quartus, futurum in ſeptenario decretum de morbo prædicit, puta ſudores quoſpiam, aut madores, uel particulares huiuſmodi inanitiones nonnullas excitans, uel ſignificationes inſolentes & antea inuſurpatas, uel cõcoctionis deniq́ inditia, portendens. Verum Galenus ſexti etiam (quanquam mali) quartum indicem eſſe aſſerit. Vndecimus quartumdecimum præ ſe fert, & decimusſeptimus uigeſimũ. Et ad quartumdecimum uſq́, efficaciſſima uehementiſſimaq́ redduntur ſuper morbis decretoria. Proxima his ſunt quæ uſq́ ad uigeſimũ ſequũtur iudicia. Quę poſt uigeſimũ uſq́ ad quadrageſimũ, pedetentim uehementiam remittũt. Primũ tamen honoris locũ uigeſimusſeptimus, trigeſimuſquartus, & quadrageſimus, obtinent. Poſt hos ſuccedunt uigeſimuſquartus, trigeſimuſprimus, & trigeſimusſeptimus. Qui inter hos à uigeſimo ad quadrageſimũ uſq́ iudicatoriorũ numerus habetur, totus criſis ſiue iudicij expers eſt: quemadmodum à quadrageſimo ad unum omnes planè ſunt languidi, cõcoctura magis & abſceſſibus, q̃ iudicationibus morbos ſoluentes. Quare alijs omnibus qui poſt diem quadrageſimũ ſuccedunt, Hippocrates medium quoq́ unguem oſtendere uidet. Sexageſimũ tamẽ, & octogeſimũ, centeſimumq́ reſpicit. Poſt hos alia quidẽ ſeptem menſibus, alia ſeptem annis iudicari aſſerit: alia (ut ueriſimile eſt) in binis annorũ ſeptenarijs et ternis.

Mali decretorij dies.

Quartus index ſeptimi.

Quod decretoriæ notæ, ſi in morborum initijs compareant, uitioſæ ſint. Cap. VIII.

SIgna concoctionis nunquam incommode cernuntur: quod omnis concoctio natura uictrice perficiatur, eoq́ nunquam non ſalutaris habetur. Sed aliquando decretoriæ notæ non cõmode cernuntur, quoniam iudicium ambigit, nunc quidem bona, nunc ediuerſo mala, ſuccedens, ceu mihi iam ante de iudicatorijs diebus oſtenſum eſt. Quapropter neq́ in morborum principijs, neq́ incrementi tempore utile ea eſt inditia conſpicere, ſed in declinationis tempore, quum uidelicet natura morbum uincit & ſuperat.

Quemadmodum futurũ iudicium prænoſcendum ſit. Cap. IX.

QVod ſi morborum exacerbationes intendantur & ſeſe anticipent, multoq́ uehemẽtiores reddantur, ac per tertium quenq́ diem ſignificationem ſui exhibeant, inditia præterea concoctionis in lotio, oletulis, & ſputo appareant, omnium ocyſſime morbus decernet. At ſi exacerbationes cunctanter moueantur, eodemq́ tempore aggrediantur, ſingulisq́ diebus infeſtent, poſt longius temporis ſpacium de morbo iudicium ſpectabis. Qui porrò cum concuſ-

sione cōmotioneq́ corporis, quod Græci ῥῖγος uocant, maxime febriunt, fieri nequit ut prius his morbus finiatur, q́ rigor ac cōcussus remittatur, mitigeturq́. Nam hæc si nihil remittat̃, fieri non potest, ut iam ad uigorẽ, quæ ἀκμὴ græce dicitur, morbus peruenerit, nedum ad inclinationem.

Imminens morborum crisis qua ratione agnoscenda sit. Cap. +x.

GRauis omnino atq́ molesta nox, omne decretorium, quod interdiu aduẽtabit, semper præcedit: Quod uero noctu agetur, dies antecedit difficilis, & inquieta. Superueniunt uero casus seu accidentia, capitis dolor, quam cephalalgian uocant, qui nunquam antea fuit: ceruicis dolor: præcordia quoq́ ad superna trahuntur: Spirandi item difficultas derepente oboritur: necnon & alia quædam molesta symptωmata, quæ ægrum prius nunquam afflixerunt, apparent. Quin si ijs incidentibus pulsus quoque non concidant, sed in altum magis attollant̃, & uehementiores reddantur (symbolum tamen decretorius dies sūpsius exhibens, ipsus maxime ex bene iudicantiū numero existit) non futurū tantum iudicatorium diem, uerum salubrem etiam eum sperato. Perculsus aūt in his minime fueris, nec si desipere hominem, aut exilire conspexeris: Nam hæc superiora humores petere indicant: Veluti ecōtrario alia signa sunt, quæ succos inferiora subire portendunt: suminis scilicet lancinatio, rosioq́, circa umbilicū torsio, (quæ στρόφος Græcis dicitur) lumborum dolor, & uentris murmuratio. Sæpius alia quoq́ his cognata inditia apparent. Ad hæc, si ægrotãs per hæmorrhoidas euacuari consueuit, eiusq́ uacuationis periodus incidit, Pari modo in menstruis purgationibus, si mulier est quæ langueat, nihil absurdum per illiusmodi uacuationem morbi crisim cōtingere. Porrò sudores non ex corporis modo qui antecesserunt madoribus, præsertim in die contemplatorio, sed etiam meatuū laxatione præscire conuenit. Decretoria uero quæ supernis euacuationibus perficiuntur, ex ijs potissimum deprehendes. Contẽplandus quippe præter hæc quæ mox retulimus, laborantis etiam uultus, & si quam eius partem palpitare, uel uenas temporum percutere, genas, nasum, oculumq́ solito magis rubescere conspexeris, per superna potius uacuationem expectabis. Quod si præter uoluntatem illachrymant, uel splendores se intueri imaginantur, manusq́ ad nares scalpendi gratia tulerint, tum haud amplius futurum, sed magis iam manantem saguinem cernes. Semel enim atq́ iterū uel leniter fricantibus, prorūpit. Rosio oris uentriculi, inferiorisq́ labij tremor, iuditium per uomitū fore multotiens insinuãt. Sed de his hactenus. Accedunt etiam his quæ spem nostrã cōfirment, ægrotantis ætas, natura, & insuper anni tempus, & præsens aëris cōstitutio. Vbi enim adolescens fuerit ægrotans, aut aliâs naturæ calidæ, aut sanguineus, tum maior habenda spes est. Si iam antea eidem, siue bene siue male habenti, sanguinis uacuatio facta est, ceu supra retulimus, hoc solū satis fuerit ad perfluendi sanguinis spem exhibendam. Si uero anni tempus æstas sit, uel si æstas quidem non sit, sed aliâs præsentis

Symptomata crisis.

Deliriū in morbis non semper letale.

tis ſtatus aëris calidus, & ſæpenumero illo tempore ſanguinis fluore labo rãtes iudicati ſunt. Adhæc præterea refertũ ſanguine corpus, & ſolenniũ inanitionũ moratio, & hęc quippe maiorẽ tibi ſpem exhibuerint. Pariformiter in reliquis quoq; euacuationibus ratiocinandum eſt. Quod ſi horũ nihil conſpiciat̃, ſed æger in aliquo iudicatoriorũ, qui à uigeſimo maxime ſunt, dierũ diſcrutiat̃, ac morbo in ſummo iam incremento exiſtente, dolores in aliquo articulorũ, aut circa aures, aut in alijs quoq; partibus, uel nulli quidẽ dolores, ſed ſudores particulares in membris aliquot iugiter exudant, per abſceſſus iudicium fore ſperabis. Cæterũ ea corporis præcipue particula laborabit abſceſſu, quã ſudores, dolores, tumoresq; exercuerũt.

Quemadmodum optimam iam peractam criſim agnoſcamus. Cap. XI.

SI cõueniens à cõcoctione euacuatio peracta eſt, & febris ægrotantẽ miſſum fecit, & ab alijs accidentibus uindicatus eſt, tum maior etiã pro uacuationis ratione colori gratia acceſſit, uegetiorq;, ac ſeſe erigendo robuſtior eſt redditus, quodq; in primis periculo uacat, facilis toleratio hæc comitatur, ſaluberrimum hoc decretorium habetur. Verum ſi quo horum deficiatur, tantum aberit ab optimo, quantum præpollet id quo deficitur.

De pulſibus ex libris Galeni. Cap. XII.

PVlſus eſt cordis & arteriarum agitatio, quæ inſurgendo ſeq; extollẽdo, quod διαστολὴν Gręci, cõtrahẽdo & cõſidendo, quod συστολὴν ijdem nuncupant conficit̃. Vſum porrò duplicem eius eſſe uel cęco liquere ęſtimo. Eleuatione etenim, quaſi expanſione quadã extenſioneq; arteriæ, gelidus aër ingredit̃, qui robur tonumq; uitale, unde ſpiritus quoq; animalis gignit̃, ſufflat, exuſcitatq;: Cõtractione aũt, quum conſeſſu ueluti cõniuentia quadam & aſcenſu extremitatum ipſius arteriæ circa centrum exiſtente, uaporoſarũ ſuperfluitatum excretio fit euaporatioq;. Arteriæ autem ipſæ ſecundum longitudinem uaſcula quædam concaua, quemadmodum & ipſæ quoq; uenæ, ſunt: uerum propter memoratam iampridem motionẽ duabus tunicis diſtincta, & quoniam ſanguinis cum ſpiritu abundantiore mixti, ſint conceptacula, quæ ẽ corde quidem proueniunt, ſed per ſingulos corporis artus diffunduntur. Omnes itaq; citra exceptionẽ arteriæ, pari quodãmodo ratione feriũt atque pulſant, cum inter ſeſe mutuò, tum ipſo etiã corde, quo ex unaquaq; ipſarũ, cæterarũ etiam ratio colligi poſſit. Neutiquam tamen fieri poteſt, ut motus omnium iuxtà ſentiatur, ſed promptius quidem multoq; magis expedite in partibus corporis carnibus quodammodo exutis, exortibusq;: obſcurius autem minusq; euidenter in carnoſis partibus: neq; enim aptiores, honeſtiores, aut commodiores denique uſui habentur aliæ. Parum enim imò nihil egerit, quiſquis uolam manuum in pulſus exploratione tetigerit.

Arteriæ.

Pulsuum genera.

Est igitur primum genus pulsuum, quod secundum motionis tempus, tam in diastole quàm systole cõsiderat. Diuersitates atq; discrimina quædam eius generis pulsus habentur: quoniam est & citus, & lentus, & mediocris. Quicquid enim mouetur, aut præcipitanter, aut cunctanter, aut *Citus.* mature, hoc est mediocriter, temporis ratione, mouetur. Citus autẽ est, *Lentus.* qui breui temporis spacio, crebriori mouet̃ intercapedine. Lentus aũt tardus'ue, qui longo admodum tempore, modico cõmouetur interuallo. *Mediocris.* Mediocris uero, qui mediũ quoddã inter mouendũ ad unguẽ obtinet.

De quantitate diastoles. 1

Alterum uero pulsuum genus, est secundum quantitatem diastoles, id est extẽsionis. Quoduis enim corpus tribus dimensionibus cõstat, longitudine, latitudine, et profunditate. Quũ aũt & arteria sit corpus, necessum est ut eadem quoq; tres habeat dimensiones atq; distantias. Verũ in animante secundũ naturã se habente, mediocriter atq; adeò ipsam cõuenienter etiã modis omnibus distensam reperies arteriam. In eo aũt quod præter naturam affectum est, pro re nata partim quidem deficit, partim uero excedit, atq; modũ ipsum plus iustò superat. Secundũ igitur unamquanque dimensionem oportet non esse immemorem, cuiusmodi fuerit natura lis pulsus: Nam si latitudine excellere deprehendatur, ab eadem dimen- 2 *Pulsus à tono uarium.* sione Lati nomen adipiscit̃: si longitudine, Longi: sin altitudine, Alti nomine gaudet. Liquidò uero constat, quod illis cõtrarij & naturalibus exiliores percussus iuxta proportionẽ uniuscuiusq;, alius angustus, alius breuis, alius humilis deniq; appellatur. Eorum uero quæ in singulis dimensionibus nõ dissimiliter à naturali constitutione permutant̃, id quod in ea dimensione diminutũ est, paruũ, quod uero adauctum, magnum nuncupatur. Tertium uero pulsuum genus à robore uirtutis deprehenditur. Differentiæ uero eius tres sunt: Vehemens, debilis, & medius. *Vehemens.* Vehemens est, qui uiolenta percussione ferit tactum medici. *Debilis.* Debilis uero siue obscurus pulsus, qui inualidum atque imbecillum percussum efficit. 3 *Medius.* Medius uero est, qui mediam quandam proportionẽ seruat ad utrunq;: quem quidam naturalem esse autumauere: Nam in furore irá ue, necnon & exercitationibus ipsis, pulsum qui secundũ naturam non est, uehementiorem fieri produnt. Quibus Galenus utiq; occurrit, pulsum qui ex caussis non naturalibus uehementius intendi assueuit, non modo instabilem, sed prompte se ex quauis etiam occasione (ceu Protea) transmutantẽ, affirmans. Quisquis igit̃ uehementior pulsus haud ita prompte sese transmutat, is naturalis & moderatus, seu medius æstimandus est.

Pulsus secundum constitutionem arteriæ.

Tertium pulsuum genus est, quod circa constitutionẽ atq; substantiam 4 instrumenti, arteriæ corpus inquam uersatur. Sunt uero & huius generis differentiæ tres: Aut enim duritius, quàm natura ferat, instrumentũ est, & durus appellatur pulsus: aut mollius, & ob id mollis dicitur: aut pro-

portionem

portionẽ habens ad utrũꝗ, & in hoc moderatus ſiue medius nũcupetur.

Secundum quantitatem plenitatis arteriæ.

Quintum genus pulſuum eſt, quod ſecundũ quantitatẽ repletionis arteriæ fit. Et hoc quoꝗ tribus differentijs dirimunt. Nam alius plenus eſt, alius uacuus, alius deniꝗ medius. Quandoquidem & unumquodꝗ uaſculum aut plenum, aut uacuum, aut mediocriter refertum eſſe perhibetur.

Plenus. Plenus itaꝗ pulſus eſt, (quemadmodum definit Archigenes) qui corpulentiorem ac pleniorem etiam præ ſe fert arteriam, & ὑπόπτωσιν eius in ſuccoſitate admodũ fartã. Tota enim humidior corpulentiorꝗ apprehenſu eſt. *Vacuus.* Vacuus autem, qui ebullitioni ſiue bullæ aquæ tumefactæ ſimilem arteriæ eleuationem efficit, ut ſecundum impreſſionem digitorũ, quaſi uacua quædã (pulſu ſub tactũ cadente) inambulatio cõtingat. Hæc igitur quinꝗ pulſuum genera ſecundũ eandẽ arteriæ motionẽ conſtituunt.

Pulſus à qualitate caloris.

Quoniam autem qualitas caloris qui in corde continetur, uidetur quodammodo magis ſecundum arteriam euidenter apparere, cenſuerunt hoc ſextum etiam pulſuum genus non iniuria inter prædictorum ſeriem connumerandum. Reliquorum uero generum, quæ tum ſingulatim tum uniuerſim accipiũtur, aliud ſanè iuxta tempus quietis, aliud pararhythmũ, aliud ſecundum æqualitatem & inæqualitatem, quoddam etiam ſecundum ordinem, quoddam rurſum ſecundum inordinationem.

Id igitur quod ſecundum tempus quietis eſt, ſeptimum in ordine, à primo dirimitur (nam ab eo nonnullo diſcrimine diſſidet) in denſum, rarum, & medium. Nam eius arteriæ, quæ mouetur gemino motu, ex contrarijs motionibus compoſito, neceſſe eſt duplicem contingere quietem: alterã quidem poſt eleuationem & diſtenſionem ante cõpreſſionem, contractionem'ue: alteram uero poſt compreſſionẽ ante eleuationẽ, quam pleriꝗ ſenſu percipi non poſſe autumauerunt, ut inter duos motus, tranquillitas aliqua intercipiatur. Cui itaꝗ longũ tranquillitatis eſt tempus, hic appelletur rarus: cui breue, denſus ſeu creber: cui mediocre, medius.

Pulſus ſecundum rhythmum.

Octauum genus pulſuũ pararhythmũ eſt. Eſt uero rhythmus in genere habitudo quædã, ſiue proportio temporis ad tempus. Cæterũ in pulſu ſecundũ tempora quædam ipſius motus, ad tempus tranquillitatis, uerbi cauſſa, diſtentionis & cõtractionis ad aliquod tempus, quod eſt medium inter quietem: Iuxta aliorũ autem ſententiam, temporis aut motus ad motionem, ueluti diſtentionis ad cõtractionem compreſſionemꝗ, aut quietis ad quietem, quemadmodũ interioris ad exteriorẽ. Differentiæ autẽ rhythmi principes ſunt duæ, Eurhythmus, & Arhythmus, quaſi conſonantiã & diſſonantiã dicas. *Arhythmus.* Arhythmon, nõ ſanè nullum rhythmũ habentẽ, hoc quippe fieri nequit, ſed inconcinnũ κατάρυθμον, ceu ἄφωνον & ἀτράχηλον, id eſt, mutum & trũcum dicimus: hunc qui uitiatam ceruicem, illum qui uocem habet obſcuram. Iam uero arhythmus trifariã dirimitur: pararhythmus

Pararhythmus. enim eſt, qui mediocrem quaſi iam adproximantem εὐρυθμίας, hoc eſt bonę
conſonantiæ, deprauationē habet. Heterorhythmus magna ex parte di-
Heterorhythmus. greditur ac prę uaricatur. Ecrhythmus uero toto (quod aiunt) cœlo à uero
Ecrhythmus. tramite errat, & omnem concinnitatem peruertit atq; corrumpit. Huius
rei quam aſſero ſignum & argumentū eſt puſio. Peculiaris quippe ac pro-
prius puerilis ætatis pulſus ſecundum rhythmū, eurhythmus (conſonus)
nuncupatᷓ. In flore atq; uigore ætatis, heterorhythmus: quaſi abſonus &
alterius ætatis numerus. Qui uero huius ætatis rhythmū penitus non ſer-
uat, ecrhythmus appellabitᷓ. De æqualitate & inæqualitate.

Nonum genus pulſuū eſt, quod in omnibus generibus ſupradictis de- 1
prehenditᷓ, ſecundū æqualitatē & inęqualitatē, id quod uel in uno dunta-
xat pulſu, uel in pluribus contemplatᷓ: quod etiam ſyſtematicū ſiue collecti
uum nūcupāt. De quo in primis, q̃ fieri poteſt lucidiſſime, differendū eſt.

Planus. Planus æqualis'ue pulſus eſt, qui conſequenter æqualis eſt ſecundū ma
gnitudinem, tenorē, aut celeritatem, aut ſecundum aliquid reliquorū, ſiue
etiam ſecundū omnia. Inęqualis ſeu uarius, qui ſerie ſua inęqualis eſt: nam
Inæqualis. ſi forte deinceps omnes magnitudine ad unguē pares inciderint, inæqua-
lis huiuſcemodi pulſus appellabitur. Quod ſi primus & ſecundus atq; ter
tius æquales uidebuntur, quartus uero inæqualis, is nimirū Inæqualis ſe-
cundum magnitudinē pulſus nomen habet. Cuius generis omnino ſunt, 2
Deficiens. deficiens & intercidens. Haud enim uno ſolum dempto, aut pluriū etiam
magnarum percuſſionum reſpectu, minor apparebit, ſed nonnunquā pe-
nitus omni motu deperdito immobilis arteria permanet, & uocatᷓ pulſus
Intercidens. deficiens: quemadmodum alter contrarius huic Intercidens, quum in me
dio expectatę quietis percuſſio quædam ueluti in uniuerſum ſuperflua in-
tercidit. Sin autem ſecunda ſit minor quàm prima percuſſio, tertia uero
exilior ſecunda, quarta, tertia, & ſic conſimiliter deinceps uſq; ad quam-
plurimas, huiuſcemodi ſanè Medici pulſus μυουρίζοντας & μυούρους appellant,
de figurarum ratione, quę in acutum deſinunt, appellationem mutuantes.
Quotquot ſanè eorundem uſq; diminuuntur, neq; unq̃ ab eiuſmodi affe 3
ctione quieſcunt, in immobilitatē prorſus finiunt, quos uulgò deficientes
nūcupamus μυούρους. Quotquot præterea interquieſcūt, duplicem habent
differentiā. Nam certe ex his nōnulli in ea qua primū quieuerūt prauita-
te, hanc ueluti mordicus per totum obſeruāt. Quidam uero increſcunt &
augētur denuo, aut ſcilicet in parem quę à principio ſtatim ſuperuenit ma
gnitudinē, aut in minorē, aut in maiorē, quos μυούρους recurrētes uocitant.
Fiunt aūt pulſus μύουροι, licet ſit nōnunq̃ iuxta quēuis pulſum inæqualitas,
ſuper quibus ſuo loco haud multo poſt preſſius agetᷓ. Eiuſmodi utiq; pul-
ſuum inæqualitas eſt, quæ συστηματικὴ appellatᷓ. Quæ uero ſecundū unum-
quenq; percuſſum, aut ſingulas etiam arterię partes, aut differentes deni- 4
que, efficitᷓ, (quemadmodū ea quę motione exiſtit) uniuſcuiuſq; ſanè arte-
riæ partis inæqualitatis nomen ſortietᷓ. Quū uero ſub aliquo digitulo ali-
ter motum auſpicata, aliter uero abſoluerit, finieritq;, ea quę mouetᷓ arteria
incipiens

incipiens multo quidem celerior, finiens uero ſegnior, uel ediuerſo. Accidit autem hoc trifariam, aut motu indeſinenter perſiſtente, aut euaneſcente, & ceu poſtliminio reuertente, & quaſi geminato percuſſu feriente. Quapropter ſi continuo perſiſtens, neq; abruptus à ueloci in ſegniorem, aut contrà, permutetur, & re & nomine eiuſcemodi pulſus diſpar eſt: Sin aũt ſenſim aliquantulum intercidus, deinceps uelocior appareat, δορκαδίζων, quod eſt capriſans uocat̃, à caprea, quæ Græcis δορκὰς dicitur, ſumpta metaphora. Ea ſaltatio hæret ſublimis in aëre, atq; alterum quempiam inopinatum multo celeriorem perpetrat ſaltum. Quod ſi percuſſus facta diſtractione regrediens, ante contractionem exacte denuo apprehenſum tactumq; ferierit, δίκροτος à geminata percuſſione à Græcis, à Latinis uero bis pulſans talis appellatur. Huius rei imaginem quandam uidere licet in incudibus, quũ uidelicet mallei ſemel quidem per manũ ſublati in ipſas uerberant, reciprocantes ex incudis repercuſſione iterum atq; iterum uerberant. Cæterum non ſolum ſecundum tempus motionis, quæ in ſingulis percuſſionibus eſt, qualibet arteriæ particula poſſibile eſt inæqualitatem contingere, uerum ſecundum etiam robur uirium, non tamen quantitate dimenſionũ, interuallorum'ue, nõ enim poſſibile ipſum pulſum in eadem particula magnum ac paruum fieri, neque etiam ſecundum aliud genus, ſed in diuerſis differentibusq; partibus, arteriæ ipſius particulæ, inclinantes. In uno pulſu inæqualitas fit duplex: Nunc quidem motu perpetuo manente, & arteria ſub aliquot digitis ocyus, ſub aliquibus uero cunctantius, mota: Nunc uero motu intercepto, perinde atq; ſi digiti quidam motui occurant, nonnulli uero minime. Secundum item quantitatem diſtentionis, quæ in permultis partibus inæqualitatis euidenter apparet: Cuius farinæ ſunt μύουροι, iuxta quemlibet ictum adnutantes & circũnutantes: nam ſi ſecundum interiorem digitum magnus pulſus recidens & eleuatus ex ratione diminueretur, ita ut ab exteriore parte laborantis pollicis minima arteriæ particula appareat, μύουρος nuncupatur, ad inſtar caudæ animalculi muris: aut μείουρος à minuendo, in modũ ritumq; caudę. Sin aũt ſub medijs digitis magnus recidens, atq; eleuatus utrinq; minuatur, minor apparens, hunc Archigenes nutantem & circumnutantem appellauit, uolens perſpicue ſignificare breuitatem diaſtoles cum ea quę eſt ab utriſq; limitibus, uerbi cauſa, in nutatione: haud enim tanquam ab interciſis ſtatim, ſed perinde atq; in inflexis utrinq; partibus in breuitatem contractus eſt μύουρος magnitudine, pro utraq; parte.

Pulſus capriſans.

Δίκροτος

μύουρος

De inæqualitate ad magnitudinem.

Inæqualitate uero ad magnitudinem ipſam quoque celeritatem aut ſeram etiã tarditatem aſſumente, pulſus æſtuantes & inſtar uermiũ ſeſe mouentes fiunt: Sin autem & id quod eſt ſecundum theſim acceperit, & σπασμώδεις & κλονώδεις appellati cõſtituunt̃. Ordiendũ itaq; ab undoſis ęſtuantibus'ue, in quibus non ſimul, ſecundum iſtiuſmodi inæqualitatem, tota arteria apparet diſtenta, ſed hoc quidem primũ, hoc ſecundum, item tertiũ

atq; quartũ, motu continuo perdurante, instar elationis undarũ: Nõnullę quidẽ in rectũ omnino fluctũ meantẽ habent: aliquę uero in obliquũ decli nant: aliquę in breui secundũ longitudinẽ distantia, altitudinẽ sufficientẽ: quædam autem ediuerso: Quædam præterea latum, quædam item angustum & arctũ. Pari etiã modo & iuxta celeritatem atq; tenorem inæqualiter se habẽt. Fluctuãs aũt undosus'ue totus in paruitatẽ decrescens, σκωληκίζων, idest uermiculans nũcupat, uermiũ gressu persimilis. Quemadmodũ aũt pulsum undosum minorẽ effectũ σκωληκίζων excipit, ita & σκωληκίζοντα, id est uermiculantem excipit alius, qui μυρμηκίζων, id est, formicans indigitat: quando uidelicet deficientibus motionibus permultis, in unam atq; eandem perquã exiguã omnino finiunt. Inditum aũt & huic pulsui à similitudine animantis, quod Græci μύρμηκα, Romani formicã dicunt, nomen est, cum propter paruitatẽ tum propter motionis speciẽ. Est enim uehementer pusillus formicans pulsus, quo nullus alius certe minor esse deprehenditur: consimiliter & omniũ obscurissimus, multoq; densissimus, minime iuxta Archigenis sententiã uelox. Adhæret huic adiacetq; pulsus hecticus: Quemadmodũ enim febriũ una species est hectica, ita & pulsus habet hecticus, qui sanè nullam ingentẽ mutationem admittit, sed perpetuò in eodem tenore persistẽs, quasiq; deinceps ut ab initio cœpit cõnectens, neq; unquã totum habitũ morbose mutatũ soluit. Pulsus autem σπασμώδης utrinq; ex finibus extremitatũ protracti atq; extensi, contractiq; siue conuulsi uidẽt, instar chordæ alicuius extensæ sensum præbentes. In ramosis motiuis'ue autem (sic enim κλωνωδῶν interpretor) nihil istiusmodi, sed maior quædam in his est distensio eleuatioq;, tanq; partium arteriæ, quæ quidem secundũ unum idemq; tempus emergũt, referũturq;, potissimum si quis motum eorum assimilauerit iaculis, quæ uiolenter emissa ocyssime uibrata ferũtur. Εμπρίων aũt, id est secans pulsus, est quum uidetur quippiam esse laxatum in arteria, quando uidelicet ipsa non durior, sed molliuscula esse tactui apparet. Habet autem quandã etiam turbulentiam pulsus iste, & celer quidem ac densus, non semper tamen magnus est.

Pulsus uermiculans. — *Pulsus hecticus.* — Σπασμώδης. — Κλωνώδης — Εμπρίων.

Pulsus ex inæqualitate ordinis & inordinationis.

Decimũ pulsuum genus ex prædictis est, quod ex inæqualitate secundum ordinem & inordinationẽ nascitur. Hic enim ordinatus & inordinatus est: Secto inæquali in æquale secundũ circuitus, atq; omnino etiam in dispar & inęquale, secundum utranq; sectionũ originem habent, puta secundum circuitionũ æquale, ordinatus: iuxta uero uicissim modis omnibus inæquale atq; distortum, inordinatus. Aequalis enimuero pulsus ad unguem etiam, ordinatus est, si modo æqualem deinceps ipsum diximus. Inæqualis aũt nõ omnino inordinatus: si enim ęqualitatẽ corrũpit, circuitum uero aliquẽ seruat, ut in eo qui est secundum quantitatem diastoles, si forte cõtigerit duos fieri magnos & unum paruũ, inde uero rursum duos paruos & unum magnũ, & sic cõsequenter, nuncupari possit eiuscemodi pulsus inæqualis quidem, sed ordinatus: Sin aũt dum æqualitatẽ destruit nullũ seruat ordinẽ, inæqualitatis ad disparitatem inordinatus talis esse dicitur.

citur. Pari etiã modo & in aliјs hiſce generibus. Ex inordinatis porrò nõ nulli ſunt per omnia inordinati, ne puſillã aliquã ſeruãtes periodũ: aliј uero ſecundũ periodos ordinati, quatenus enimuero cõtinenti ordine deſtituunt, inordinati uocent: quatenus aũt periodũ ſeruãt, ſecundũ periodos ordinati dicent: ueluti ſi cõtigerit fieri, duos magnos atq; duos etiam paruos, inde tres magnos & totidẽ paruos, item quatuor magnos & totidem paruos: & rurſum tanq; recurrẽtes, duos magnos & duos paruos, & tres magnos cum totidẽ paruis: & ſic deinceps in aliјs. Sciendũ aũt quod cuilibet aliorũ oppoſitorũ eſt aliquis medius: ęquali aũt & inæquali nullus eſt medius. Neq; inter ordinatũ etiã & inordinatũ quiſpiã habet medius, niſi uolueris ſecundũ periodos ordinẽ ſeruantẽ, mediũ inter ordinatũ et inordinatũ dicere. Et cæterorũ quidẽ mediј ſunt ſecundũ naturã, prætereq; eius qui in uehementia & obſcuritate quemadmodũ oſtendimus, conſtituit. Ex eorũ aũt numero ſolus æqualis planus'ue eſt ſecundũ naturã, reliqui uero ad unũ omnes præter naturã, tum inæqualis, tum ordinatus, tum & inordinatus. Hæc itaq; ſunt genera pulſuũ uniuerſa, atq; ſecundũ genus ipſorũ differentiæ.

De inæqualitate theſis atq; motus.

Quidã tamen his & alia duo adnumerauerũt. Primũ quidem in poſitione arteriæ, prout ſurſum ac deorſum, in dextrã aut ſiniſtram tendere uidetur: Alterũ genus in motu, puta ſi promptius ac maturius, uel ſerius ac ſegnius moueat: è quorum numero eſſe diximus undoſos & ramoſos, qui κλωνώδεις à Græcis uocant, pulſus. Hactenus quidem ſimplices tantũ paucis admodum perſtrinximus pulſuum differentias: è prædictis aũt, ſi modò animo eaſdem probe conceperimus, facile & cõpoſitas inueniemus.

De pulſuum cauſſis.

Deinceps uero de pulſuũ cauſſis diſſerendũ eſt, quas ſequunt, & à quibus præſagiũ, atq; pręcognitio A magnitudine igit, quę cęteris magis eſt perſpicua, exordiũ ſumemus. Magnus itaq; fit pulſus aut propter neceſſitatẽ urgentẽ, quę eſt utiq; in corde plus iuſtò abundãs caliditas, flabelli inſtar incũbens animationi externæ: aut propter corporis gracilitatẽ macilentiamq;, quemadmodum paulò poſt indicabimus. Augeт uero calor uel propter cauſſas naturales, puta ætatis florẽ atq; uigorem, necnõ & pueritiam, aut ſimpliciter propter calidã temporis cõſtitutionẽ, aut regionem, aut temperaturam calidiorem: Aut nõ naturales, ut corpus circũplectens caliditas, lauacra calida, exercitationes, eſculenta, poculenta, medicamenta calfaciendi facultatẽ habentia, uel etiam ea quæ ſunt cõtra naturã, uerbi cauſſa, diſtemperatura calida, humorũ corruptio, putrefactioq;, furor, & id genus alia. Diſcernes aũt ſingulorũ mortaliũ pulſum, ſi inter hęc quæ ſecundum naturam ſe habent, magnitudo ſit conſtans ac permanens, in cæteris uero procliuiter permutetur, & etiamdum te pertractante, ocyus nec multo poſt reſtituatur. Et magnis quidem pulſibus, qui ex calidis lauacris proueniunt, mollities accedit: quemadmodum etiam his qui ex calido maxima cum ariditate diſtemperamento proueniunt, durities.

Qui autem exercitationibus moderatis nauant operam, & perfricantur, medium quendam ſtatum habent inter duritiem & mollitiem: ſed quæ pectori ſunt uicina, calidiora ſunt, id quod etiam iracundis uſu uenit. Nonnullis uero propter cibi aut uini uſum, aut furorem, ad magnitudinem & uehementia pulſus accedit: porrò qui animum, furorem'que, aut aliud quoduis facinus celare conantur, cōtra (quemadmodū fieri ſolet) præſcriptum medici, uerbi cauſſa, calidum medicamentum, & medicum cum tactu pulſus ſciſcitantem, celare cupiunt, ad magnitudinem etiam euidens inæqualitas accedit. In hoc autem caſu & languentis ingenium, affectusq́;, & mos, non parum opis ferūt ad cognitionē indagandam: Mos quidem, affectus'ne ſit uehementer erga medicamenta, an abhorreat: Ingenium uero, ſtupidum'ne nactus ſit, uel contrà, & δοξοκαθαιρετικόν. Qui uero pulſus magnus è putrefactione humorum factus, præter magnitudinem ſyſtolen etiam magis accelerantem habet. Sed quo pulſus ipſe magnus reddatur, non ſatis ſunt quæ ad uſum tantummodo ſpectant, uerum oportet etiam uirtutem ſubminiſtrantem, & ipſum inſtrumentum ſymmetriæ ſecundū duritiem & mollitiem accedere. Quum igitur cordis auctus fuerit calor ex quacunq; prædictarū cauſſarum, primum quidem pulſus redditur magnus: Vbi uero ad uſum magnitudo non ſufficit, protinus ei uelocitas quoq; accedit: Quod ſi etiam tum quippiam deſiderabit, denſitatem quoq; aſſumit. Parui uero & tardi, & rari pulſus, etiam à cōtrarijs fiunt. Cæterum quotieſcunq; à magno, celeri, ac denſo, in oppoſitos fit tranſmutatio, uſu uidelicet deficiente, neque amplius quod primum in pulſu factum quieſcit, ſed quod poſterius enatum emicuit, primum abijcit, redditurq́; protinus rarus, deinde tardus, poſtremo etiam paruus. Quod ſi magna ex parte tarditas ac paruitas uſuuenerit, rurſus raritas in denſitatem demigrat, utcunq; per ipſam, quæ ad neceſſitatem ſpectant, perfecta fuerint. Hæ igitur magni, uelocis, denſi, & contrariorum etiam pulſuum habentur cauſſæ.

Pulſus una tantum dimenſione præuaricantes.

Adnectenda uero etiam his quæ ſecundum unam duntaxat dimenſionem redditur ipſius pulſus deprauatio, præuaricatioq́;. Latitudo itaq; nō niſi per humorem plus iuſto ſuperabundantem augetur, ſiue id ſecundū naturam, ſiue ab externis occaſionibus contingat. Quemadmodum altitudo propter organi tantum mollitudinē, addita in hoc interim etiam uirtute. Longitudo aūt ab ariditate & liquefactione carnium circūiacentium citra controuerſiam concinnatur, alijs dimenſionibus cōfluentibus: neq; enim fieri poteſt ut prolixior q̃ natura fert, ipſa reddat̃ arteria, & magis ſi quis proprie gracilem huiuſcemodi appellet pulſum, quemadmodum huic oppoſitum qui latitudine modò auctus eſt & profunditate, plenum ſeu ſolidum. Affectionibus his quoque contrarijs pulſus interdum intercidit, & ſecundum aliquam aut aliquas dimenſiones prohibetur, humilis quiſpiam aut ſtrictus aut breuis apparet, quum tamen talis reipſa non

ſit,

ſit,ſed propter craſſitudinẽ pinguedinis cuiuſpiam, aut carnium aut membranarum adnatarum. Nonnunq; etiam totus exiguus uidetur, cum non ſit reuera paruus, & obſcurus conſimiliter. Sed quid hæc pluribus recenſeo, quum ſæpenumero uiſum ſit nonnullis conſummatam admodum ἀσφυξίαν, (id eſt nullam omnino arteriarum pulſationem) in omnibus quorundam arterijs deprehendiſſe, quum tamen reuera minime gentium ſic eſſet, & pręcipue eis qui minus accurate apprehenſu tentantur, uerũ propter molem carnium latitat motus uere obſcurus. Nemo itaque ſibi perſuadeat exactam aſphyxiam homine etiamdum ſuperſtite unquam uſuuenire poſſe: quemadmodum ediuerſo in membris macilentis parumq; carnoſis, etiam exiles pulſus magni uidentur, expanſo nimirum uehęmenter corpore: arteriaq; dorſalis ſecundum ſpinam, epigaſtrij motum ſubinde inſinuat: nonnullæ etiam earum quæ in membris hactenus obſcuræ latebant. Proinde ſingulæ cauſſæ ſunt exacta diligentia rimandæ, & diſcutiendæ, ne nos ſubterfugiat cognitio. *Aſphyxia homine ſuperſtite fieri nequit.*

Vehemens autem pulſus à potentia uirium prouenit, nulla alia contra moliente cauſſa, uſu tantũ deficiente, aut prope inſtrumenti rigorem atq; duritiem. Obſcurus uero pulſus imbecillæ atq; infirmę uirtutis, & huiuſce etiam ſolius eſt proles, etiamſi nihil aliud ſuppetias tulerit. Vehemens itaq; pulſus omnibus eget ad ſui generationem cauſſis. Obſcuri ſola debilitas parens eſt. Qui ergo ab initio ſtatim uehemens exiſtit, ætates, tempora, regiones, bene temperatum temperamentum comitatur: obſcurus autem maligne temperatam temperaturam ſequitur.

Sed qui ex obſcuritate tranſilit in uehementiam, fit uirtute conualeſcente ex præterita ualetudine aduerſa: conualeſcit autem uel beneficio eorum quæ intra corpus habentur, uerbi cauſſa, humorum miſſione, aut excretione, aut animo ſiue furore, uel quæ foris adueniunt, puta potus, cibi, exercitationes, & quæcunque intemperaturam emendant. Vires uero corporis diſſoluunt & demoliuntur, inediæ, uigiliæ, euacuationes immoderatæ, mœrores, curæ, dolores præſertim ſyncoptici, & quæcunq; deniq; uitioſum temperamentũ cõciliant. Quidam inexercitatorũ etiam pulſum durum, uehementem exiſtere putauerunt: uerum exercitatam conſiderationem, tactumq; minime poteſt effugere. Vehemens etenim pulſus magna ex parte cum magnitudine in altum attollitur, feriens tactum ualide ac uiolenter. Durus autem, magnitudinem nullus, propter δύσεικτον arteriæ, admittit. Durum igitur pulſum inſtrumenti duritia maxime reddit: quã quidem uel frigus ſupra modum intenſum, uel ariditas, uel extenſio à phlegmone, id eſt inflammatione, aut cõuulſio deniq; inducere ſueuit. Protinus autem duritię paruitas quoq;, & celeritas interdum, & denſitas, magnitudinis loco, propter uſum & neceſſitatẽ ſuccedit, quẽadmodũ & mollis pulſus humiditatem arterię comitatur: & hanc quidem longe liquidiorẽ, humidioremq; efficiũt. Ex rebus quidẽ non naturalibus *Quænã uires diſſoluant.*

escula liquidiora, lauacra compluria, somni prolixi & immoderati: ui=
ctus præterea ratio delicatior, & animi delectatio atque hilaritas. Ex ijs
uero quæ contra naturam sunt, maligni sopores, quæ à Græcis κώματα di=
cuntur, ueterni, quos ληθάργους eadem gens appellitat, aquæ intercutē, &
breuiter cuncta quæ pituitosum humorem uehementer adaugent, phle=
Plenus pulsus gmatica à medicis appellata. Plenus autem pulsus, aut humorum plenitu=
dinem, aut nimiam cibi aut potionis uini præfert redundantiam: quem=
admodum & uacuus contraria, & uel ex diametro his, ut ita dicam, oppo
sita, significat, puta famem aut inanitionem. Porrò corpus quod arteriæ
subiacet calidius, uehementē cordis caliditatem, reliquo corpore refrige 1
rio demulcente, aut conuulsam ac cōtractam quandam arteriarum dispo=
sitionem, insinuat, quæ uiolenta commotione incaluerūt. Archigenes aūt
asserit locum arteriæ peculiariter in pituitoso humore superante grauioris
Catochos. somni sopore (quod mali genus κάτοχον dicunt) calidiorē inueniri, quem=
Cataphora. admodum in ijs quibus morbus pro foribus incumbit cum cataphora, id
est, grauiore somni impetu, accidit.

De pulsu secundum rhythmum.

Quod autem ad eum pulsum qui secundum rhythmum fit, attinet, si
quidem in motu & quiete ad unguem fuerit æqualis, εὐκρασίαν, id est tem=
peratam, ne inculpatam dicam corporis temperiem, significat: quantum 2
in semetipso, uel nullius ferè momenti & exiguā omnino deprauationem,
præuaricationemq́, ceu in ætate puerorum, & aliâs exacte temperatis cor
poribus, conspicit. Sin autem plus temporis cunctetur in quiete quàm in
motione, calorem dominari, & qualitates alias longe lateq́ superare por=
tendit, quemadmodū & in ætatis flore atq́ uigore, aut huic etiā ætati pro=
ximis, liquidò datur cernere: non aliter quàm in senum corporibus admo
dum egelidis diutius multò moratur in motu quàm in quiete. Illud uero
latere neminē debet, quod pulsus inæqualitas ratione rhythmi, intra mo=
dum celeritatis & densitatis consistit: hæc uero solum materiæ rationem
ad rhythmum habere consueuit. 3

Epilogus, & significatio pulsuum.

Cæterū deficientes & intercidentes pulsus, oppressa fractaq́ & tan=
Intercidentes. quam grauata uirtute, redduntur: Intercidentes quidem minus nocu=
Deficientes. menti, deficientes uero noxam maiorem, insinuant. & in uniuersum: Vir=
tus quæ opprimit, uexatur, & grauatur, pulsus in inæqualitatem & inor=
dinationem quandam traducit ac uertit, quum in quamcunq́ aliam, tum
in eam quæ in uehementia & magnitudine sita est.

Ex pulsibus autem qui μύουροι dicuntur, (quos duplices genere esse de=
monstrauimus, aut enim in ea inæqualitate, quæ συστηματικὴ, quasi glome=
ratiua dicas, appellatur: aut in ea, quæ secundum unum tantummodo 4
ictum deprehenditur) Deficientes quidem extremam uirtutis ruinam
Recurrentes. calamitatemq́ declarant. Redeuntes uero & recurrentes, & hi qui=
dem

dem imbecillam, sed quæ etiamdum repugnare malo, sufficere item atque resistere denique possit, uirtutem præsagiunt. μύουροι autem qui unica plaga constant, & qui innutantes & circumnuentes appellantur, potissimum in ijs qui inflammationibus luteum colorem præferentibus, sensim pedetentimq́ marcescunt. Iam uero & plurimis eorum corporum adsunt, quæ circa arterias flaccescunt, & liquefacta iam sunt. Cæterum qui celeritate sunt inæquales, & δορκαδίζοντες, id est caprizantes, magna ex parte feruores febricitantium comitantur. Quod si primordia quidem diastoles pulsus dissoluerit, & ad finem suam, & systoles exordium maturauerit, putrefactionis abundantiam significat, ad excretionem uaporosa excrementa impellente natura. Si autem contrà, systoles quidem principium soluerit, sed ad diastolen magis festinet, scito calorem supra modum auctum ac dominantem, refrigerium affectare. Sequitur autem hos in febre plerunq́ densitas, nonnunquam etiam magnitudo, nisi uirtutis officia, durities instrumenti impediat. Quando arteriæ durities fuerit expansa, uirtute integra atq́ robusta, accidit pulsus δίκροτος à Græcis appellatus. Fluctuans insuper pulsus, quem & undosum nuncupant, humidarum maxima parte ægritudinum comes est et assecla: sed ex his potissimum, ntercutis carnosæ, ueterni, & περιπνευμονίας, hoc est pulmonariæ. Verum ubi iam uirtus languere cœperit, sed etiamdum paululum resistit, fluctuans in uermiculantem incidit & demigrat. Postremo, uirtute decidente admodumq́ imbecilla, & hunc μυρμηκίζων, hoc est, formicans excipit. Hecticus porrò corruptis aliqua parte, phthisicis, & aliâs liquefactis præsidet. Σπασμώδης, conuulsus siue contractus, quem & uulgò spasmosum dicunt, in animante conficitur, quando neruorum principium, inflãmata quadam dispositione, infestatur: quemadmodum in phreneticis, hoc est mente captis, morbo comitiali grauiter correptis, dum uidelicet in eo malo constituti, etiamdum calidi uitam in mortem commutantes efflant animam. Contrario planè modo ijs qui animi deliquio concidunt, qui sanè uehementer egelidi, superstites tamen permanent. Κλωνώδης, quem nostri ramosum nuncupant, pulsus, quum res ipsa usus q́ magnã diastolen expostulat, quo uigor ille uitalis functione sua defungi possit. Nihil autem præter arteriæ corpus refragatur, quo minus possit præ duritia in magnam extolli diastolen: uerbi caussa, in inflãmationibus, quas φλεγμονὰς dicunt, magnis & diutinis obturationibus. Ἐμπρίων uero pulsus in uniuersum inflammationis index est, & præcipue neruosarum partium: minime uero costali morbo proprius, remittẽs quidem mollem & coctu facilem, extendens uero difficilem & concoctioni renitentem. Qui utiq́ morbus uirtute quidem debili, periculosus, perinde atq́ morbus acutus est: Robustis uero uiribus, cum interuallo temporis digeretur: aut enim in suppuratione purulentam, quod Græci ἐμπυήματα dicunt, transit: aut in marasmum, qui eundem morbũ lenta tabe conficit, tandem permutatur.

μύουροι

Caprizantes.

Δίκροτος

Fluctuans.

Hecticus.

Σπασμώδης.

Κλωνώδης

Ἐμπρίων

Neq; ignorandum præterea eſt, quod inæqualitates ceu umbra comitatur inordinatio, raro enimuero pulſum inęqualem ordinatum inuenies. Inæquales itaque & ordinatos pulſus, mitiora nocumenta ac blandiores morbi: inæquales & inordinatos, maiores iniuriæ faciunt. Hæ quidem ſimplices ſunt pulſuum & cauſſæ & præcognitiones. Cæterum ex his & compoſitas (quemadmodū etiam in ſermone de corruptione docuimus) citra puluerem (ut aiunt) licet deprehendere & aſſequi.

De alui excrementis. Cap. XIII.

DEiectionū optima quidem mollis eſt, & cōpacta & cohærens, & tempore quo in ſequūda ualetudine deijci conſueuit, oletata egeſtá ue. Cuiuſmodi fuerit etiam ſubrufa, cum conueniente copia, ſubſtantiaq;, & neq; admodum odore fœdo grauiq;: quod ſecus eſt oletū, inſalubre iudicatur. Quod igitur oletulum his quæ aſſumuntur quū colore, tum tenuitate, tum ſiccitate (ſic enim ἀχύμωτον interpretor) reſpondet, ocyſſimeq; tranſmittitur, crudum id eſſe cenſeto. Rufum præterea & ſyncerum ſtercus, per exordia quidem bilem morbi parentem, Vbi uero inclinationis quoq; tempore eiuſmodi rubore & ſynceritate egeritur, pulchre & cum utilitate corpus expurgari portendit. Viride, ueneno imbutæ bilis, Nigrum uero cum atræ, tum ſanguinis illic putrefacti expurgatiq; inditium eſt. Liuens, frigus quoddam uiſcerisq; 2
alicuius mortificationem neutiquā uulgarem denunciat. Pingue, liquefactionem pinguedinis quæ in corpore continetur, ſignificat: quemadmodum & glutinoſum, pingui deterius, animantiū partes liquefieri inſinuat. Graueolentius quàm pro conſuetudine, nō exiguam putrefactionē declarat. Inter omnia autem hæc oletula, ſi qualitas excrementorum his quæ aſſumpta ſunt edulijs non cōueniet, tum ipſam quoq; diſpoſitionem conſiderare oportet. Omnium poſtremo deterrimum letiferumq; magis habetur alui retrimentū atrum, luridum, pingue, quodq; ocyus demittitur.

Quæ ſint urinarum notæ. Cap. XIIII.

PErinde atq; in oletulorum canone, prius ſequunda, mox deinde 3
agitata ualetudine degentium, ſic & urinarū ordinem explicabimus. Lotium itaq; ſaluberrimum & ab omnibus ferè uitijs alienum eſſe putatur, quod omnibus partibus urinis ſanorum ſimilimum eſt, cuius, ut ita dicam, cærę quū ſubrufum, tum ſubflauū ducimus: confeſtim uero hoc à mictione, obeſitate non immodica conſpicitur. Numerantur uero lotiorum turbidorū diuerſitates treis: Aut enim micta ſtatim reſident, aut quamdiutiſſime manent, aut limpida quidē puraq; eminguntur, uerum poſt hæc interpoſito tempore conturbantur. Pernicioſum eſt quod tertio, ſalubre quod primo loco poſuimus: mediū inter utrūq; locum, ſecundum obtinet. Extreme crudū lotium quod aqueum planè, ceu 4
deploratæ & obſcurę coctionis accidēs, uenoſi generis eſt. Quando præterea urina ocyus prorūpit, impotentia lotij retinēdi, qui affectus διαβήτης Græcis appellatur, naſcitur: uerum omnium ex crudis lotijs illud multo deterri-

deterrimum deprehenditur. Poſt hæc tenue admodum, candidum, dilutumq; inſtar aquæ. Prædictis ſuperioribus uicinum atq; germanum eſt alterum lotium in pleriſq; morbis apparẽs, tenui alboq; ſatis propinquũ. Poſt hoc ſequitur ſubpallidum: mox item pallidũ atq; ſubrufum ſi reddat, concoctionẽ iam quandam colore præfert. Eſt autem quod craſſitudine tantum ab aqua, quantũ & colore ſecedat, ſi probe coctionis munus exactum ſit. Quod ſi urinæ colore nihil ab ea quæ ſecundũ naturam eſt recedenti, ſedimentũ (ſic enim hypoſtaſim reddo) candidum, leue, ęquale, & multũ deniq; inſit, abſolutæ & ad unguem factæ cõcoctionis inditium puta: plerunq; autem crudum humorem expurgari portendit. Dum autem urina craſſior utcunq; cum ſedimine aliquo fuerit, non iam prorſus crudã iudicabimus. Nam ſi laminea, aut ſquamulas referentia, aut furfurea, aut atra, lurida, uiridia, aut graueolentia deniq; in lotio ſubſideãt, & ſi præter hoc crudum ſit, & aliâs letiferum eſt. Cæterum boni & inculpati coloris *Saluberrimi* lotia, in quibus uel candidæ, leues, & æquales hypoſtaſes, aut nubes ali- *lotij notæ.* quot pares, aut ſublimia quæ ἐνεωρήματα dicunt, continentur, omnium ſaluberrima ſunt, præſertim ubi hypoſtaſis fuerit iſtiuſmodi: Secundo, ſi eneoremata: Tertio, ſi nubeculę: & ſimpliciter, ſi urinis bonis conſimilia: tantumq; præſtant, quanto magis ad inferna ſubſident.

Quæ ſputi ſint notæ conſiderandæ. Cap. XV.

SPuta ſubflaua, ſubrufa, ſubſpumoſa, & tenuia, nihil præter cruditatem denunciant, neq; quicq; inſignis præferunt exitij: Sed quæ incõmixtim flaua, cruenta, ſpumoſa, uiridia, lentore quodam glutinoſa, acuminata & rotũda, & omnium maxime atra expuũtur, uitioſa & pernicioſa cenſentur: excepto quippe ſanguine, qui dum ſyncerus reliquis humoribus deſtituitur, improbũ ſanè corporis ſtatum, ex inflammato calore originem ducens, inſinuat. Quibus igitur ſanguinis quiddam admixtum eſt, quin & quæ flaua, aut atra bile tincta ſunt, periculum minantur. Conſideranda eſt præterea & eiectionis ratio: nam ſi procliuius excreentur, liquidò iam conſtabit eiuſmodi ſputa minime mala: & quæ contrarijs cõditionibus, pernicioſa exiſtere. Exactę porrò con *Exactæ coctio* coctionis præſagia ſunt, ſputũ leue, album, æquale, uel conſtitutione neq; *nis notæ.* liquidũ, neq; ſubeſum: cruditas uero cõſummata ſignificat, ſi ne tantillum quidem expuatur. Quod ſi quis nihil atri, ſed tenue quiddam eijciat, concoctionem imbecillam declarat: ſi ſyncerũ, rufum, aut flauũ ſputum fuerit, malum. Si liuens deniq; aut rubiginoſum, aut atrum, pernicioſiſſimũ eſt.

Diariarum febrium ſignificatio atq; medela. Cap. XVI.

DIariarum autẽ febrium peculiare atq; inſeparabile ſymbolum eſſe cenſetur, urinarũ in primo ſtatim die cõcoctio: calor quoq; id genus febribus amicus atq; gratus, quaſi proprius, perpetuusq; ineſt. Atqui poſt primam quidem febris ſolutionem, ſedata acceſſione, fidelius multo ſignum exeritur. Nam arteriarum motio in hac febre per omnia ſanorum motui reſpondet, nulla aliarũ febrium, par-

Euphoria. tem ſecundum naturã habentem, ſubeunte. Febrientis quoq; euphoria,
Qui diariæ magis obnoxij quod eſt non difficilis toleratio, ſummum diariæ febris habetur inditium.
Promptius aũt eiuſmodi febre corripiũtur, in quorum corpore defluxus,
nõ uaporoſi quidẽ, ſed acriores longe, acutiſſimiq;, & tanquã fumoſi, con
tinentur: è quorum numero dicuntur, calidæ & aridæ temperaturæ ani-
mantia, & omnino amarulenta bile infecta. Qui igitur ex laboribus febri
citare conſpiciũtur, pingui atq; molli etiam oleo confricentur, & uoluten-
tur. Sed qui præ ariditate ephemera infeſtantur, hos minus quidem per-
Varia diariæ remedia. fricare, ſed uberius lauare expedit. At qui ex ſolicitudinibus, mœroribus,
uigilijs, ira, in hac adfectione conſtituti ſunt, lauandi quidem rarius, ſed 1
oleo permulto, tepido, minusq; adſtringente, breui admodum tempore,
cum perfricandos tum lauandos etiam pro ſolenni conſuetudine, cenſeo.
Iam ex feruoribus exuſtionibusq; febricitãtibus, maturrime ab initio ſta
tim frigorificis, lauacris quamplurimis, minime uero abũdanti oleo, neq;
frictione etiam, ſuccurrendum eſt. Cæterũ frigorifica quibus utendũ eſt,
roſaceũ, omphacinumq; oleum, ſine alijs frigus inducentibus, ſunto. At-
qui his quoq; ipſis caput uehementer, ſedata iam & inclinante febre, per-
fundere atq; lauare etiam cõuenit. Quod ſi quis perfrigeratus febricitet,
& hunc in declinationibus lauato. Si aũt febris unà cum catarrho accẽda-
tur, ante concoctionẽ lauacrũ uitare expedit. Quibus porrò æſtu febres 2
accendunt̃, ei his etiamdum præſentibus lauandi ſunt. Algore aũt quicun
que modice inflãmantur, caput eorum uel irino uel nardino oleo irrigato.
Quibus uerò ex anguſtia febris originẽ ducit, his profecto dulcium aqua
rum temperatarũ lauacrũ confert: necnon & ea quę rarefaciendi uim ob-
Glycythymos medetur febribus. tinet fricatio: exercitationes item, glycythymosq;, (quod eſt ſi interprete-
ris, uictus ratio animũ demulcens, ac ſuaue ingeniũ.) Si uero ex eſurigine
cibiq; abſtinentia febris accenſa fuerit, prima ſtatim acceſſione inclinante
in balneum ducantur: manſuetiſſime ad hæc perfricari, in calida ciſterna
multum diuq; uerſari debent: A balneo uero, aſperſa iam (ut prouerbio
utar) aqua, in balneum ducendi ſunt: deinde aqua calida potui exhibenda 3
eſt: ptiſanæ item cremor, nõnunq; & lactucæ, & mollior piſciũ caro, ex al
Communis diariæ uictus. bo iure. Cõmunis autem omnibus rationis uictus ſpecies, inculpati ſucci,
& facilis decoctionis cibus eſto, qui nulla omnino parte in meatibus con
tineatur. Vinum item dilutũ, cum aſpectu tum potentia aqueum, miſcen-
dum eſt. Oportet autem circa primum ſtatim febrium impetum, primam
nõnunquam acceſſionem animaduertere: in quo ſanè corporis intempera
tura in calidum aridumq; conuerſa, febres incendit. Qui deniq; unà cum
inguinibus, quos Græci βουβῶνας nũcupant, febre infeſtatur, neq; medico,
quod oportebat maxime fieri, obtẽperant: ſed ulcus in quo inguen oritur
proſpicientes, circa remiſſionem acceſſionis lauantur. Ex re atq; uſu fue- 4
rit, uinum ipſis donec inguines euaneſcant, prohibere, & tenuiorem o-
mnino uictus rationem præſcribere.

Quem-

Quemadmodum febres ex putredine humorum accenſas agnoſcamus. Cap. XVII.

FEbres ex putredine humorū originē habere deprehendimus, quum nulla earū quæ præincipientes cauſſæ à Latinis, Græcis uero προκαταρκτικαὶ (hoc eſt initiatrices atq; externæ) dicuntur, eas antecedit. Proprium & hoc febrium, quæ ex putredine humorum accendūtur, inditium eſt, ſi febris principium à rigore non ſumit, neque aliquis feruor, neq; uehemens ulla frigiditas præceſſit: quemadmodum & pulſuum afflictatio, & anguſtia. Sic autem nominant, quando auſpicāte acceſſione paruos ſatis atq; inæquales pulſus habent: Peculiare quippe atq; præcipuū huic generi febrium hoc ſignum exiſtit. Maximū uero eſt, febriū quæ ex putredine proueniūt, argumentū qualitas caloris: Nam quemadmodū fumus oculos, ſic ipſa tactum uidetur erodere. Peculiare item ac ſummū harum febrium ſignū eſt cruditas urinæ: hebes etiam ac debilis concoctio. Verum magnum & memorabile concoctionis præſagium in primis lotijs nunquam in huiuſcemodi, quæ humorum ſequuntur putredinem, febribus apparet.

Humoralis febris notæ.

Anguſtia pulſus.

Curatio febrium quæ in humorum putredine accenduntur. Cap. XVIII.

QVum uires eius qui ex humorū putredine febricitat ualidas exploraueris, incunctanter uenam incidere conuenit, ſi nullus uentriculi cruditas obſtare uideat. Vbi uero uel robur imbecillum, uel ætas impedimento fuerit, à miſſione ſanguinis prorſus abſtinendum eſt. Præterea ſanguine iam euacuato, putridi humores tum per urinam, tum per aluum, tum per ſudores deniq; expurgandi. Verum ubi ultrò impetum in uentris hoſtiolum fecerint, & uomitionibus eijciuntur, nulla alia præter naturam ratione, atq; inuita (ut dicitur) Minerua, elicere irritaré ue tentandum præcipio. Diſpiciendæ uero atq; ſeligendæ etiam ſunt materiæ, quæ citra calorem & omnē ariditatem dictarum euacuationum munus pulchre ſubire ualeant: cuius farinæ cenſentur ptiſanæ cremor, mulſum, oxymel, apomel, & apij radix. Aluo autem nihil egerente, ex aqua mulſa clyſtere ipſam abluito. Oleo uero uniuerſum corpus, niſi prius euacuatū fuerit, laxare non expedit. Euacuato uero corpore, laxum id reddere oleo tepidum quendam calorem habente, conuenit: è quorum numero chamæmelinū, loco & tempore ſumptum, & uinum dilutū potui datum, omnia excrementa mouet. Lauacrum item temperatum ex aqua dulci. Atqui ſi febris magnitudo inſurgat, tum neq; uino, neque balneo, neq; attenuantibus ungentis utendum eſt. Imò gelida admodum aqua in iſtiuſcemodi febribus hauſta, niſi quippiam hoc quoq; impediat, utilis eſt. Quod ſi uires quæ corpus regunt ualentes atq; robuſtæ fuerint, & febris ardentiſſima, & concoctionis euidentiſſima inditia appareant, frigidam audacter exhibebis. Si uero qui laborat euſarcos, hoc eſt corpore quadrato ſit, conſtitutioq; calida & arida, hunc ſanè nullo, etiam ſi in frigidi laua-

Phlebotomia nō niſi uiribus robuſtis probatur.

cri ſolium poſueris, neq; incommodo, neq; iniuria afficies. Modica uero febre infeſtante, ſi uires integræ ualentesq;, unà cum probæ coctionis inditijs apparent, talibus profecto balnea, uiniq; potatio, & quæcunq; laxandi uim obtinent unguenta, ſuccurrunt.

De cognitione febris tertianæ. Cap. XIX.

Quotidianæ & tertianæ diſcrimen.

FEbris tertiana, flauę bilis agitatę proles, circa primordia ſtatim cum uehementi rigore inuadit, à quartanæ rigore diſſidens. In tertiana quidẽ materię corpus quodãmodo pungẽtis ac ferientis ſenſus repræſentat: in quartanis uero inſultus ſtatim refrigerationẽ uehementem habet. Quotidianas autem nullus omnino rigor, ſed refrigeratio ſola pręcedit. Porrò tertianæ ad unguem planè factum ordinem quendã pulſuũ ſeruant. Eadem illa febris ſitim circa ſummũ uigorem magnã inducit, & inſuper etiã hominẽ inflãmat atq; comburit, neq; adeò multo poſt ſummũ illud incrementũ, quam ἀκμὴν Græci nuncupant, ſequitur, & feruor ad amuſſim ordini ſuo quaſi mordicus inhæret. Quod ſi manum circa primum inſultum aggreſſionemq; imponas, calor ingens cum acredine quadam & ueluti cum uapore atque fumo quopiam ſublato occurrit: qui utiq; paulò poſt à manu inſiſtente, ſi ea diutule perrẽnet, uincitur. A potu uero cõtinuo permultũ emittunt uaporis calidi per cutem, ſudoris nuncium. Bilis adhæc uomitio apparet. Præterea uentris & ueſicæ excrementa prorũpunt bilioſa. Inter hæc aũt in apyrexiam, hoc eſt febris remiſſionẽ, acceſſionis tempus finitur, quod in duodecim horas perfectas porrigebatur. Quod aũt intra duodecim horas ceſſauerit, exactam ac ueram tertianam appellabimus. Quæcunq; autem huius generis febres diuturniorem acceſſionem habent, illis ſimpliciter tertianæ appellationem indemus. Quibus uero adhuc longius tempus paroxyſmus protrahitur, paululum uero interualli ſi interponatur, hanc rurſum tertianam protentam nominabimus.

Quomodo tertianæ medendum. Cap. XX.

TErtianæ ad unguem exquiſitæ (noſtri ueram dicunt) tanquam morbo à flaua bile originem habente, humectantibus & refrigerantibus medicamentis occurrendũ, necnõ & cum eiuſdem effectus uiuendi ratione. Quicquid pręterea ſeſe in uentrẽ recipit & tanquã in ſentinam confluit, id cum per uomitum, tum per inferna euacuandũ. Ad hęc lotia quoq; et ſudores eliciẽdi ſunt. Aluũ itaq; clemẽtibus mollibusq; enematis commouere, lotia cum apio & anetho proritare, expedit, in poculenta utriſq; ſimul immixtis: et ſimulatq; concoctionis apparuerint inditia, cõfidens iam abſinthij balneũ ex aqua quæ bibendo ſit, exhibe. Sed neq; nitrũ, neq; ſalia, neq; ſinapi, adijcias: uerũ oleo ſummopere calorifico perfundẽs, ingredi lauacrũ iubeto. Cæterũ neq; ſi bis philolutros laueris, delinques. Quod ſi concoctionis morbi inditia quædam exhibeant, etiam ſi pluries laueris nihil delinques. Vino aũt penitus quoad morbus concoquatur interdicito: Atqui ubi iam confici occęperit,

tenue, dilutum, & pauxillum primum exhibe, unà cum edulĳs quæ cum humectandi, tum refrigerandi facultatem obtinẽt. Abſtineat in eiuſmodi affectione conſtitutus à melle, ſinapi, ſalſamento, & quæcunq; naturam habent calorificam. His quidem utebant̃ priſci: & nihil neq; mirum neq; abſurdum: nam exercitĳs magis & cibi abſtinentia tum homines diętam obſeruabant. Nunc aũt ordine conuerſo, ut plurimũ pituitæ cõmixta deprehenditur bilis. Proinde pleræq; tertianæ aut ſine rigore, aut cum perquã exiguo rigore inuadũt: ſed permutant ea, quæ ad remedium attinent. Neq; enim lauacrũ, neq; ſolidior aliquis cibus cõcoctioni reſiſtẽs, tertiana laborantibus cõgruit: neq; micæ quidem panis, & ouorũ, & cõſimilium.

Quemadmodum tertianæ nothæ curentur. Cap. XXI.

LAuacra in tertianis ſpurĳs circa initia ſtatim non probant̃, ſed dum iam oſtenduntur concoctionis inditia. Neq; tertiana affecti ſingulis diebus, ſed alternis tantum alendi ſunt. Tranquillitas & fomentatio partium circa præcordia illis potiſſime conferunt: coctæ item ſorbitiones, clyſteres (quæ Græcis κλύσματα quoque, id eſt lauamina dicũtur) non admodũ molles aut delicati atq; clemẽtes. Et ſi res ipſa ſanguinis detractionẽ expoſtulet, caue modis omnibus ne hanc prætermittas. Cæterũ uniuerſa uictus rationis cõditio neq; frigorifica nimium, neq; humectans admodũ eſto: ſed ea quæ incidendi uirtute prædita ſunt, uſq; aſſumãt. Potiſſimũ aũt ex re & uſu fuerit ptiſanæ cremor, adiecto pipere aut hyſſopo aut origano & ſpica nardi. Quin mulſum etiam in quo piper elixatũ ſit, potui dare expedit, & alia, quęcũq; ſcilicet lotĳ prouocandi naturã habent, exceptis interim uehemẽter & ſupra modũ calidis & aridis. Maxime uero à ſeptimo quoque die abſinthium adminiſtrabis. Iam uero & oxymeli, quod eſt acetũ mulſum, epotũ multis manus auxiliares præſtitit, & quippiã etiã leniũ ὑπηλάτων. A cibis poſtremo ſtatim uomere, in hac febre diuturno tẽporis tractu cõſtitutis, præſentiſſimo eſt præſidio.

Tertio quoque die cibus quartanarĳs cõmode datur.

Diuretica quartanarĳs conueniunt.

Quartanarũ deprehenſio. Cap. XXII.

QVartana multo cum frigore & impetuoſe ingruit, tanquam ex gelido atræ bilis humore originem ducens: ſed feruorem atq; adeò combuſtionẽ febris, quo tertiana regnat, multo minorẽ, ne dicam nullum habet: ſed neq; bilis etiam uomitus eandem comitatur. Inter hæc ſi tenuia, candidi coloris, & aquea lotia compareant, quartanam febrim eſſe ducito. Præſtantiſſimum aũt atq; electum quartanæ inditium eſt, pulſus paruus atq; rarus. Præterea autũni tempore potiſſimum oritur & infeſtat, errãtibus febribus ſuccedens. Certe nõnunq; & maxime quidem, in quartũ diem typum conſtituit. Sed nõ raro pluriũ dierum interuallo, ſecundum quaſdam periodos acceſſionem habet.

Vrinæ quartanarũ febrium.

Curatio quartanarum febrium. Cap. XXIII.

QVartana laborantes leniter & manſuete tractare cõuenit, neq; medicamentũ ullum uehemens admouere, neq; euacuationem moliri, niſi quis ſupra modum ſanguis redundare uideatur, tum

certe ſine mora ſanguis mitti debet. Porrò rationē uictus non inflantem, ἄφυσον à Græcis appellatam, & accōmodam offerre, atq; cōſuetis uentrem euacuare expedit. Si hæc nihil emolumēti conferāt, lauaminibus quos clyſteres dicunt, inter initia quidem mollibus, poſterius uero etiam acredine imbutis utendū eſt. Ad hęc ſuillis carnibus, & omnibus quæ glutinoſa & tardi tranſitus ſunt, abſtinendū. Nec his minus, eduliis quoq; infrigidandi & humectandi facultatē habentibus. Præterea in hac affectione conſtituti uinū tenue, albū, & modice calidū, ſalſamentū item & ſinapi cōmodiſſime uſupant. Quin tertio quoque die medicamentū quod è tribus piperū generibus conſtat (unde διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων, uulgoq; diatrionpipereū dicit) aut dioſpoliticū, ſumere utiliter poſſunt. Quod ſi quis ſingulis diebus pipere etiam ſine additamento utatur, recte quidē ac bene fecerit. Si uero ægrotans in ſummo morbi uigore ſit, tum nutriendus fuerit quamtenuiſſime: protinus uero quieſcere iubeas quamdiutiſſime: ad hæc præterea uiſceribus per mollificantia & remittentia conſulere. Deinde urinariis, οὐρητικοῖς (quod eſt, urinam promouendi potentiam poſſidentibus) nūcupatis, medicaminibus utendum: ſimulatq; uero ea quæ cōcoctionis argumento ſunt, apparere uidenť, bono tum animo eſto, & atros humores exhaurientibus non ſemel modo, ſed identidem utere. Poſt uero uehementē purgationem, etiam pharmacū ex uiperis exhibendum eſt, & id genus alia quæ aduerſum hanc febrem probantur: Inter quæ in ſolenni conſuetudine habetur omniū, mea quidem ſententia, pręſtantiſſimus ſuccus cyrenaicus.

Diatrionpipereum.

Quemadmodū quotidianā deprehendere oporteat. Cap. XXIIII.

Quotidiana nunq; cum horrore, rigoré ue, primo (ut diximus) die inuadit: ſed progreſſu temporis algor potius q̃ rigor infeſtat. Maligni hæc febris ardoris eſt, & perquam diuturnum habet augmentū: uerum minime comburens laborantes, neq; multā ac denſam reſpirationē cum anguſtia quadam cōpellit, neq; efflare pari crebritate & difficultate, aut gelidam bibere nolentem uolentē cogit. Accidunt autem uomitus pituitoſi, & quæcunq; per aluum euacuantur, frigidiora, crudiora, & aquea magis in his febribus deprehenduntur. Quotidiana præterea affecti minime circa primos dies ſudant, neque in apyrexiam auſpicantur: candido ſunt colore: urinas emittūt albas, tenues, craſſas, turbidas, atq; rufas.

Curatio quotidianæ. Cap. XXV.

Medelis uero, ſi quotidiana laborāti ſuccurrere fert animus, oxymelite, id eſt aceto mulſo, primis ſtatim diebus utemur, & iis quæ lotiū pulchre ciere queūt: ad hæc uniuerſa uictus rationis forma incidēdi facultate ſit prædita. Circa ſummū uero morbi incrementū prouidere expedit uentriculo, pręcipue uero ipſius hoſtiolo: deinde in hac affectione conſtitutum, radiculis, cibariisq; ſumptis uomere præcipito. Cæterū pituitoſum humorē eiicientibus, ὑπηλάτοις tantiſper dum febris ſuam tyrannidem poſuerit, utendum.

De feᵃ

De febre Epialo, & rigore nullo calore expugnabili. Cap. XXVI.

QVum phlegma hyalodes, quod eſt pituita ui rea, omnium aliarum pituitarũ frigidiſſima, cruda necdum putrefacta uniuerſo plus iuſtò redundauerit corpore, inexpugnabiles, & qui calore nullo euinci poſſunt, citra febrẽ, cum tremore algores inducit: Nam in febribus quidem quæ ex humoribus accenduntur, putrefactio maxime febrium calorẽ ſuſcitat & accendit. Quod ſi tanta quanta eſt hæc pituita cõputruerit (quod tamen rarenter cõtingit) propter immenſam putrefactionẽ, quotidianæ febris cauſa fit: Si uero non tota æqualiter, ſed ex dimidio, aut aliquæ partes putruerint, aliquot putredinẽ nõ ſentientibus, epialum febrẽ hanc efficit, in qua ſimul & algeſcunt & febricitant, hoc eſt in qua pariter cum algore tremor & febris caliditas cõfluit. Partes quippe humoris eius quæ non putruerũt, per uniuerſi corporis uenas, aut reliquã corporis molem cõmixtæ & ſparſæ, rigores & cum tremore algores cõficere aſſueuerũt: ſed quæ putruerũt, febrem accendũt. Sortita aũt nomen eſt febris ἠπίαλος, uel translatione à mari, quod ἁλὸς Græci dicũt, quod ab initio quidẽ ἤπιος, id eſt tranquillũ uideť, ſed difficilimũ tempeſtate redditur, mutuata: uel quoniã ἠπίως, blande & clementer, uelutiq; teporẽ tantũ inducit, hoc eſt excalfacit. Et hæc igitur febris è quotidianarũ genere eſt, eo quod à phlegmate accendať: Earundẽ itaq; curationi ſecundũ ſpeciem ſubijciť, niſi quod tanto quotidiana febre calidioribus, acutioribus, magis incidendi uirtute prǽditis, eget præſidijs, quanto & pituita frigiditate illã excedit. Cæterũ in epialo febre, cum tremore algor calore inexpugnabilis, adhuc multo uehementioribus calorificis opus habet. Quocirca quod è tribus concinnať piperibus medicamentũ, et diacalaminthes, item quod è ſucco cyrenaico conſtat, his aptum eſt præſidium. Iam uero & diacaſtoreum, & quæ ex id genus alijs præparanť auxilia. Latius autem & prolixius his remedium cõperies, in algoribus cum tremore & frigoribus, capite quadrageſimoquinto. καὶ οἱ λυπυρίαι δὲ καὶ τιφώδεις. Quæcunq; uero præter hactenus memoratas dicuntur febres, genere dictarũ exiſtentes, tum has quæ inibi recenſuimus, tum eas quæ deinceps in mediũ proferentur, affectant medicamentorũ ſuppetias.

Epiali nominis ratio.

Forte inflãmatæ & uentoſæ.

De ſynochis febribus. Cap. XXVII.

FEbres continuę intermittentibus ſingulis cõgeneres, tertianæ quidem exquiſitæ, cui ab ardore nomen καῦσος, quotidianæ uero quæ ſingulis diebus acceſſionem habet, neq; in apyrexiam deſinit. Pari modo etiam quartanæ germana eſt cõtinua, quæ quarto quoque die ingruit, quandoquidẽ fortis ille feruor omnia tertianæ exquiſitæ alia inditia ſeruans, non alio diſcrimine ab eadem dirimitur, q̃ quod neq; cum algore tremulo primũ impetum facit, neq; in apyrexiam deſinit. Quod uero ſingulis diebus acceſſionem habet, nulla certe abſolutæ amphemerinæ febris ſignificatione deſtituiť. Synocha porrò nihil à prima acceſſione diminuit, ſed ſibi ſimilis perpetuò à cognata quotidiana

diffidet. Iifdem præterea cõditionibus quarto quoque die fuo infultu accedens, nec tamen in apyrexiam finiens, febri quartanæ cognata eft.

Synocha igitur (id eft cõtinens) febris eft, quę una acceflione ab initio ad finem ufq; perpetuò, fine ulla feruoris remiffione, permanet. Cæterũ quę omnino nullã inclinationis notam præ fe fert, confinis atq; adeò cognata hæc ardentibus (nam fic καυσωδῶν reddimus) eft, à quibus fola acrimonia acutieq; difpefcitur.

Quibus notis continuæ febres deprehendantur, quibus item præfidijs curentur. Cap. XXVIII.

COntinuæ febres (fic enim συνεχεῖς interpretor) ex fanguine accendunt, aliâs quidem fanguinis duntaxat feruefacti, aliâs uero eiufdem etiã putrefacti, obftructione: quapropter unus modò atq; perpetuus ad finem ufq; illis paroxyfmus eft. Notæ uero illius funt huiufmodi: Pulfus magni, uehementes, ueloces, denfi, æquales, minime mordaces. Lotia porrò hac febre laborantiũ nõ multum admodum à fofpitum & naturalibus urinis deficiũt. Primas aũt in fynochæ medendo, fanguinis ufq; ad animi deliquium, detractio habet. Quicunque enim in hac febre conftituti uenã fecare fuperfederint, in fummũ uitę difcrimen peruenient. Quod fi magnopere euacuationem hanc quæ incifione uenarũ fit, aliqua res prohibet, tum alijs pręfidijs diffipantibus uaforũ obturatio oppugnãda eft: eius quippe farinæ medicamenta multitudinem euacuant, feruorem febrilem placant. Si quando in hac affectione conftitutis aliqua confpexeris cõcoctionis præfagia, neq; in principe aliqua corporis parte phlegmone ulla, aut moles, tumorq; cum humorũ collectione, aut fcyrrhus (hæc eft durities quædam non fenfilis) fuerit, neq; in aliquam corpufculi partem egelidam nocumentũ inciderit, magna cum fiducia frigidã exhibe, præfertim fi ψυχροπότης, hoc eft, gelibibulus, ægrotans fuerit.

Phlebotomia ad lipothymiã ufq; probatur.

1 (line: "cendunt, aliâs quidem ...") · 2 (line: "fione uenarũ fit ...")

Aeftuantium febrium deprehenfio. Cap. XXIX.

KAύσους, id eft ardentes febriculas hæc magna ex parte comitantur fymptωmata: Lingua arida, craffa, & colore nigro: rofio præterea uentris, alui excrementa perpallida, fitis uehemens, uigiliæ, quandoq; uero & defipientia, quam παραφροσύνην Græci, Romani delirium nominant. 3

Aeftuantium febrium curatio. Cap. XXX.

AD perfectam huius mali folutionẽ, horũ quidem duorũ neceffum alterum fieri, aut biliofos humores egeffiffe, aut extinctos effe. Excernendi uero inftrumenta funt, fudores, aut uomitus, aut uenter inferior. Demolliendi aũt ratio in egelido potu, aut omni qua medebimur καύσοις, id eft, maximis feruoribus, materia, fita eft.
Nutriendi autem ardenti febre laborantes funt, neq; aqua duntaxat, neq; 4
mulfo, fed dilutum mulfum coctum propinandum. Porrò in ea affectione conftituti, commodiffime folis potionibus enutriuntur. Adhæc, æftuofe ægrotantibus illis tantũmodo lauacrum expedit, qui nullo tumore inflammato,

mato, aut eryſipelato infeſtantur. Quod ſi concoctionis etiam notæ compareant, multo magis ex re atq; uſu fuerint balneæ. Quibus uero ex ſalſo humore cauſos accenditur, eis ſanè aliena ſunt lauacra. Hi & ptiſanæ tandem liquore alendi ſunt.

Febrium ab eryſipelate medela atque cognitio. Cap. XXXI.

Signa. FEbres quoq; cum ignitis rubedinibus, quæ Græci ἐρυσιπέλατα dicunt, circa uiſcerũ affectionẽ accidũt. Cognoſcendũ aũt illud eſt, ex uernaculo locali feruore ĩmenſo, dolore uehemẽti, præterea ſiti & caumate immodico: & ut ſummatim perſtringã, notis putreſcentis cum ſanguine exiguo acutæ bilis. *Medela.* Medendũ uero ad hũc modũ: Abſtinere à balneo oportet penitus: aqua uero egelida utendũ ſecundũ morbi ſummũ incrementũ & conſiſtentiã agoniſtica, (quaſi certatiua dicas) quod eſt gelidiſſima: Inter morbi uero initium minime utendũ. Cæterum extrinſecus frigorifica applicemus, & ſi nihil opis contulerint, intra corpus nolentes uolẽtes cogãtur aſſumere. Præcipue uero expediunt illis lactucæ, & quæ his poteſtate ad unguẽ ferè reſpondẽt. Foris quidem lactucę cremor idoneus eſt. Quin & ſemperuiui, & quæcũq; alia ſunt frigorificæ potẽtiæ. Pręcioſiſſimo optimoq; in primis utamur: liquore enim expreſſo, infrigidantiũ quiddam pilæ, mortarió ue inijciamus, cum portulaca, deinde contuſis illis, exprimamus. In uſu uero parum polentæ admixto, & denuo in aqua frigida intincto, refrigeremus. Linteolũ præterea duplicatum in eo iure rigatum, foris circa præcordia ſuperintendamus, non ſinentes illud ibidem perennare, aut procraſtinare diutius, ſed aliud atq; aliud identidem frigidius iiſdem partibus imponamus. Confundimus uero nõnunquam & oleum omphacinum.

De cognitione febrium hecticarum. Cap. XXXII.

HEctica febris non in humoribus modò ac ſpiritu, ſed in ſolidis etiam partibus accenditur: citra uero dolorẽ qui ſenſu ſaltem percipi poſſit omnino eſt, qua quidem febricitãtes nihil minus quàm ſe febricitare autumant, neq; enim uel tantillum ardoris ſentiunt, omnibus ad unum corporis partibus iuxtà non admodum calentibus. Bifariam uero dirimitur hecticarũ febrium ſpecies: Aliæ quidem *Hecticarũ febrium ſpecies.* ardentibus febribus ut plurimũ inoriunt, uidelicet nõ æſtuantibus calore in tantũ, ut cõficiat diuturnitate ac tempore humorẽ cordis, uel manentis etiamdũ cõtinui, & integri. Aliæ uero, adhuc etiã perſiſtente humiditate, corpus tamẽ cordis cõprehendentes corripientesq;, ex eodem inflãmantur. Iam una quidẽ hecticarũ febriũ dicta eſt originatio. Reliqua eſt, quũ à principio ſtatim inuadũt, primã exhibent diſpoſitionẽ ac geneſim, febribus quotidianis minime diſſimilem, ſiue triſtitiã, (qua afficiunt) ſiue iram, ſiue laborẽ immenſum, unà cũ æſtuatione factũ, reſpicias. His quippe arduũ eſt mederi: atqui ſi flaccitas ac tabes illa, quẽ maraſmũ nũcupant hecticę ſupueniat, atq; adeò ex hac occaſionẽ habeat, nullo medicamẽto uincit. Cęterũ febris hectica coincidens tabi maraſmo, imò quę iam eò peruenit,

promptiſſima eſt cognitu: Oculi nanq; illorum perquã immenſam con=
cauitatem præferunt, & hærent lemæ in circumferentia ſiccæ, & ſqua=
lida quædam totius ferè cutis elucet diſpoſitio. Eſt pręterea in eiſdem flos
uitalis coloris extinctus: obducit frontem immoderata quædam ariditas,
adeò ut ex ſiccitate dureſcat, & circumtendatur: ac ſæpius cõniuent, dor=
mitantium more. Non eſt autem eorum affectio ſomnus, ſed potius uigi=
landi impotentia: tempora amiſſa carne collapſa & concauis ſpacijs cer=
nuntur. Et quid aliud omnino ſunt quàm oſſa & cutis? adeò ut ſi nudato
corpore in partes ad uentrem attinentes oculos intendas, neq; ex inteſti=
nis, neq; ex uiſceribus aliquod ſupereſſe cenſueris, & pręcordia uehemen 1
ter contracta appareant. Cutis ad hæc apprime tangenti arida: pulſus te=
nuis, frequens, & durus. Calor aũt, quum primũ manum admouet quis,
obſcurus eſt ac debilis, ſenſim uero pedetentimq; aſperitatẽ quandam &
corroſionem exhibet. Quandiu autem in unoquoq; corpore natiua quæ=
dam humiditas diſpergitur, hectica modo febris appellatur. Quum uero
iam res eò periculi peruenerit, ut ne tantillum quidem eiuſmodi humoris
ſuperſit, tum exquiſitus iam maraſmus, hoc eſt, ſenilis tabes eſt.

Hecticarum febrium curatio. Cap. XXXIII.

HEctica febre correptos inter initia ſtatim, propter mordacem
humorem, ali oportet. Præcipuũ uero ac ſaluberrimum ijs qui 2
ſic laborant præſidium, humectans ratio uictus eſt. Conducit
itaque in primis cum ptiſanæ cremor, tum alicæ ſorbitiones.
Cõmodus præterea ſic affectis exiguus in aqua frigida panis, atq; eiuſdẽ
aquæ potatio. Quum autem hecticæ neq; phlegmone, neq; humorũ ulla
putrefactio complicatur, abſtinendum (quoad fieri poteſt) ab immodica
exhibitione frigidæ, etiamſi nõnihil periculi inſtare conieceris. Foris ue=
ro epithematis, medicamentis frigorificis, audacter utendũ. Et balnea in
hac affectione conſtitutis, quouis tempore conducunt.

De hemitritæis febribus. Cap. XXXIIII.

QVum febris tertiana non ſine rigore, quotidiana uero citra o= 3
mnẽ cum tremore algorẽ frequenter ingruat, utriſq; ſimul mi=
xtis, φρίκην, hoc eſt horrorem, inducũt. Algor quidem cum tre
more (ſic enim ῥῖγους interpretor) minus, frigiditas uero plus,
faceſſit negocij, eo quod extremas occupat partes. Mixtis hæc febris con
ſtat, proinde neutiquã ei abſurdũ, neq; rationi diſſonũ, Hemitritæi, id eſt
ſemitertianę, (quaſi ex tertiana & quotidiana cõpoſitę) nomen eſt inditũ.
Hemitritæus bifariam fit. Modus autem generationis hemitritęi duplex eſt: uel enim duæ acceſſio=
nes in unum cõmittuntur, aut inter initia ſtatim utræq; inter ſeſe inuicem
permiſcent. Quũ igitur tertiana prępotentior exiſtit, horridior fit febris,
atq; ab initio acceſſionis ſibi aliquid horroris aſſociat: ſtatim uero & ferui 4
dior eſt eiuſmodi febris, & plus habet incendij, atque bilis aliquid per uo
mitum, aut per aluum, aut per ſudorem excernitur. Sed quũ altera ex pi=
tuita redũdante febris præualuerit, tum frigus uehementius extremis inſi
det

det partibus,horrores habet ſummiſſiores,neꝗ ſitim,neꝗ magnũ adfert incendium. Vbi uero æquales magnitudine tertiana intermittens & quotidiana cõtinua ſimul inuadũt,inſultus acceſſionis cum horrore fit: Vbi uero ea quæ ex pituita eſt præualuerit, conuulſiones accidunt atque horrores. At ſi calidior ex bile febris præpotentior eſt, plus habent incendij: Talis quidem exquiſitus hemitriteus eſt,ex æquali duarum febrium temperatura cõpoſitus,ex bile uidelicet intermittente,& ex pituita continua. Sed qui exquiſitus non eſt, aut bilem, aut pituitam præpotentẽ atꝗ exuperantẽ poſſidet, quæ ſanè haud facile ullo medicamento uincitur. Promptius quippe ſemper minor uincitur humor: idꝗ tum copioſioris & præpollentis ualentia,tum artis quoꝗ præſidio. Proinde ſi pituita præpotentior multo fuerit, his quæ in febre quotidiana recenſuimus potiſſimũ utemur remedijs: Quod ſi flaua bilis præualuerit, inſtantes urgenti neceſſitati, auxilijs utemur ijs, de quibus in tertiana generali mentionem fecimus. Cauendum tamen interim ne omnino illam alteram paruipendentes,curam eius abijciamus.

De popularibus publiceꝗ graſſantibus morbis. Cap. XXXV.

MOrbos qui publice in plurimos eadem tẽpeſtate ſimul graſſantur, πανδήμους Græci,hoc eſt populares,et ex publica cauſa prouenientes,& κοινούς, id eſt cõmunes,nulloꝗ diſcrimine omnes infeſtantes, appellitant. Quorum quemadmodum origo, ita & cauſſa publica atꝗ communis eſt. Communis itaꝗ alimentorum prauitas eiuſcemodi affectiones generant:publicum item aquæ, inquinamentis quibuſdam infectæ ac uitioſæ, poculum. Ad hæc defatigationes, miſeriæꝗ immenſæ atque innumeræ, exercitationes conſuetæ omiſſæ, abſtinentiæ,ſatietates,eſurigine corripiente, aut abundantia proueniente: & regionũ deniꝗ naturæ atꝗ temperamenta, populares morbos ſæpenumero intulerunt:Interdum quippe paludem uicinam, interdum uero barathrum, hoc eſt foſſam ſiue uallem,finitimum habent,uenenis imbutam euaporationem, & hanc quidẽ pernicioſam exhalantia:atꝗ ob eam cauſſam populoſi uulgares'que ægritudines conſueuerunt ſolenniter publice graſſari. Cæterum circunfuſus & nos uſque ambiens aër, temperaturas ſubinde tranſmutat,aut nimio incendio feruidior,aut frigidior,aut humidior deniꝗ factus. Cęteræ nanꝗ morbi cauſſæ nõ pariter nobis om̃ibus ſine diſcrimine accidunt, neque uniuerſo ſolidoꝗ die in ijs (quemadmodum in prædictis) uerſamur: ſed circunſtans nos aër, is inquam qui extrinſecus ſingulis circunfunditur,& uel à nolentibus uolentibusꝗ neceſſario tamen per reſpirationem attrahitur. Neceſſarium itaꝗ fuerit inſolentibus illis immutationibus & deprauationibus,ſecundũ temperamentum animantium corpora aliter atꝗ aliter affici. Proinde quicunꝗ huiuſcemodi exactè cognouerit, non eos modo qui in præſens infeſtant, & illos qui pro foribus ſunt morbos, ex ſtatu & conditionibus cuiuſque prouidebit,

πάνδημοι.

Cauſſæ peſtilentiæ.

ſed machinamentis etiam ſuis, quibus contrariam omnino molitur uictus rationem, ambientis aëris inclementiam diſtemperamenta inducere non ſolum nō permittit, uerum ne is quoque inficiatur pro uiribus prohibebit. Quæcunque igitur ob ſuam intemperaturā morbis obnoxia ſunt corpora, hæc utique à ſimili circundantis nos aëris temperamento arguunt. Sed quę contrario modo quàm aër temperata ſunt, ad nullam ferè iniuriam admittendam ſunt appoſita, ametrian temperamenti contraria ametria arcente. Quiſquis hęc percalluerit, optimus incolumitatis cuſtos habet, corporibus contraria ſemper, tum uictus ratione, tum medicamentis applicans: nōnunquam, ſi res poſtulet, ijs quæ refrigerandi facultatem habent, utens: 1
interdum uero (puta in perfrigeratis) calorificis, in ſolium quidem deſcendere iubens aqua refocillat: otium, ciborū abſtinentiam, potionem prolixam ac multo uberiorē, præſcribit. Interdum amictu ac tegmine calfacit. Exercitationibus item & cibo abundantiore, quandoque etiam tenuiore ac

Igne aer emendatur.

pauciore utendum pręcipit. Porrò ſi quis pyram accenderit, egregie quidem poterit udum aëra in calidum & aridum permutare, quemadmodū & Acronem Agrigentinum feciſſe perhibent.

De febre peſtilentiali, ex monumentis Ruphi. Cap. XXXVI.

Peſtis grauiſsima accidentia.

IN febre quidem peſtilentiali uſuuenire poſſunt quæque perniciosiſſima, grauiſſimaque, neque tamen occultatū quippiam priuatū'ue, queādmodū in alio quouis morbo ſolet, habere cbſueuit. Aſſolent enim crebro incidere deliria, flauæ bilis uomitiones, præcordiorū intenſiones atque cruciatus, aquæ inter cutem cōplures, extremarū partiū frigiditates, fluores (διάῤῥοιαι à Græcis appellatæ) biliosi, tenues, bullę modò tumentes. Ad hæc urinæ aqueæ, tenues, bilioſæ, nigræ, ſedimenta (quæ græce ὑποστάσεις dicunt) mala habentes, & μετεωρήματα, quod eſt ſublimia, proxime peſſimis accedunt: ſtillicidiū narium, ardores pectoris, linguæ areſcentes, ſitibundæ, impurę, inquietæ, cōuulſiones uiolentæ ac uehementes, & alia pleraque mala. Quod ſi quis prę uiderit inſtan-

Quæ perpendenda peſtis tempore.

tem atque uenturam peſtilentiam, contempletur atque obſeruet etiā pernicioſa 3
tempora, & ſtudia quæ ſequūdæ ualetudini non cōducunt, & animantiū quæ perierunt cadauera. Quibus accuratiſſime conſideratis, & illud perpende, cuiuſmodi nam ſit præſentis tēporis ſtatus, ſimul & uniuerſi etiam anni, è quibus ſanè facile licebit uniuerſam uictus rationem odorari, pulcherrimeque deprehendere: Verbi gratia, tempus, quod pro ſuo naturali ſtatu oportebat eſſe aridum, humidius eſt redditum, neceſſum fuerit tum ratione uictus, quæ arefaciendi poteſtatem obtineat, aſſidue uti, quo exuperans illa humiditas exiccata conſumetur. Neque interim minor cura

Medelæ.

adhibenda eſt uentri: quibus enim ſuperior uenter pituita abundat, eos uomitionibus euacuato: quibus uero ſanguis plus æquo exuperat, uena 4
ſecta ſanguinem detrahito. Neque minus emolumenti adfert illa quæ per urinas fit expurgatio, & quæcunque aliæ, quæque per uniuerſam poſſunt fieri corporis molem. Quod ſi plurimū ferueat languidus, flammaque iam ad pectus

pectus usq; tendatur, nihil designaueris absurdum, neq; à ratione alienũ, si frigorifica pectori admoueas, atq; egelidam potionem offeras, non frustulatim parcaq; manu, cõcremat enim uehementius, sed cõfertim & prolixius, ut flamma quasi obruta extinguatur. Si uero ardeant interna, extremæ uero corporis partes egelescũt, summa cutis frigescit, præcordia contenduntur aut suspenduntur, uenter sputa aliâs quidem per superna, aliâs per inferna eijcit, uigiliæ infestant, deliria item, & lingua deniq; salebrosa, quibus eiusmodi adsunt symptωmata, calorificis opus est, quo ulceretur præ ardore undiq; corpus, & si qua alia uia possibile est ex imis corporis partibus ad exteras feruorem euocari atq; subduci. Vtendum præterea propotismatis, quæ aloës partibus duabus, ammoniaci thymiamatis partibus duabus, myrrhę parte una, constant: hæc simul cõtusa ex uino fragranti colluito, deinde dimidium quotidie cyathum potui dato. Haud scio, inquit Ruphus, an quispiam hac potione frustra usus, pestem nõ euaserit. Hactenus quidem Ruphus. Galenus uero tradit contra pestilentiales putredines armeniacam glebam potu sumptam excellentissimum esse remedium. Pari etiam modo uiperarum theriaca. Mehercle uigente in ipsa urbe Roma peste, quibuscunq; horum alterum non profuit, ad unum omnes perierunt.

Febricitãtes frigidam non pitisent, sed pleno se proluant auro.

Propotisma Ruphi nunquã frustra adhibitum.

De his qui plenitudine crudorum humorum infestantur & concidunt. Cap. XXXVII.

IN nonnullis magna quadam crudorum humorum in corpore saburrata multitudine febres accenduntur, cum praua affectione oris uentriculi, præcordiorum inflatione ampliore quàm secundum naturam sit, uentris ipsius osculi tumore. Color pręterea sic affectis ad alborem, & aqueum magis uergit: quibusdam uero in nigrius. Nemini uero horum omnium sanguis absque summo discrimine detrahitur. Et opus quidem habent euacuatione, sed neq; sanguinis missionem, neq; expurgationem tolerant. Alij uero etiam sine his repente in syncopen cõcidunt. Succurrendum est igitur in hac affectione constitutis perfrictione. Auspicandum aũt confestim à morbi ipsius exordio. Principio quidem à summo crurum deorsum cum linteis modice asperis, deinde & totas à summo ad imum manus: ubi uero artus satis iam calere uidentur, & laboriosi consensus (quæ est ueluti morbi conscientia) religio fit, oleo chalastico utendum. Abstinere uero ab adstringentibus: hyeme etiam diaphoreticis, hoc est discussiuis uti expedit: cuius farinę est oleum sycionium atq; chamæmelinũ: confricatis interim eximie membris: deinde oleum abstergendum: scapulam uero totam perfundito, & confricato. Post hęc rursus crura aggredi, inde denuo manus, mox scapulas expedit: quibus sanè integro die insistendum. Cæterum melicrato non aliud neq; commodius neq; efficacius huic malo disquiras præsidium, in quo uidelicet hyssopus esto elixatus. Porrò neq; alimentum, neq; sorbillamentum,

Mulsum præstantissimum præsidium.

neq; aquam potui dare conducit: quemadmodum neque omnino cuiuſquam arbitrio, liberalius bibendi poteſtas permittenda eſt. Verum ſatis eſſe mulſum ſolum, per primum triduum inuicem præbuiſſe. Si autem firmitudinem non omnino deploratam, ſed mediocrem adhuc ægrotans habeat, & aluus nequiter & male ſuo fungitur munere, clyſmate cõfidenter abluere conuenit. Qui uero impetuoſiore quàm cõueniat retrimentorum uentris motione ac impetu infeſtatur, ei principio quidem plus mulſum coquito, quoniam minus ſubducet. Quæ autem fertur plus quàm conueniat, ſiſtenda eſt. Exhibendus autem eſt mulſi loco, ptiſanę ſuccus. Quod ſi quæ offeruntur non deijciantur, ſed permaneant, ex chondri potione alito. Si uero propter imbecillitatem uirium ex pulſu deprehendimus etiam poſtea lapſam uirtutem, panem uino temperatum offerre expedit, ſi neque uenter neque iecur phlegmone infeſtetur: ueluti ſi corpore crudis humoribus referto ac ſaburrato exarſerit, deploratus erit ægrotans. At ſi craſſos aliquando humores adurat, ſatis eſt in uniuerſum oxymeliten pro aqua mulſa propinare. Quod ſi tempeſtas fuerit æſtiua & calida, & gelidæ potator languidus, huic oxymeli frigidum miſceto: hyeme uero calidũ. Alieniſſimæ ſic affectis ſunt balneæ. Si autem in animi deliquium ceciderint, partibus corporis (de quibus ſupra mentionem fecimus) nullis inflammationibus infeſtatis, panis haud multũ ex uino præbeto. Illico porrò ad frictionem mittito, & modo quo diximus perungat̃. In quibus uero ob flauam bilem ore uentriculi iniuria affecto, ſyncope accidit, gelidum aſſumere potum, uinumq; tenue, & colore uermiculo, ſeu giluo, atque uetuſtum, concedito.

De his qui præ tenuibus ſuccis defatigati animo deficientes concidunt. Cap. XXXVIII.

QVi tenuibus uero humoribus contuſi fractiq; ceu in deliquio concidunt, ſuperioribus omnino contrarijs ſuppetijs medendi ſunt. Enimuero ſigna quibus diſcernuntur, illis quoq; deprehendes diuerſiſſima. Alendi igitur, in hac affectione conſtituti, ſunt pedetentim perpetuò. Illos aũt huic malo obnoxios nullo medicamento curari poſſe ducendum eſt, quorum uirtute iam labante ac languente uenter inflammatur. In eiuſmodi affectionibus, breui letalis in uultu conſtitutio fit. Iam tum quidem nutriendus eſt æger neceſſario. Cæterum quemadmodum in ſuperioribus, ſummæ cutis ſuperficiei, ſic etiam in his, denſum in rarum permutare, gelidumq; aëra efficere, oportet. Adſtringentibus præterea ungendi ſunt. Alimentis non tam prompte penetrantibus utendum. Exhibendus itaque panis, & ex alica ſorbitiones, & fructus auſteri, & corruptioni reſiſtentes, non tam ipſi per ſe, quàm cum ipſo etiam pane. Vinum item dilutum ſtatim inter initia in cibis ſumptum, in hoc malo conſtitutis accõmodatiſſimum uidetur.

De alijs occasionibus è quibus subinde contingunt syncopæ. Cap. XXXIX.

SVnt porrò & nõnullæ aliæ quædam occasiones in quibus syncopæ accidunt, quatuor: dolor uidelicet uehemens, uigilia, uacuatio immoderata, & in cespitantibus insanientibusq; interdum commotio. Mittere autem si uoluerit, distemperaturam principiorum apponit. Promptissime itaque celerrimeq; internecio accidit, corde ante omnia affecto, deinde uero ipso quoque cerebro, neque ita multo post etiam iocinore.

De dolore. Cap. XL.

REdditur itaq; dolor gelida diathesi stupidus atq; obtusus. Pulsosus uero, ut sic dicam, labor, immani phlegmonę, id est inflammationi, peculiaris ac proprius est. Si uero tanquã sub palo fixus dolor inhæreat, aut ueluti à terebro sauciatũ quippiam esse uideat̃, crassi intestini doloris species est, quæ stimulosa ac punctuosa, circa membranas atq; pelliculas existit. Impellens uero ac transiens dolor, in uehementissimis acutissimisq; non solum hemicranijs, sed & cephalęis accidit. Est aũt penetrans atque impellens, (quem διαΐσσων Græci dicunt) quum tanquã in radice ordiens, à primitus affecta particula fertur statim ad uicinas: extenduntur enim utrinq; nerui qui unà afficiuntur, & tenduntur ad utrasque extremitatum fines. Sed minime in latum extentos habent dolores nerui. Cæterum ualidissimos & stupidos dolores infert sub cute distenta membranula, quæ inter carnem ueluti dilaniatam atque conuulsam est: plures nanque sunt quæ inæqualiter inhærent, & carnem amplectuntur atque copulant. Cæterum pelliculæ quæ ossa ambiunt, neque summa cute, sed profundæ sunt, doloris ossium quodammodo ueluti phantasiam opinionemq; inducũt. Quandocunq; igitur nulla foris caussa doloris ostenditur, considera atq; accuratius perpende præcedentem uictus rationem, ea num ignauior, magisq; ociosa quàm pro recepta consuetudine sit: aut cibis pluribus, maximeq; in nutriẽdo potestatis, usus fuerit homo: aut solita deiectio remoretur. Nam si quid horum, aut uno fasce omnia, appareãt, exuperantiam affluentiamq; caussam doloris reputa, & proinde quàm fieri potest ocyssime, hominẽ euacuatione exonera. Hoccine nanq; modo licebit tibi ijs quæ fluxus dolentiũ partium eliminant, summa cum securitate uti. Si quidem sanguis naturę modũ transiliat, uena secanda est continuò, magna uidelicet, affectam prope particulã. Sola nanq; κακοχυμία, hoc est uitiosa, ut sic interim loquamur, succositas, molestiam inferens expurganda est. Coëuntibus autem utrisq;, utraq; euacuatione, sanguinem prius detrahentes, utemur. Quod si his rite peractis dolor nihil de sua sæuitia dimittit, neq; cessat, liquidò iam constabit dolorem in membro affecto in cuneum redactum. Tum euidens sanè curatio, medicamentis discussorijs (quæ græce διαφορητικὰ dicuntur) si utare, futura est. Id ge-

Nulla foris caussa apparẽte qd pensitandum.

Sanguinis nimietas detrahenda.

Cacochymia expurganda.

nus etiam medicaminibus ex flatuoſo ſpiritu prognato dolori opitulabi-tur, in ipſis diaphoreticis potius, quàm attenuãtibus edulijs perſeuerãtes. Infuſis preterea, quos clyſteres dicunt, & cataplaſmatis opitulantibus, & fomentis, laxeſcentes ipſum corpus. Quod ſi tumor grauans aut con-fringens dolorem concitauerit, dolori ſuccurrendum. Quin ſi permor-dax denique humor doloris cauſſa fuerit, maxime contraria his ſunt quæ attenuandi, & excalfaciendi uim habent: exempli cauſſa, anethum, quod oleo elixum & dolorem ſedat & ſomnum conciliat: atque uiride efficacius quàm aridum.

De colliquatione. Cap. XLI. 1

VBi uero ex uentre quippiam egeritur, nõ ex ferculis comeſtis, & concoctis, ſed humorum aliquid è corpore ſeſe in uentrem recipientium, aſſimilium quidem flauæ bili, tum per uomitum, tum per alui excrementa eiectæ, primi meriti exiſtit quod fœ-diſſimum odoris fluxum emittit, & qui ad fuluum magis colorem acce-dere uidetur ſeceſſus, & craſſitudine uiſcida, nõnunquam uero & olea-ginea, tum pinguior caro & recentior, à febre urente reſoluitur atque li-queſcit. Diutino uero tempore permanente malo, nonnihil etiam ſolida-rum partium ab ipſa peſſima febre liqueſcit. Exhibenda gelidæ potio eſt, à terra frigidiſſima. Huiuſmodi etiã eſſe oportet cataplaſmata, & epithe- 2
mata perfrigerandi poteſtate prædita, thoraci atq; præcordijs impoſita & adglutinata. Ad hæc frigorifica quoq; exhibenda ſunt alimenta.

De uigilia quæ febricitantes infeſtat. Cap. XLII.

QVi febre correpti, miſere quoq; uigilijs immodicis infeſtantur, horum utiq; crura, & manus, illo quo ſoliti fuerunt tempore ſo-ſpites in ſomnum uerti, liganda præcipimus, atque euigilare: oculos uero interdum aperire, uel palpebris ſaltem conniuere cogimus, donec ſatis defatigati fuerint. Deinde protinus uinculis ſolu-tis, & ſublata è medio lucerna, tranquillitatem bene multam eſſe manda-mus. Acerbius uero magis atque magis inſomnia moleſtante, in relaxa- 3
tione acceſſionis abluenda eſt facies nigri papaueris capitum elixatione. Odorandum præterea papaueris candidi putamen ſiccatum atque fria-tum, & mandragoræ radicis dilutæ ac maceratæ pariter in uino. Et ex oleo quoque roſaceo malagma concinnans, cataplaſmatis more frontem oblinito, & ſerpyllo cum meliloto in paſſo elixa, quo quidẽ & in acceſſio-nibus utendum: Aut tritis ac mollificatis papauerum capitibus refocil-lantes. Panem præterea ad hunc uſum emplaſtri modo cum roſaceo, aut cerato applicamus. Educatio item accuratior ſomnum conciliat. Adijce autem arcendis uigilijs potioni, capitum nitidi papaueris ſemen, quan-tum capiunt coclearia tria: ſed holeribus dulcorem inducito papaueris ni- 4
gri. Quod ſi folia quidem fuerint uiridia, quantũ tribus digitis cõprehen-di poteſt, ſumitur: Sin minus, tum tria aut quatuor papaueris capita arida

cōiunctim elixa eximant. Quum hæc opis nihil tulerint, oblinianť cremore papaueris, aut mandragoræ ſucco. Expedit etiam ſic affectis ex papaueribus confectum eclegma, præcipue per elixationem epotum menſura cochlearij unius aut dimidiati: quæ utiq; quantitas ſomnum ſæpenumero illexit, inuitauitq;. Quin ſi caput alicuius in hac affectione cōſtituti nō admodum humoribus fartũ uidebitur, utendum eſt in febris remiſſione (quã παρακμὴν Græci dicunt) quod hoc modo conficitur, thymiamate: Accipe folij amomi, coſti, foliorum ſalicis, (ſic enim ζαρναβῶν interpretor) ſingulorum unciam unã, carpobalſami librã unam, ſtyracis, amomi, ammoniaci, bdellij Scythici, mandragoræ radicis, cremoris papaueris, ſuffitum cum lignis cupreſſinis facito.

Quemadmodum Cataphoræ, id eſt, in ſoporem dilationi medendum. Cap. XLIII.

SI grauiore ſomni impetu et acceſſu (quod mali genus Cataphora appellať) correptis ſubuenire uoluerimus, abſtergenda eſt facies ſpongia poſca infecta, (quod Græci ὀξύκρατον, quaſi aqua aceto mixtũ, nũcupant) multo lacte tẽperata. Extremæ corporis partes ualide cõprimendæ atq; domandæ ſunt. Ad hæc odoramenta quæ diſſecandi uim habeant, adhibere expedit. Cæterũ in remiſſionibus quietisq; tẽpore, ſcapulis, atq; ſpinæ (hãc Græci ῥάχιν, illas uero μετάφρενον dicunt) diligenter cucurbitulæ imponantur. Morbo uero his etiam actis perſeuerante, ſternutatoria, acceſſione remittente, naribus adhibeto. Alimentorum porrò materia ex acutis & diducentibus, diſcutientibusq; conſtet. De quibus libro primo, de tuenda bona ualetudine egimus. Oxycratum.

Curatio doloris capitis in febribus. Cap. XLIIII.

DOlore capitis, quæ cephalalgia dicitur, febricitantes moleſtante, poſt cõuenientẽ febrium euacuationẽ, circa ſummos acceſſionum uigores unctione capitis utendum. Principio quidem cõmuni oleo, è nondum maturis oliuis expreſſo, aut roſaceo cum pauculo olei temperato: æſtate quidem, & febre cum maximo æſtu, frigido: hyeme uero, & febre non æſtuante, calido, aut tepido. Cæterũ in oleo nõnunq; tum ſerpylli, tum polygani ſuccus elixatur. In æſtate uero papaueris capita, aut papauer: quemadmodũ e diuerſo hyeme peucedani, iuſto ſeruato pondere, mediocritas: perſiſtente uero dolore in fronte, nudo forte fortuna ſyncipite, cataplaſmatis, quaſiq; tectorijs & ad illitũ comparatis (quæ Græci ἐμπλαστικὰ uocant) utendum eſt, quæ ex ueteri polenta & polygano, aut ex pane pariter & roſis, aut exigua myrrha, ſiue ſerpyllo, conſtant. Nonnullos uero pulegium quoq; capitis dolore leuauit, emplaſtri modo adhibitum: neq; deſunt quibus, igneo etiam ſenſu exiſtente, pſyllium cum polenta temperatum auxilio fuit. Aut uiſcum etiam per ſe in elixatione factũ, & identidem renouatum. Facit idem coriandrũ polentę permixtum. Aloë præterea in eundem uſum cum aceto utiliter illinitur. Myrrha item & ammoniacum. Pari itidem modo crocomagma. Pul- Εμπλαστικά.

ſoſos aũt, ut ita dicam, dolores ruta & mentha cum pane, inſtillato etiam oleo, diſcutiunt. Vehementiore aũt quàm diximus dolore infeſtante, primum quidem denudandum caput eſt ad cutem uſꝗ, deinde pinguioribus Embrocha. embrochis (ſic enim Græci liquida & humida quæ alicui corporis parti fo uendi, diſcutiendi, compeſcendiꝗ gratia irrorantur, uocant) totum inſpergendũ: poſt hęc cucurbitulę occipiti imponẽdæ, partes inſuper extremæ ligandæ, & palpandæ. Proſunt præterea hirudines adhibitæ. Atqui ſi catarrho quis aut coryzæ (hoc eſt deſtillationi aut grauedini) cephalalgiam acceptam refert, tum certe ijs quæ ſuo loco deſcripſimus ſuccurrendum eſt præſidijs. Quin ſi à regionibus quæ ad ſtomachum attinent uapora- 1
tiones ſublatę caput afficiunt, tum maxime illis quæ ſubordinauimus proſpiciendum, ſubueniendumꝗ fuerit auxilijs.

De ea quæ circa ſtomachum & uicinas eius partes adhibenda eſt curatio. Cap. XLV.

SI quis imbecillo maleꝗ affecto fuerit ſtomacho, à cataplaſmatis roborandi uirtute præditis petendæ ſunt ſuppetiæ: qualia ſunt quæ ex palmulis, uino, polentis, croco, maſticha, & aloë componuntur. Neꝗ inutile ſit, ſtomachum ungento ex abſinthio, aut melino, aut maſtichino, aut nardino, aut uino deniꝗ irrigare: & ſi plus ſatis incaleſcant, quæ refrigerandi uim habent expedit confunde- 2
re: uerbi gratia, cremorem cucurbitæ, lactucæ, portulacæ, ſolani, cichorij, labruſcæ. Quod ſi inflammationes circa uiſcera appareant, relaxandi ac remittendi facultatem habentibus (græce χαλαστικά dicuntur) utendum: infuſionibus nempe oleoꝗ chamæmelino, cyprino, adipe gallinæ aut anſeris, & bdellio, & ammoniaco, & conſimilibus eiuſmodi: Cataplaſmatis uero ſeminis apij, fœnogræci, altheæ, floris chamæmelorum, & ut ſummatim eloquar, compoſitam habeant potentiam, ex chalaſtica quidem tenuis partis, amaræ, & ſtipticæ.

De immoderatis febrium frigoribus & rigoribus. Cap. XLVI.

ALgoribus quidem cum tremore qui diebus decretorijs iudicatorie accidũt, neꝗ occurrere, neꝗ impedire, neꝗ omnino cer 3
tamen illud dirimere, conuenit: Nam & pyrexis quæ ex ſudore prouenit, hominẽ prompte reſtituit ac uindicat, neꝗ quicꝗ uel defatigat uel moleſtat: In ſolo uero rigore, aut ea affectione quæ horrorem præcedit, ſed ex gelidiore, atque multo adeò frequentius pituita, accidit. Principio quidem membra multis modis conſtringenda ſunt. Deinde primum oleo chamęmelino, aut cyprino, aut irino ungenda ſunt. Quod ſi copioſiore aut uehementiore opus eſt, piperis aliquid oleo confundito, aut hordei, aut adarcę, aut caſtorij: aut frictione molli uniuerſum demulcendum eſt corpus. Ne autem procliuius oleum defluat, haud ab- 4
ſurdum fuerit & pauxillulum ceræ liquefactæ conglutinare. Si uero algor cum tremore inexpugnabilis, nullo calore euinci poſſit, ad huc etiã uehementioribus fortioribusꝗ acopis, atꝗ dropaci maxime ungento, & ſinapiſmis,

napiſmis, utendum eſt: aliæq; nonnullæ fomentationes concinne faberrimeq; machinandæ & emoliendæ ſunt: & acutiora, odoramentis peridonea, nepeta, pulegium, hyſſopum. Potu uero ſumendum eſt prius & ante ſignificationē atq; initium acceſſionis, mulſum, in quo elixum ſit piper, ruta. Ad hæc præterea ſuccum cyrenaicum quantitate milij cataplaſmatis modo inditū melli decocto, duabus horis ante acceſſionē exhibebimus. Pari etiam modo cremorem ſilphij, hoc eſt alboris balſami, & hoc in quartanis cum ſucco cyrenaico temperatum & cōpoſitum multis manus præſtitit auxiliares. Cæterum in oleum percalidum deſcendere iubentes aut inducentes, cum tremore rigores abiguntur, quemadmodum tradit Archigenes. Cæterum Galenus ante indicationem atque initium acceſſionis febris, cutem abrotono, aut nepeta perarida, conyza (hoc eſt intybi tam folijs quàm floſculis) aut coſto, aut pyrethro, altero horū cum oleo, perfricandam edocet, & ſic uel omnino non rigebunt, uel multo minus ac manſuetius illo cum tremore algore infeſtabuntur.

De his quæ circa ſudorem obſeruanda ſunt. Cap. XLVII.

SVdores quidem decretorios boni conſulere & ſuſtinere conuenit uſq; ad ſufficientem euacuationē, adiuuātes etiam ac prouitantes fotu mediocri atq; quiete, & calido diaclyſmate, & ſorbillatione, & ſomno. Neq; abſtergamus ſudorem, alius enim alium ducit, promouet, urget. Cæterum remiſſi & diſſoluti ſudores ſimilem decretorijs habent operationē. Atqui de his quę ſudorē eliciunt præſidijs, in ſuperiore uolumine ſatis mihi eſt proditū, capite duodequinquageſimo. Vbi uero ſudores ſatis ſuperq; profluūt, abſterge, et ſubleua ac tolle, ad refrigerandum, uelamina: Nam ſi plus iuſto promanauerint, eruperintq;, adeò afficiunt, ut & animi defectionē ſæpenumero inducāt. Tenuibus igitur ueſtibus amiciant, & udis: admittat aër multò frigidior, & ſomnus: flabello fiat uentulus. Myrrha nigra in farinā trita emplaſtri more corpori imponat, & galla cōſimiliter. Cortex pini, electrū prętereа, & polenta, cum uino adſtringente, in mēbra recipientia imponant, & madefiat uultus poſca. Archigenes uero calce uiua (quam Græci ἄσβεςον, id eſt aqua non reſtinctam, uocant) & fece uini combuſta, nullo calore expugnabilem ſuſcipit rigorem, ambo enim (inquit) igne fota arent. Irrigare porrò media pręcipit ſucco plātaginis aut coriandri, aut portulacæ, aut braſſicę, quo concreta ſudores intus coherceant atq; prohibeāt. Tempore uero ſomni, creta cimolia in aqua diſſoluta, metaphreno atq; thoraci ſupponat. Vniuerſum præterea corpus roſaceo aut melino, aut myrteo, aut lentiſcino oleo, aut quæ ex illis concinnantur ceratis, illiniendum eſt. Accommodatiſſima his quippe ſunt alipaſmata, hoc eſt inunctiones quæ abditos meatus obturāt, & humoris tranſitū decurſumq; impediūt. Neq; quenq;, ceu res perſpicua, fugere poteſt, in hac diſpoſitione conſtitutis alimentum aridius ſummopere conducere, & uina quoq; mediocrē quandam inſpiſſandi uim habentia. Verū plurimis interim poculis & ingurgitationibus

Sudores immodici lipothymiam inducunt.

Materiæ ſiſtendi ſudoris.

abſtineāt, & in primis humidioribus. Frequētes quoq; clyſteres fugiant, & ſi fieri poteſt, etiam ἐώρας aſſumāt in gelidiore ſtatu. Extremæ illorū cor poris partes quammaxime inalgeſcant & infrigidentur. Qui compreſſu uero & tribulationibus fiunt ſudores, iſtiuſmodi aut in doloribus, aut in conuulſionibus eueniunt, ligatione, & fotu extremorū, & ariditate, cum ueſtimentis laneis, opportune ſuccurrito.

De tuſſi quæ febricitantes infeſtat. Cap. XLVIII.

TVſſi quæ in febribus accidit, maxime uero cum rigore factis, occurrendū eſt: nam in auſpicatione & inſtātia tuſſis, id quod febrim cōſtringit, ſcite dirigitur. Aduerſus quod malū hypoglottia porrigenda ex melle cocto concreto: linguæ uero ſubiecta & ſuppoſita liquefit, & diſſoluit ac diſcutit impedimēta facilis ſpiritus. Tempus uero exhibēdi opportunū circa ſummos paroxyſmorū uigores eſt, & uſq; ad articulum initij acceſſionis febris, quam ἐπισημασίαν dicunt. Præbeto quoque hydromel coctum: quibus autem non ſperatur neruoſum temporis progreſſu, magna cum fiducia & oxymel exhibeto: ſi hoc diſpliceat, hyſſopi elixationem: & hæc quippe ipſis etiam cum tremore algoribus ſubuenit. Præterea caſtoreum, ſi febris non fuerit ardēs, neruoſo

Loch de pino. quoq; remedio eſt. Eclegmata uero è pineis confecta & earūdem nucleis, iride, ſemine lini, amygdalis amaris, & urticæ ſemine. Eiuſmodi plurima alimentis quoque adijcere, ad hæc reſinam & terebinthinam in ouo exhibere, utile eſt. Foris uero thoraci & partibus ad arteriam attinentibus lanam carpinatam imponito. Sed oleum uel rutaceum, aut irinum, aut anethinū eſto. Quin & faſcia, ſiue melius zona tenſa atq; robuſta in longum ligata, exacte tuſſes & omnino arcet & exterminat: dico aūt mediorum & extremorū. Neq; ſanè temere & ſine fructu uua agreſti tuſſi diſcutiendæ gratia utemur, manſa uel tuſa cum hemero uel cum maſticha. Ad hæc partes extremas confricare, palpare, atq; ligare, expedit: atq; deinde rurſum retrectationem ſoluere. Quod ſi propter febris aſperitatem tuſſis irritetur, utendū anagargariſmate aquæ tepidæ: ſed & frigida ſæpenumero iuuit. Item poſcæ & palmularum decoctionis, aut roſarum, aut dulcis radicis cōcinnatio. Ad hæc uiſceribus & cordi, quæ mediocrem refrigerandi potentiam habeant, applicanda ſunt.

De ſternutamentis. Cap. XLIX.

MAle quandoq; afficiunt & perturbant febricitantes quoq; ſternutamenta, nam caput implent, & uires ac potentiam arguūt: nōnullis ſæpe ſanguinē eliciunt, & pleraſq; alias id genus ſubinde moleſtias inferūt. Occurrere igitur atq; ſuccurrere etiam illis cōuenit. Cohibet aūt & compeſcit irruentem ſternutationem, frictio narium, frontis, oculorū, oſcitatio, palati fricatio accurata, eructuatio, contentio iliorum, ſublimitas capitis, conuerſio in latus, palpitatio extremorū muſculorum, pinguedo (ſi ſic dicere licet) maſticatoriorū, calidi olei in aures infuſio, aduenientis caloris materia. Obſeruare præterea oportet re-

pentinam

pentinam è somno excitationē, fumū, puluerem, acutiora odoramenta, piperis, castorei, sinapis, mentę. Conuenit aūt mali, & polentæ odor, obtundit enim eruptionē sternutationū. Inanes etiā spongiæ marinæ. Quū aūt irritus ad sternutandum insultus ac impetus fit, neq; sternutamentum in uociferationē prorumpit, quies & refocillatio labijs concilietꝛ. Perpetuus item acutiorū odoramentorum suffitus, & animi securitas atq; relaxatio.

De ciborum appetitus auersione. Cap. L.

QVod si ex uitiosis succis stomachus omnia quæ offeruntur respuit, (quod morbi genus Græci ἀνορεξίαν, hoc est inappetentiam, & quasi eduliorum fugam nominant) exhibenda sunt quum esculenta, tum poculenta, quæ illiusce modi humores uel per uomitionem, uel per alui inferioris deiectionem elidere, aut temperando emendare, natura comparata sunt. Cæterum harum rerum syluam uberem'que materiam in superiore huius operis uolumine habes. At si propter imbecillitatem uirium male habentes cibum horreant & fastidiant, oportet distemperaturę speciei contrarijs medicamētis succurrere. Omnifariā igitur atq; diuersimodā admodū de escarū horrore rationem libro tertio, capite de stomachicis, trademus. Cęterū in febricitantiū ciborum auersione, protinus inter initia manibus pedibusq; conabimur quàm primū appetentiā restituere, potissimū uero aqua farinæ irrigatæ, aut posca, aut cramate, hoc est temulento deo sobrijs nymphis ualde diluto, aut quapiam re odoris suauitate gratiore, aut acerborū adstringentiumq; pomorū fructuū'ue decocto. Illinitio porrò lenis ac blanda, mediocris item corporis totius frictio, palpatio, rigatioq; uultus, & exigua aquę sorbitio, reuocādi appetitus potestatē obtinēt. Sed applicatione digitorū, lancinatus stomachus cōuertit quodāmodo fastidium oblatę alimoniæ in orexin, & pręsertim sublata quadā biliosa aut acetosa materia. A primis uero diebus cataplasmatis quoq; foris applicatis stomachus fastidiosus conuertetꝛ: uerbi caussa, eo quod ex palmulis, (unde & διαφοινίκων dicitur) malis item, & œnanthe, absinthio, & aloë, cōformatur. Amplius, alimenta adornentur compluria tum simplicia tum frumentacea, & alius cuiuscunq; materię quæ uirtute alterandi naturæ aptitudine sit prædita, quæ'que non procul ab ijs quæ febricitantium usui conueniunt, discrepent: inter quos fructus etiam numerentur qui non facile acescunt, & in uappā transeunt, neq; nimium dulcescunt: maturi uero non usque ad satietatem admittuntur, sed quantū duntaxat in alia edulia appetitū excitant. Exhibeantur autem mitissimi quiq;, sanandi & immutandi facultatē habentes. Cæterū quū iam febres à natura superatæ cedunt, perseuerante interim inappetentia, conuenient siser cum oxymelite, & lactuca, & oliuæ salsæ, & capparis, & salsamentum, & bulbi, & quicquid stomacho conducere cognoueris, memoria repetitis cum illis ipsis quæ in præsens recēsuimus, tum etiam ijs, quibus edulijs sospites maxime exuperabāt. Deambulationes porrò & ἑῶραι, id est, erectiones, uociferationes, & dropacismi ungenta, & frictiones,

& exercitationes assumãtur. Propinationes uero cremoris absinthij, aut aloës, non mediocri sunt præsidio. Aceti postremo scyllitici mystri quantitate absorpta, efficaciter stomachũ omnia respuentẽ uindicat & instaurat.

De pergrandi fame, quam Græci βούλιμον & βουλιμίαν, nostri bouinam & uaccinam nominant. Cap. LI.

Atrophia.

SI contrà in prægrandẽ admodũ & quasi Saguntinam (ut ita dicam) famem ex anorexia recidant, obuiantq́, (dico autem illam immodicam & insatiabilem famem, quam Græci ἀτροφίαν nuncupant, qua affecti cibum non sentiunt, sed tabe corpus potius cõsumitur quàm alatur) illos restituimus si hac curatione utamur: Offerenda sunt cõprimis tum alia perodorata, tum suillæ carnes assatæ, tum etiam hœdinæ: & ut summatim expediã, instaurationis summa est in hac affectione, omnibus miram quandam atque ingentem odoris suauitatem nidorisq́ fluxum emittentibus uti, quum uidelicet febrium acerbitas transierit. Oportet præterea sic affectorũ extremas corporis partes apprehendere, et moderari: ipsosq́ suscitare expedit. Maxillas porrò uellicantes atque pungentes, capillos item uel aures expandentes, refocillabimus: medebimurq́, panem ex uino supra modum diluto, aut aliud quiddam quod facile transmittitur, exhibendo.

De canina appetentia, hoc est membrorum inedia cum stomachi satietate. Cap. LII.

Canina appetentia et anorexia germanæ.

QVanquam non proprie hoc, quicquid est symptωmatis, febricitantibus accidat, (sed nõnunquam etiam ipsos molestat) aliâs tamen, & ob eam quam cum anorexia, quod est cibi (ut diximus) horrore, habet cognationem & germanitatem, operæ me omnino precium, potius quàm absurdum, facturũ putaui, si de nimia quoq́ & inexpugnabili eduliorũ appetentia sermonẽ texere nõ grauarer: utrinq́ enim modus exceditur. Quoniam igitur à pituita acida frequentius hæc affectio usuuenire consueuit, erit ipsa incidentibus & elidentibus oppugnanda: cuius quidem farinæ comprimis esse creduntur perquã dulcia, salsa, & alia quę cum calfaciendi tum abstergendi facultatẽ obtinent. Merum itaq́ sic affectis exhibendum largius quàm par sit, calidum atque ardens, cuiusmodi sunt colore uermiculo, sine acerbitate, & absq́ omni stipticitate, sed suauius tamẽ longe potius exhibendũ, etiamsi nulla siti premantur. Oportet autem ipsis ubi ad statum optimum peruenerint, primo quidem pinguia, matura, atq́ alia etiam omnia oleo permulto condita, nihil austeritatis acerbitatis ue præferentia, offerre. Hęc quippe etiamsi nõ palàm contra caussam exurgant, cibis tamen indita intemperantiæ impetum discutiunt. Cæterum horum penuria atq́ abstinentia, cõminuit eius quæ in stomacho continetur pituitæ crassitudinem & substantiam. Iam & salsamenta ministranda sunt. Post hæc uina quorum iampridem meminimus, affatim potent. Hęc quisquis rite perpetrauerit, breui insatiabilem illam caninam appetentiam sedabit.

Quæ

Quæ circa sitim febricitantium pensitanda, & quibus sedari possit remedijs. Cap. LIII.

EXiguam, neq; adeò magnæ tyrannidis sitim, propter partium ariditatem siue calorem, oriri putandum est, per quas fertur humiditas ex ore in uentrem. Pręsens autem ariditatis remedium somnus est. Caliditatis uero uigilantia. Nonnulli nanq; è uino etiam sitibundi redduntur, esculentorumq; caliditate. Præsidium illis est, gelida potio. Vitiosam uero plerunq; cum cibi tum potus qualitatem affectant, quæ proportione, præpollenti humoris malitiæ, quam κακοχυμίαν Græci nuncupant, respondet: unde aliquot tanta siti oppressi sunt, ut inde etiam perierint. Noui aliquando quospiam qui quum dipsadas serpentes deuorassent, & uino sese ueteri plus nimio ad temulentiã usq; inuitassent, quorum quicunq; aqua in nauigio deficiente, maris aquam bibere non dubitauerunt, ad unum omnes occubuerunt. Sed quæ in febribus nascitur sitis, consolari atq; curari naturæ aptitudine potest, embrocha capitis ex gelidissimo oleo, aut rosaceo cum crunismo (hoc est torrentis modo cum strepitu & murmure demanante) facta. Nigræ porrò lactucæ semen mansum optime ac salubriter siti succurrit. Prodest consimiliter & quæ glycyrrhiza appellatur, & cucumeris semen in ore domatũ. Dato præterea hoc, quod sitim in primis extinguit & obrepere prohibet, pharmacum καταγώτιον. Fit aũt hoc modo: Cucumeris domestici drachmæ octo, tragacãthes drachmæ quatuor, dissolue tragacanthan ouorum crudorum recentium albore, & ubi dissolutũ fuerit, inijce trita semini cucumeris friato, quibus scite subactis globolos conformato, deinde in umbra siccato. Atq; unum modò sub lingua sitibundus premat & cõtineat, atq; inibi dissolutum humidum deglutiat. Postremo dilutum (quod Græci ἀπόβρεγμα, uulgò infusionem dicunt) absorbendum exhibe, quod ex illis constituitur, malis cydoneis, radice syluestri, (sic enim Romani apion herbam nominant) capreolis uitis, aut mali punici cremore.

Adipson

De lingua scabra & aspera. Cap. LIIII.

SAlebris linguã infestantibus, oportebit ante omnia scabredinem eius humectare. Continere igitur oportet in ore laborantes lini seminis decoctum. Melius autem et efficacius operatur myxium unà cum semine lini elixum, digito in eo iure infecto, linguaq; eo confricata aqua munda abluatur, aut spongia tractetur, deinde rosaceo illiniatur. Cæterum rosaceum, melle temperatum, efficacius & meliore fide agit. Succus item portulacæ ore cõtentus. Et rhun qui in obsonijs usum habet, mulso tẽperatus, pulchre salebrosę linguæ succurrit. Et damascena, & mysclion, hoc est mucus ossa complectens, & lingue circũuolutus. Facit idem portulacæ cauliculus. Archigenes aũt & sal Indicum huic usui adhibuit: quod sanè colore & substantia nihil à cõmuni sale differt, sapore uero meliteum est: lentis uero eius salis magnitudo, uel ad summum fabæ quantitas comesta, affatim atque profuse humectare potest.

Supina cubatio ſiccat. Porrò quibus lingua ſalebroſa eſt, ij frequenter in latus decumbant, quoniam ſupina cubatio arefacit admodũ atq; exiccat. Neq; ſint ore hiante & aperto. Hiatus enim & oris apertio exuccum reddit. Sternutationes deniq; accommodatæ linguas humectant.

De irrito ad uomitiones conatu, quam Græci ναυτίαν, Romani nauſeam dicunt. Cap. LV.

QVando citra euidentem occaſionem ægrotantem irritus ad uomitum conatus torquet, coniectari (id quod uel cæco, ut reor, liquidò conſtat) prauos humores male uentriculum afficere, oportet. Quidam lancinantur quidem, ſed euomunt nihil, in ipſius tunicis uẽtriculi relicto humore. Quod ſi itaq; pituitoſi exiſtunt humores, coquendi ſunt, in tranquillitate hominem ſeruantes, inedia, & ſomnis. Cæterum tenuiores, uomitus eijcit, nõnunq; ptiſanæ cremore excitatus aut mulſo. Qui uero glutinoſi & craſſi ſunt humores, tenuibus, attenuandi uirtutem habentibus, indigent: cuius generis eſt oxymel, & conſimilia. Humiditate uero praua in tunicis remiſſa, quæ ex aloë cõponitur picra accõmodata ac utilis eſt. Adſtringẽtia uero nocent impendio. Quemadmodum rurſus humoris permulta copia citra malitiam occupante, acerba conſtipantiaq; tanq; primam habent bonitatis æſtimationem. Atqui *Aloe maraſmũ inducit.* aloës medicamentum maraſmum inducit. Quod ſi frigiditas humiditate copuletur, miſcenda ſunt acerbis quoq; calorifica. Sed frigidæ conſtitutionis, item & eius temperaturæ affectus, ſummum argumentum ac teſtimonium eſt, nihil ſitire, neq; calorem ullum ſenſu percipere.

De uomitione bilioſa, quam cholemaſiam dicunt. Cap. LVI.

HIs qui uomitu bilem eijciunt, cataplaſma diaphœnicon corticũ malorũ granatorũ imponendum, & ut res & uſus poſtulat applicandũ. Gallę item, & coctorũ in uino, aut poſca maceratorũ paniũ. Sed ex acatia quoq; & hypociſtide et balauſtio & rhun cibariorũ, cõcinnato cataplaſmate utendũ. Et cucurbitula appoſita magnifice iuuat cum flamma multa. Cibum uero ſæpenumero ſenſim & paulatim exhibebimus. Sed bilem atrã uomentibus et ſtomacho inflatis, ſpongias aceto acerrimo calidoq; irrigatas impone. Ad hæc hederę folijs in uino elixis, cataplaſmatis inſtar, aduerſus cholemaſiã utiliter adglutinabis.

De ſingultu. Cap. LVII.

SIngultuum alius repletione, alius exinanitione, alius eroſo ab acrioribus humoribus ſtomacho prouenit, quibus uomentibus ſedatur. Plures uero diatrionpipereon, quæ confectio ex tribus piperum generibus conſtat, tantũmodo pitiſantes aut aſſumentes, ſi protinus uinum ſuperpotarint, ſingultire conſueuerunt. Quod uero nõnulli corrupto in ſtomacho cibo, (nam id quibuſdam ſolenniter accidit) ſingultiunt, ex his quæ neminem fugiunt eſt. Neq; deſunt, qui in algoribus cum tremore ſingultiunt. Vomitio igitur ſatis accõmodum, ijs qui ſingultu propter ſtomachi ſaburram, uel eroſionem torquentur,

tur, eſt præſidium. Calfactio, ijs qui propter frigiditatem. Quando uero ex plenitate humorū prouenit ſingultus, uiolēta opus habet euacuatione: huius uero ſternutatio cauſſa eſt. Sed in euacuatione ſingultibus nō medetur ſternutamentum. Exhibenda eſt præterea ſingultientibus ruta cum uino aut nitro in mulſo, aut ſeſeli, aut daucū, aut cyminum, aut zinggiber, aut nepeta, aut nardum Gallicum. Hæc quippe quum in corruptione ciborum, tum plenitatibus deniq; ſunt auxilia. Sed qui ſingultum multitudini frigidorum ac uiſcoſorum humorū acceptum referunt, his caſtoreum trium obulorū pondere ex poſca propinandum: ſed illud cuti quoq; unà cum oleo ſicyonio applicatum cōducit. Ex re quoq; & uſu fuerit in ſingultu acetum ſcylliticum, aut oxymeli hauſtum. Detentio poſtremo ſpiritus, magnificam præſentiſſimamq; aliquando opem præſtitit.

Quæ in febribus circa aluū duram uel lubricā obſeruanda. Cap. LVIII.

QVæ aluum ſiccam excitent, libro primo quantum res poſtulare uidebatur memoratū eſt. Quoniam aūt & humectari hanc in febribus ſubinde uſuuenire conſpicimus, de ea quoq; re in præſenti diſſerendum arbitror. Bona quippe hominū pars nō febris ratione, ſed hoc duntaxat ſymptωmate corrupta miſere torquetur. Principio igitur ſunt ea quæ deducunt & quodāmodo efferunt aſſumenda, nihil reſiſtentes aut recalcitrantes ijs quæ citra cruditatē & corruptionem offerunt. Cæterum ultra naturę modum euacuatione facta, cohibere expedit. Atq; ſi acriora quidem egeruntur, oportet alimenta quę offerun tur boni quodāmodo ſucci, & aliâs craſſiora eſſe: è quorum ſanè numero ſunt chondri, hoc eſt alicæ & ptiſanæ ſorbitiones. Lauacra quoq; in hac conſtitutione poſt morbi concoctionem non ſunt aliena. Quando uero pituitoſiora & ualde fluida aluus deijcit, ediuerſo cibi aridiores & calidiores ſunto, quantum loci eorum febres admittunt: Eius generis ſunt ſuſpenſarum aut compoſitarū rerum (ſic enim ἀρτημάτων reddo) calorificarū condita. A balneis uero illis eſt abſtinendum, niſi quid aliud cogat. Debilitata uero facultate coctrice, acerbis et ſtypantibus eſcis, alijsq; auxilijs utendum: Eſcis quidem, cuiuſmodi maximè ſunt mala punica, mala, apia pira, aut meſpila, uel illis ipſis per ſe, uel cum uino tenui fragrāte, adſtringente: Auxilijs uero, puta cataplaſmatis ex polentis & palmulis, abſinthio, roſis, myrtis, & alia eiuſdem farinæ materia. Conſiderandum autem quibus ac qualibus nam potiſſimum locis adhibenda ſint cataplaſmata. Loquor autem hic de his, quæ ad ſtomachum uel inferiorem uentrem attinent. Nonnunquam ſanè & lumbis imponimus. Cruentas porrò deiectiones compeſcunt medicamenta è thure, ſiccant etenim: Aut tenuiſſimus farinæ flos aut pollen, uel thure uel manna uel uino macerata, atque etiam piſta, aut poſca. Acriorem uero humiditatem, & in ſanguine, dulcem reddito, quandoq; aqua quidem, quandoq; ptiſanæ cremore, aut chondri, aut oryza, aut trago herba, nō ſemel quidem, ſed identidem ac ſæpius. In poſterum uero roſæ quoq; aridæ, aut myrta applicanda ſunt. Nonnunq;

gallę, ouorũ item unà cum rosaceo aut uino tenue adstringente, aut rosarũ elixatione infusum, uel sedi modò impositũ, auxilio fuit: quandoquidẽ obtundit excernendi promptitudinẽ: frequenti enim facta assellatione, agathium conformatum sedi imponito.

De stillicidio sanguinis, & eruptione sanguinis narium. Cap. LIX.

QVoniam stillicidium sanguinis in uniuerso corpore, uel capite modò, ex compressu elisionéue, aut maligna cutis densitudine proueniens, multitudinẽ quidẽ significat, sed plurima excretio ad deprimendã atq; diminuendam multitudinem satis est, consonum omnino neq; à ratione alienũ, inde ipsum præcipue oriri, unde prorumpit. Hæc accurata mecũ perpensione reuoluens, in quartanarũ destillationũ cõstitutione nõ dubitaui uasa in naribus de more aperire et sauciare: neq; tamen exiguo sanguinis effluxu cõtentos esse oportet, sed usq; ad uirium, ne dicã ad animi usq;, defectionẽ auferendũ. Spontaneas uero in febribus nariũ sanguinis profusiones, decretorie quidẽ factas, boni cõsulito, sed immodice permanantem sanguinẽ cohibere tentato. Constringito itaq; ante omnia acriter & enixe extremas corporis partes, & sublato in altum laborantis capite, scite .. sponito. Videtur præterea & mentulæ cutis, siue mauis præputij, affectio peculiariter sanguinis eruptionẽ compescere: Cæterum noli uel emũgere, uel locum irritare. Sinito aũt in globulos seu grumos (quos θρόμβους græce dicunt) sanguinem coalere & conglutinari: spongia uero nares detergentur in posca bullita, siue irrigata: cuneolum ex panno, medicamentis sanguinis compescendi uim habentibus illitũ, naribus stillantibus inserito. Sed harũ rerum materiã, & aliam quoq; medelã, in sequenti uolumine de locis affectis affatim ponemus.

De animi defectione. Cap. LX.

QVi acutissimo malo, quo cum multo fluxu tam per inferna quàm superna bilis deijcitur, & alui fluoribus, alijsq; quum permultis tum immodicis euacuationibus animo deficiunt, egelida aqua aspergendi, naribus apprehendendi, os præterea uentris perfricandum, uomitum ad hæc præcipere, stomachum deniq; talium lancinare, expedit, non sanè digitorũ, pennarum'ue appositu tantum, sed Herculanis etiam (ut sic interim loquar) nodis, ea dispositione constituti ligandi sunt: facta euacuatione per inferna, manibus: per superna, cruribus. Animum prȩterea attendere oportet in sanguinis eruptione affectis, arrectus'ne uultus citra dolorem sit. Ad hæc cucurbitulæ, cõtrarijs eis quæ euacuantur partibus sunt opponendæ. Medetur & uinũ aqua dilutũ animi deliquijs, quæ immodicã euacuationẽ sequunt̃, nisi phlegmone uiscerum, aut capitis dolor uehemens, aut obrepẽs atq; uacillans quædã affectio, aut febris adurẽs in morbo crudo, prohibeat. Nam qui in eiuscemodi affectionibus sunt cõstituti, his uinũ plurima & ingentia nocumẽta affert. Quod si ȩstas fuerit, & tẽperatura calida, & gelidæ bibo languens, frigida exhibenda est: Sin cõtraria, calida. Porrò propter sudoris nimietatem animo defi-

deficientibus, cutem, ueluti antea mihi dictũ, denſare oportet, neq; ſpiritũ aliquem frigidũ, prouidentia quadã, ad interna admittere. Cæterũ defluxionibus in uentrẽ nihil horũ congruit, ſed uentris ipſius, ſtomachiq; imbecillitatẽ roborare, et ſic affectos lauare, expedit: quoniam his qui in uentrem ſeſe recipiũt fluoribus lauacra ut omniũ ſunt accõmodatiſſima, ita & ſanguinis eruptiones atq; ſudores ubertim proritant. Porrò quicũq; prę multitudine animi deliquio corripiunt, uino ciboq; abſtineant, & lauacris ſi febricitẽt. Mulſum aũt potionis loco propina, in quo aut thymus, aut origanum, aut pulegium, aut hyſſopũ elixa ſint. Expedit præterea oxymeli. Quod ſi ex prauis humoribus in ſtomacho contentis animæ deliquiũ inciderit, hydrelæo uel digito uel pennula admoto, uomitionẽ elicere impera. Quod ſi etiam tum nequeunt euomere, oleum quodq; pręſtantiſſimũ potui exhibendum eſt, quod equidem aluum quoq; inferiorẽ ſæpenumero euacuat. Abſinthium porrò animo deficientibus ſuccurit. Deinde ſi qui propter ſtomachi imbecillitatẽ deficiunt, roborandi ſtomachum uirtute præditis utendũ, quemadmodũ iampridem mihi in capite ſtomacho dedicato, proditũ eſt. Ad hæc extremas partes cõfricare, & incaleſcentes quidem lauare expedit. Perfrigeratis uero diatrionpipereon, uel ipſum piper ſine appẽdice, exhibendũ. Iam uero immodico calore, ſiue aduſtione, ſiue diuturniore balneorũ mora, animo deficiẽtibus, primo aqua egelida aſperſa medendũ: mox uentis exponendi: deinde fricandus ſtomachus: ab hoc cum uinũ tum epulę præſtanda ſunt. At ſi quis ob uaſtitatẽ phlegmones, aut malam febris affectionẽ, animo fatiſcit, et perfrigeraẽ, artus acriter ualida frictione fricato, foueto atq; uincito, uigilias cibiq; abſtinentiam indicito: hæc quippe in paroxyſmo ſunt exequenda. Accidit ad hæc animi aliquando defectus ex ariditate, quibus utiq; duabus aut tribus horis ante acceſſionem alimentum exhibendũ eſt, aut chondri cremor, aut panis ex aqua, unà cum mali punici granis, aut mala, aut apia pira. Quod ſi ingẽtis admodũ diſcriminis periculũ timeaẽ, uinũ etiã miniſtrandũ eſt. Sed hæc ijs qui ſubito in animæ defectionẽ incurrunt, in primis agenda ſunt. Cæterũ undiq; oportet cauſſam deliquij ſedula perpenſione reputare, & ad hanc unice incũbere. Nonnunq; uero & ſymptωmatis maior habenda eſt ratio, quod ſanè aliâs periculum, aliâs mortẽ quoq; pro foribus minitatur.

Animi deliquium à multitudine.

Ab humoribus ſtomachi.

Defectus animi ex ariditate

Curatio eius quæ os ſacrum infeſtat exulceratio. Cap. LXI.

FEbribus quoq;, pręſertim diutinis, exulceratio deſquamatioq; oſſis ſacri ideo plerũq; accedit, quod longo tempore ægrotus decubuit. Quũ igitur locus incipit rubeſcere, orbẽ rotæ inſtar egregie magnũ fabricantes, loco exulcerationis ſuffulciemus. Poſt hæc cerata uel myrtea, uel ex ſpuma argenti concinnata, aut pſimychio, imponamus. Phlegmone aũt oborta, panẽ cum ſtrychno, aut polygano, aut plantagine, aut braſſica tenella, emplaſtri modo adplicabimus. Quod ſi exulceratio ab ęgris partibus ad eas quę integrę ſunt depaſcẽdo ſerpat, lenticulã cum mali granati cortice cataplaſmatis more imponito.

In hoc uolumine uniuersi operis tertio, de morbis secundũ locos affectos sermo instituitur, auspicans quidem à summo capitis uertice, ne dicam & capillis, at deinceps singulas corporis particulas percurrens, ad infimũ pedis calcaneum receptui canit.

CAPITA LIBRI TERTII.

De alopetia, ophiasi, & caluitio. Cap. I
Densatio atq; tinctura pilorum. II
De his quæ capitis cutẽ inficiũt malis. III
De cephalalgia. IIII
De cephalæa & hemicrania. V
De phrenitide. VI
De phlegmone cerebri. VII
De erysipelate ipsius cerebri. VIII
De ueterno lethargó ue. IX
De catocho & uigilante comate. X
De memoriæ & ratiocinationis iactura, & Caro, & Morosi. XI
De uertiginosis, scotomaticis'ue. XII
De morbo comitiali. XIII
De melancholia, mania, & numine afflatis. XIIII
De ephialte, siue incubo. XV
De Lycaone, uel lycanthropo. XVI
De ijs qui amore insaniunt. XVII
De apoplexia, & hemiplexia, atq; paralysi. XVIII
De conuulsionibus seu spasmis. XIX
De Tetano, & differentijs eius. XX
De tremoribus. XXI
Ophthalmiæ, id est lippitudines. XXII
Quæ ad aures pertinent. XXIII
De passionibus nasi ac narium. XXIIII
Aduersus ea quæ uultui accidunt. XXV
De passionibus oris. XXVI
De angina & accidentibus eius: item de ijs qui angina, aut alia quauis ratione strangulantur. XXVII
De grauedine, destillatione, raucedine, & tussi. XXVIII
De difficultate spirãdi & dispnœa. XXIX
De morbo pulmonis. XXX
De sputo sanguinis. XXXI
De suppuratione & phthisi. XXXII
De morbo laterali. XXXIII
De cordis passionibus. XXXIIII
Quæ ad mammillas pertinent. XXXV
De axillarũ fœtore ac sudore. XXXVI
De morbis qui infestant stomachũ, præcordia & uentrem. XXXVII
De uentris inflatione. XXXVIII
De cholera & diarrhœa. XXXIX
De lienteria & cœliaca affectione. XL
De Tinasmo. XLI
De dysenteria. XLII
De colicis. XLIII
De ileo. XLIIII
De passionibus renum & uesicæ. XLV
De hepatis passionibus. XLVI
De cachexia. XLVII
De intercute. XLVIII
De splene. XLIX
De morbo regio. L
De accidentibus umbilico. LI
Vt aliquis diu maneat impubis: de conseruatione pudendorum: item depilatoria. LII
De bubonocœla, enterocœla, & hydrocœla. LIII
De inflãmatione testiculorum & sacculi eorundẽ, alijsq; passionibus. LIIII
De gonorrhœa & onerogmo. LV
De satyriasi. LVI
De priapismo. LVII
De infœcundis genitalibus. LVIII
De hulceribus pudendorũ & ani. LIX
De passionibus uuluæ & menstruorum purgatione. LX
De retentione menstruorum. LXI
De nimia purgatione & fluxu sanguinis per uuluam. LXII
De muliebri fluxu. LXIII
De inflãmatione & declinatione uuluæ. (LXIIII
De apostemate uuluæ. LXV
De hulceratione uuluæ. LXVI
De cancro. LXVII
De duritie & indurationibus. LXVIII
De mola matricis. LXIX
De inflatione. LXX
De matricis suffocatione. LXXI
De procidentia matricis. LXXII
De præclusione matricis. LXXIII
Sterilitatis curatio. LXXIIII
De rhagadibus & condylomatis ac hæmorrhoidibus. LXXV
De pariendi difficultate. LXXVI
De ischiade. LXXVII
De podagra & morbo articulari. (LXXVIII
De hulcerosis affectibus in plantis & calcaneis. LXXIX
De callo ac tubere. LXXX
De uitijs unguium. LXXXI

PAVLI AEGINETAE
MEDICI PRAESTANTISSIMI, DE ARTE MEDENDI LIBER TERTIVS,
ALB. TOR. INTERP.

Super eis quæ capillos intentant uitijs, deq; Alopecia, Ophiaſi, & glabricitate, caluitie ue. Cap. I.

QVemadmodũ plantarum, aliæ quidem deficiente penitus humore, deciduis folijs areſcunt & emoriunt: nonnullæ uero aduentitijs ac cõtrarijs humoribus idem patiuntur: Ita & in hominis cæſarie uſu ſubinde uenire conſpicimus: deficiẽte enim humore, glabreta ac areę: aſcititio uero et deprauato, Alopecia, tum Ophiaſis, deciduo capillitio, ſolo ſchemate diſſidẽtes, cõſurgunt. Hæc enim tortuoſis & obliquis ſpacijs, ad inſtar anguis, locum deglabrat, comamq; uario colore tinctam oſtendit: Alopeciæ uero à uulpibus, (quas ἀλώπεκας Græci nuncupant) quod eo plerunq; id animantis malo corripiatur, nomen eſt inditũ. E cutis igitur calore redundantẽ, unde uitium prouenit, humorẽ cõiectabimus. Euacuatione primitus, quæ medicamentis purgãtibus fit, deinde localibus præſidijs utiliter utemur. Proinde ubi ad nigrorẽ admodũ aut candorem plurimum calor uergerit, cum hieræ antidoto, non tam pituitã quàm melancholicũ quoq; humorem uacuare potente, expurgemus. Si uero pallori propius acceſſerit, ei quæ ex aloë conficiunt, globuli exhibendi ſunt. Quorum uniuſcuiuſq; deſcriptionẽ in compoſitorũ medicamentorum uolumine comperies. Cæterũ poſt uniuerſi (quæ præmitti perpetuò debet) corporis euacuationẽ, apophlegmatiſmo, non ſemel modo, ſed identidẽ ex aceto, ſinapi, melleq; compoſito, utendũ. Conducibilius uero multo, ſi aceto origanũ quoq; aut pulegium, aut thymus, hyſſopus'ue maceretur. Atqui in cæteris etiam quæ caput infeſtare ſolent affectionibus, eadem methodo utendũ. Ante omnia tamen ſuperabundantẽ (ut dixi) ſuccum, uel purgandi facultate præditis medicaminibus, uel ſectioni uenæ euacuantes, ſi modò ſanguinis plenitas non deſit. Sic deinceps ad localem deniq; medendi rationem eſt procedendum.

Ophiaſis.

Alopeciæ.

Methodus curationis eſt, topicis nõ niſi totius corpis euacuatione præmiſſa, uti.

De Alopecia.

POſtquam caput nitro laueris, & linteo aſpero magis etiã ac uehementius lana exterſeris, atq; ad ruborẽ deniq; confricaueris, uerbenaca in ſole cum aceto friata atq; cõtrita perunge: aut halcyonij perexiguum cremans & liquefaciens cum oleo ex lucerna obline: aut arundinis radicẽ, aut corticem amygdalæ amaræ adurẽs, cum oleo ſeu adipe ſufficiente ſumpta illine. Mediocria quidẽ hæc, efficaciora uero quæ euphorbio aut thapſia, aut adarce, oleo laurino liquefactis conſtituunt, aut liquida pice. Aliud: Erinaceorum marinorũ teſtas combuſtas cum adipe ſufficiente ſumito, & locũ antea nitro elotum, perungito. Aliud: Accipe piperis, ſtercoris ouilli aridi, naſturtij agreſtis, ſeminis erucę, ſingulorũ drachmas quatuor,

ueratri candidi drachmas tres, murium oletuli drachmam unam, quæ quidem contusa, bile taurina, aut hircina, uel subula, cogantur.

Aliud aduersus Alopeciam, experientia comprobatum.

SVmito mandragoræ, radicis aristolochiæ, radicis ari, ceræ, picis liquidæ, choas octo, axungiæ suillæ ieiunæ, rhododaphnes, herbæ cordis exiguũ, coquito axungiã & rhododaphnen donec herba liquefiat, deinde glomeratã herbã abijce, cætera axungiæ confundito, & elixa: postea cerã ac liquidã picem adijce, mox audacter utere in sole: quumq; iam hulcera pilos produxerint, caput uulpis combure, & folia halcyonij contusa ungento insperge, quo renascant in capite pili. Aliud: Habet, canis capitis ceratiũ unum, testarũ marinarum medimnũ unum, axungiam porcinam, omnibus in aulula decoctis utere, inspergendo, & ijsdem exiccãdo.

Medicamentũ quod è thapsia cõcinnatur, ad omnes diutinas affectiones.

COnstat ex euphorbij, thapsiæ, laurini, uniuscuiusq; uncia una, sulphuris uiui (quod Græci ἄπυρον, quia ignem expertũ non est, dicũt) uncia semis, ueratri tantundem, ceræ uncijs sex, olei laurini aut rhicinini ueteris quod satis est. In robustioribus adijcitur & cardamomi uncia una, halcyonij combusti uncia una. Neq; hoc medicamentum ad alopeciam tantũmodo, uerum ad quancunque etiam noxam ab extrinseco frigore sine febre contractam confert. Vbiq; uero & sine discrimine in alopecijs omnibus ante lotionem & frictionẽ utendum: & continue exiccent: cõplures equidem noui qui sola frictione & assidua exiccatione capillos plantabant.

Ad grabreta, & capillorũ augmenta, ex cõmentarijs Critonis.

ERinaciorũ uentres quinq; aridos accurate in uase testaceo torrefacito, quibus adijce tertiam partem uirgultorũ myrthi, acatiæ fructus, acatiæ cremoris, cynosbati, adianti, pari pondere uncias tres, his omnibus in farinã contusis, attamina tenui cribro, deinde adijciens adipis sufficientis libras quatuor, phocæ uituli marini tantundẽ, cõtunde, & in pyxidẽ plumbeam reconde. Sed ad usum, quacunq; uidetur confectione liquefacito.

Quibus conseruentur capilli.

CApilli Veneris medimnũ unum, ladani medimnos duos, uino oleoq; myrteo confunde, atq; utere. Aliud: Anemones florẽ tritum cum oleo illinito. Sed hoc quoq; nigrorẽ inducit. Aliud: Verbenacam rectam (quã Romani cristam quoq; gallinaceã, Græci περιστερεῶνα nuncupant) cum radice exiccatam & cõtusam, exilibus foraminibus cribro attamina, & admixta tanta olei quantitate, quanta ad lubricam atq; lentam obesitatem seu crassitudinem inducendam satis est: in uas æreum repone, & quũ liquefactum fuerit, utere pro oleo similiter.

Aqua quæ capillos tum auctiores tum nigriores reddit.

ACcipe aquę pluuialis xestas sex, rhu Alexãdri xestas tres, capilli Veneris uncias quatuor, ladani unciam unã, myrrhæ unciã unam, cucurbitæ aridæ tantundẽ, macerato in uase uitreo per dies uiginti, moue bis in die spatha tedea, sed postera die immergens εἰς τὸ ὑδάτιον, singulatim utere quolibet

quolibet die. Semen quoq; altheę in balneo illitũ capillos nõ tam cõseruat quàm augmentat. Pari modo & oleum illitũ, in quo uidelicet elixũ & simpliciter impositũ sit semen altheæ.

Extenuantia comas.

Fici foliorum, uitis syluestris albæ corticem, pumicis, testarũ intectarũ, cretę cimolęę, singulorũ minã unã, omnia aululę cibo inani impone, & luto circũliniens coque in uase fictili, & tere, spumę nitri adijciens minã dimidiam, gallas immaturas triginta, quibus liquefactis eximito & utere. Aliud: Fit aliud in hunc usum hoc modo: Spumæ nitri minas septẽ, pumicis minas quatuor, aluminis scissilis, iridos aridæ, myrti atræ, comæ bryoniæ radicis, uniuscuiusq; drachmas quatuor, lupinorũ crudorum choas quartã partẽ, utere in illinitionibus.

Ad profluuium capillorũ.

ALoën cum uino nigro, austero illine, aut purpuræ pocula cum oleo cocta, & myrtum & ladanum cum uino aut oleo myrteo, aut spyrathos, comburens in testa polita, cum oleo inunge, capite iam antea raso.

Densitatem inducentia, & tincturæ capillorũ, ex Cleopatræ de comarum densitate, commentarijs. Cap. II.

ANte oĩa capite purgato atq; absterso, radice uerticillaris herbæ (quã rutinalem Romani, Græci σπονδύλιον dicunt) capillos mero oblinito. Aliud: Raso atq; purgato capite, accipe pineæ nucis nucleũ recentẽ, in cinerẽ usq; combustũ, quẽ pilæ in ditum conterito, admiscens ungentũ myrteũ, ad mellis usq; crassitudinẽ, atq; sic tandem obline caput. Aliud: Myrtorũ quoq; & betæ pari pondere, utere cum oleo. Aliud: Gallas uiginti, adianti uncias duas, inunge aqua marina usq; ad mellis densitudinẽ, detergens aũt capillos lotio aut lixinio, calcé ue, quibus deinde dilutis et irrigatis calida aqua, pilos hoc medicamine biduum perungito, tertio die ablue, atque exiccatũ oleo myrteo perline. Hoc quippe delicatã, & densam, atq; nigrã reddit cæsariẽ. Densiores aũt erunt capilli, si nõ nisi prius capite deraso, hoc unguine utare.

De præcautione & curatione canorum, deq; alijs quibusdam nigrorem inducentibus.

OLei omphacini xestas treis, spicæ nardi drachmã unam, conchulæ Indicæ odoratæ drachmas quatuor, iunci odorati floris drach. quatuor, coquito in oleo, atq; seponito, acatiæ cremoris unciã unam, uino dissolue & accurate macerato: quando uero olei tertia pars relicta fuerit, hoc instillabis, & confundens acatiæ exime in sitellam, atq; inungens capiti utere quotidie. Aliud: Nucum uiridiũ corticis uncias tres, radicis prini fruticis uncias tres, uini nigri xestas tres, coque ad partẽ usq; tertiam, & residuũ expressum tẽperato cum oleo myrtei xesta una: utendum eo est quotidie.

Aqua nigrorem inducens capillis.

GAllæ xesta una, rhu excoriariæ, myrtorũ nigrorũ, foliorum cyperi, uniuscuiusq; xestas duas, cinaræ quantũ manu comprehendi potest, fuliginũ papaueris æqualẽ mensurã, aquæ putealis xestas duodecim, pluribus antè diebus maceratas coque ad tertias, deinde illine. Detersis de-

nuo & exiccatis crinibus, cretæ cimoliæ oxybapho, id eſt quarta parte cotylæ, & calcis uiuæ æquali menſura infice, atq; illine. Cæterum ſucco betarum elixatarū his omnibus diſſolutis deniq; utendū, mox deinde betæ folia operculi cauſſa ſuperimponito, & ubi interpoſito tempore quantū ſatis eſt ſic perennauerit, in lauacro lotione expurgato.

Quomodo capilli fuluo flauoq; colore tingi poſſint.

QVíſquis cæſariem fuluo flauoq; colore fucare expetit, myrti medimnum unum accipiat, ſalis floris tantundem, quibus accurate friatis mollitisq;, et inducto ſtrigmentorū balneorū craſſo lentore, hoc, abſterſo prius capite, medicamēto capillos inūge, atq; ſic inhęrere diemq; noctēq; 1
ſinito, deinde uero abluere & expurgare deniq; præcipito. Aliud: Lupini crudi cum aqua, in hunc quoq; uſum illiniendi ſunt. Aliud: Ex ſpumæ argēti drachma una, Criticæ terræ drachmis quatuor, calcis uiuæ drachma una, aqua balnei ſtrigmentorū lentam craſſitudinē cōficiens, capillos perunge, atq; betæ inſuper folijs biduum aut triduum uniuerſum operculatum, tandem lotione expurgari iubeto.

Quemadmodū atrum capillitiū flauum reddere queas.

SI nigro capillamento flauū colorē inducere geſtis, fecem uini, ſtrigmētumq; balnei accipito, & cerotæ craſſitudine inducta, capillitio illinito, idq; quum dormiturus ſero, tum matutino diluculo ſimulatq; ſurrexiſti, fa- 2
cito. Aliud: Giluum quoq; colorē induces, ſi cyperi folijs in cremore ſtruthij maceratis, eo iure atq; diluto diligenter utare.

Tinctura auro ſimilis.

AVri inſtar colorē faciūt, aluminis drachmæ ſex, ſandaraches drach. ſex, croci drach. duæ, thapſi qua tinctores utunt̃ (quam Romani herbam Rubiam nūcupant) drach. octo, calcis figulinæ & argilloſæ drach. quatuor. Coquito aūt calcem & thapſum in partes diſſectū, & dimidiata parte conſumpta, exprime liquidū, in quo alumen & ſandarachā & crocum diſſolue, mox inijce uaſi uitreo, atq; in neceſſitate ac uſu, deterſo prius capite, oblinito. Quum aūt imbibitum fuerit, caput antea unctum fœno- 3
græci, & hordei, & cymini aqua tepida ablue, inijciens & ſaponis quantum ſatis eſt. Aliud: Fece uini combuſta, & oleo balanino ſimul confuſis, capilli inungant̃. Aliud: Sapone quoq; abſtergendæ ſunt ſingulis balneis comæ. Aliud impendio utile: Rhu erythri, hoc eſt rubentis xeſtam unā, gallarū ſeſquilibrā, celydrij uncias duas, herbæ aureſcentis (quam Romani Rubiam dicunt) uncias duas, capilli Veneris faſciculos duos, abſinthij faſciculū unū. Lupinorū pelle exutorū cyathos duos, aquę libras octo, in uaſe uitreo excipe, ſinitoq; nouē integris diebus macerari, mouens bis quotidie. In uſu uero, ſiccabis plurimū. In hoc ſpongiā intingens capillos perfrica, & humores ſinito imbibere. Vbi uero aruerit, ſapo- 4
ne calida aqua liquata ablue. Quibus capillitium candidū reddatur.

VErbaſci albi florē crema, & aceto irriga, et cōfunde ſmegmati. Aliud: Verbenaci ſeminis drachmas duas, aluminis drachmā unā, raphano

rum

rum corticis unam, frustulatim incide, & taurinũ glutinum quatuor drachmarum pondere, commiſceto.

De his quæ cutem capitis inficiunt & deturpant malis. Cap. III.

De pityriaſi, hoc eſt porrigine.

POrrigo (quam πιτυρίασιν Græci dicunt) eſt tenuium furfuracearumq́ꝫ ſquamularũ ex capitis ac reliqui corporis ſuperficie, nulla relicta exulceratione, decidentia. Prouenit uero id uitiȷ ſubeuntibus in caput prauo corporis humore, ſalſá ue pituita, aut bilioſo et atribiliario ſanguine. Euacuato itaq́ꝫ prius uniuerſo, ceu proditũ eſt, corpore, ſubſcriptis facultatibus utendũ: Cretam cimoliam aqua maceratam betæ cremori confundito, atque furfurationi illinito, & donec aruerit illitũ adhęrere permittito, deinde loco infecto abluto, thure cum uino & oleo trito denuo perunge. Poſtera uero die ſtaphida ſylueſtrẽ, hoc eſt herbam pediculare͂, cum oleo huic uitio illinito. Aliud: Nitri, ſpheceles, id eſt fecis uſtæ, myrobalanorũ, uniuſcuiuſq́ꝫ librã unam, herbæ pedicularis libram unã & dimidiam, caput abſterge uino. Quod ſi alia corporis pars prurigine infeſtet̃ ſicca, quemadmodũ humidiores capitis furfurationes ſalſugine ablue, aut lupinorum apozemate, uel ut latine loquamur, decocto. Huius equidem ſummum habeo experimentum. *Furfuratio nõ in ſolo capite.*

Pſydracia & exanthemata, id eſt, eruptiones pituitæ, aut papulæ capitis.

PSydracia exiles ſunt excreſcentiæ puſtulis ſimiles, in ſumma cutis ſuperficie erũpentes. Exanthemata uero, id eſt papulæ, in ſumma cute puſtulæ ſunt & exulcerationes, perruſæ atq́ꝫ ſalebroſæ. Vtriſq́ꝫ tamen malis iuxta his quæ deinceps ſubordinantur potentijs, magno effectu ſuccurritur. Spumæ argenti, ceruſſæ, ſingulorũ drachmis quatuor, aluminis drachmis duabus, foliorũ rutę uiridiũ totide͂, aceto myrteoq́ꝫ oleo maceratis, cum pſydracia tum papulas perunge. Aliud: Ruta & alumine melle liquefactis, deraſo capiti cõtra hęc cutis uitia illinito. Si uero abſceſſibus capitis cuticula infeſtet̃, oliuæ folia cum melle elixa cataplaſmatis modo impone. Aliud: Spumæ argenti, ceruſſæ, ſingulorũ uncias duodecim, ſulphuris igne͂ nõ experti drachmas octo, cerota myrtea excipe. Contra hulcuſcula quę in capite prorũpunt, multorũ generũ, crebra, rufo colore tincta, perexiguis admodũ papillis aſſimilia, è quibus aquoſi ſanguinis humores (quos ἰχῶρας Græci dicunt) profluũt, deraſis antè capitis crinibus, & tum aqua tum nitro antea deterſo, ſulphure uiuo cum lotio humano diluto et macerato, utendũ. Vel melanteria cum aceto capiti illinienda.

De manantibus capite hulceribus, quæ Græci ἀχῶρας dicunt: & fauis, quæ κήρια eadem gens appellitat.

VNa quædam in capitis cute affectio conſurgit, quæ ἀχὼρ nũcupatur, tenuiſſimis foraminibus cutem perforans, è quibus glutinoſus cruor excernit̃. Haud ſanè diſpar huic figura & aſpectu malum eſt, quod κηρίον hoc eſt fauũ dicit̃, quoniã foraminibus peramplis terebratũ, mellis inſtar humore͂ continet, perinde atq́ꝫ in apum fauis liquidò datur cernere. Cæte

rum originē ad nitrosam salsamq; pituitam referunt. Hos igitur ut melioris succi cibo uesci, ita modis omnibus acri, acerboq; abstinere conuenit, præsertim ubi inflāmata fuerit affectio. Et post eam quæ febricitanti congruit euacuationē, deraso prius capillamento, bis aut ter aut multo sæpius aqua calida foue, in qua elixata sit myrtus, aut rubus, aut lens, aut amari lupini, aut asparagi radix, atq; si multa ui ichores excernantur, illinito locum folijs salicis cum aqua aut lenticula syluestri. Illinitiones autē creta cimolia, aut Critica, aut rubrica Samia, aut pompholyx, aut spodiū, aut spuma argenti, aut cadmia, aut charta combusta, cōstituant, aut quę ex charta concinnatur compositio xerion, omnia cum aceto admixto. Smegmatis prætere a in eiusmodi ulcerationibus usus probatur. Item sulphuris, herbæ perdicis, saponis, æquali mensura.

Composita ad achoras & cerea, medicamenta hæc sunt.

SPumæ argenti drachmas sedecim, foliorū rutæ drachmæ octo, herbę pedicularis syluestris drachmæ quatuor, atramenti sutorij drachmæ duæ, cum aceto & myrteo redigant̄ in uiscositatē ac gluten, & illiniantur. Aliud: Sandicis ad hęc drachmæ quatuor, sulphuris uiui drachmas duas, mannæ drachmas quatuor, cum oleo ueteri contra capitis manantia hulcuscula illinito.

Ad achoras, manantia capitis hulcera.

ALiud ad achoras & humidas psoras. Accipe rosarū rododaphnes uncias quatuor, sulphuris uiui tantundē, picis liquidæ, picis aridę, singulorū uncias tres, ceræ uncias sex, olei myrtini quantū satis est, redige in linimentum. In puerorum uero achoris, ea in lacte dissoluta illiniantur.

De ficubus.

FIcus nūcupantur germina hulcerosa, rotūda, acuminata, subdura, subrufa, quæ comitat̄ etiam dolor. Oriuntur uero hæc magna quidem ex parte in capite, sed & reliquo itidem corpore. Pręstantissimū ad hoc remedium alumen scissile, & flos æris afflatus, et taurocolla, quod est glutinū ex taurorū auribus genitalibusq; contextū, æquali pondere, cum æris squamula duplo pondere: liquefacta uero cum aceto illinito. Optimarum præterea halecularū (quas μαινίδας Græci nuncupant) capita cremata, bulbi itidem elixi, & cinis deniq;, temperata cum aceto, ficubus medentur.

Contra ea quæ cum capiti tum mento nascuntur ficosa exanthemata, Xeraphion.

MIsyos drachma una & dimidia, chalcitidis drachmæ duæ & semis, squamulę æris drachma una, aluminis scissilis drachma una, sumpta, loto xerion prolixe imponito, & sinito: deinde uero cum denuo lotum exterseris, iterū impone, decidunt enim ramenta densissima, et rursus paucis diebus sequentibus absq; ullo cicatricis uestigio sanatur. Neq; enim mediocriter hoc medicamentum committit & conglutinat.

Ad pediculationem capitis, quam φθειρίαν Græci dicunt.

QVi pediculantur in capite, lupinorū aqua decoctorū diluto abstergi, medico præcipiente, expedit: Aut herbam pedicularem, (quam

σταφίδα ἀγρίαν Græci dictitant: Aut ſandaracham, ſiue utranq; maceratam cum oleo uetere acetó ue illinito: Aut piperis perexiguũ (ne exulcerationem inducat) cum oleo, aut hederæ cremorem cum melle, aut ſynopidem cum aceto: Aut cedrinũ liquorem, aut picem cum alumine, aut baccarum lauri elixationẽ, ſuccum'ue expreſſum, ſiue oleum deniq; raphaninũ pro amuleto adglutinamus, aut alia quacunq; ratione applicamus. Cæterum nos ſylueſtrem herbam Pedicularem aceto & oleo maceratam illinientes, nunquam non quod uolebamus aſſequuti ſumus.

De dolore capitis, quam κεφαλαλγίαν Græci nominant. Cap. IIII.

LAbor capitis quam cephalalgian nũcupant, omnium ſanè moleſtiſſimis immenſęq; difficultatis caſibus obnoxia eſt. Interdũ nanq; ex ſolo malo corporis temperamẽto, interdum ſuccorũ quoq; nimietate, nõnunq; ex utriuſq; culpa iuxtà cõſurgit. Sed & occaſionibus quandoq; euidentibus & foris accidentibus (quas προκαταρκτικὰς dicunt) id mali ſcaturit: uerbi cauſa, qui foris accidit quacunque occaſione, nimio æſtu, frigore, temulentia, ictu, iniuriá ue quacunq; alia capiti illata. Grauiſſimi igitur capitis dolores è præpotentibus qualitatibus proficiſcuntur, maxime uero præcalida. Quæ uero ariditatem ſequuntur capitis affectiones, non tanta uiolentia ſæuiunt. Humida uero qualitas tantum non omni, quantum in ſemetipſa, dolore uacat, niſi cum calore, aut frigore, aut humorũ plenitate coniuncta ſit. Cęterum febricitantes dolor capitis ſubinde infeſtat, qua de re in ſuperiore quidẽ uolumine, cui περὶ πυρετῶν, quod de febribus ſonat, eſt inſcriptio, diſſeruimus, proinde in præſens ad quædam alia accingamur.

De dolore capitis qui ex ardore ſeu aduſtione gignitur.

DOlorum capitis, ex immodico feruore, inditium è laborantium cute attactu calida, & aridiore ſtatim elucet, primo protinus obiectaculo & acceſſione prima. Sic præterea affecti rubris admodum ſunt oculis. Hi utiq; quemadmodum gelidis tum hauſtorijs, tum unctionibus mirifice gaudent, ita maximũ inde quoq; profectum ſentiunt. Verum illis eadem quidem, qua de ſupra in caput ex febre dolentibus memorauimus, medela affabre quadrat. Diutule aũt perſeuerante cephalalgia, ſubſcriptis utendum cataplaſmatis eſt, quæ quidẽ fronti & tẽporibus cõmodiſſime applicanda ſunt. Panis quo ueſcũtur, poſca, aut roſaceo, aliquãdo cum amygdala, aut roſis, uel aridis uel tenellis uiridibus'ue, aut cum mẽta, pulegioq; maceratus eſto, aut pane cum perſici folijs. Ocimũ porrò liquefactũ cum aceto & roſaceo, aut hederæ corymbi, quod eſt pampini in aceto elixi, cõducunt. Conducit etiam ſubacta roſaceo, aut ſerpylli aqueo decocto fricta farina. Cardamomũ quoq; in ſartagine frictum, acetoq; & roſaceo maditatum, eam affectionem emendat: Aut fermentum cum roſaceo, aut iris arida cum aceto. Iugiter ac frequenter uero unũquoduis horũ mutato: Nam ſi diutius quàm conueniat ſingula immorentur ac perſeuerent, efficaciam ſuam amittunt, & omnino ignaua redduntur.

Orbi-

Orbiculi qui τρόχισκοι græce dicuntur, aduersus cephalalgiam è calida intemperie.

ACcipe croci drachmas quinque, chalcanthi drachmas decẽ, aluminis drachmas sedecim, myrrhæ drachmas septem, omphacij drachmas treis, chalchitidos drachmas treis, comeos drachmas totidem, uini austeri quantũ opus: utere cum posca. Quod si uigiliæ quoque his accedant, tum somnificorũ quippiam iamiam enumeratis applicato atque contexito.

De dolentibus capite ex gelida intemperie.

QVi frigida distemperantia capitis dolore impetuntur, diuersa planè his qui præcalido corporis temperamẽto eadem affectione correpti sunt, inditia prȩferũt: ab accidentibus enimuero, quȩ græce συμπτώματα dicuntur, alienum atque perpallidum obtinent uultum. Frigidis sic oppressi neque delectantur, neque quicquam adiuuantur, imò altius radices ex his morbus aget, ac sese firmius stabilibit: atque uictus etiam ratio, & cætera eiusdem sortis atque cognata. Vnctio itaque sit rutacea, oleum laurinum, aut irinum, aut nardinum, aut balsami denique succus, maxime si quũ crassiora, tum uiscosiora fuerint redundantia retrimenta. Ad hunc præterea modum affectũ, frontetenus ungendum censeo, & hoc & quæcunque tam ex pipere quàm euphorbio concinnantur. Porrò uinum non nisi tenuium partium exhibendum est. Post hæc motui quoque indulgendũ esse præcipe, & lauacris nõnunquam calidis. Aliquãdo, quæ raphanis cietur, uomitione utendũ, edoce. In quibus uero qualitas est absque plenitudine perseuerans & diuturnior, utitor & illo medicamento: Accipe piperis candidi drachmas duas, crocomagmatis drachmas totidẽ, euphorbij recentis drachmas octo cum dimidia, stercoris colũbini drachmã unã et dimidiã, aceti acerrimi quantũ satis est: affectam partem, confricato antea loco, illinito.

De his qui dolore capitis, ex biliosis humoribus orto, oppressi sunt.

SIgna quibus è bile cephalalgiã scaturire deprehendimus, consentanea omnino & consimilia habentur ijs, quȩ eundem affectum è feruore natum portendunt. Accedit autẽ ipsis rosio interim maior & multo uiolentior, pallor item faciei, & nonnunquam oris etiam amaritudo. Consueuit aũt hæccine affectio ætates potissimũ in uigore consistentes, tẽperamenta calidiora, & uitam solicitudinibus obnoxiã, & bilem eijcientibus flauam, inuadere. In horũ propterea curatione, lauacris exacte temperatis, unctionibus item, & dilutis aquosisque potionibus utendum: Et uniuersa semel uictus ratio, non humidior modo, sed boni etiam succi, accipiatur. Euacuare præterea biliosum humorem absinthij diluto oportet, siue cum aloë, & ipsius picræ antidoto, per se, aut cum exiguo scãmoniæ confectis ex aloë globulis. Inungenda etiam frons uel croceo orbiculo, uel triangulari, uel id genus alijs quibusdam eius factionis.

Qui cephalalgiæ biliosæ obnoxij.

De cephalalgia per consensum.

QVod si uniuerso corpori caput per consensum cõpatiatur, tum industria quadam prospiciendũ cum ad distemperamentũ, tum ad exupe-

rantem

rantē quoq; materiā oculos cōijcientes, atq; inſtantes. Quod ſi fuerit plenitudo & præcipue in uenis, diminuemus per inciſionē uenę ſanguinem. Quod ſi modum qualitas potius tranſilierit, purgatorio utamur medicamento. Si per conſenſum membro cōpatiatur caput, uerbi cauſa iocinori, aut uentri, aut ſtomacho, hiſce ſuccurrendum medicaminibus: Calida quidem ſi ſubſit intemperies, panem è uino diluto ſuppeditantes, aut quæ chondro, id eſt alica, conſtituūtur ſorbitiones: ad hæc extrinſecus modice infrigidantibus, roborantibusq;, embrochas, ueluti antea demonſtratū eſt. Sed quum propter uiſcidos ac craſſos humores in ſtomacho retentos quem cephalalgia corripiat, & illos cōmouebimus oxymel potui miſcentes, tum ſimplex, tum Iulianium, & ex hyſſopo, & origano. Et hic præterea non tam maiore efficacioreq; calfaciendi, quàm & incidendi, ui prędictis: tum quæ cum raphanis elicitur uomitione: neq; embrochis modò calidioribus, uerum cataplaſmatis quoq;, utendum.

De cephalalgia quæ ebrietati ſuccedit.

SI à temulentia uino adhuc crudo cephalalgia infeſtet, aqua tepida ſumpta uomere præcipito. At ſi poſt concoctionē quoq; ipſam eo malo uexent, infrigidandi & expellendi facultate præditis utendū: cuiuſmodi eſt rhodinū tum per ſe, tum unà cum aceto, aut cremore hederæ ſeu braſſicę. Iam eius herbæ quoq; folia calido bullita infuſá ue, capitiq; tum impoſita, tum circūligata, naturæ aptitudine opponunt & reſiſtūt ebrietati. Quin edenda quoq; eſt braſſica elixa. Lens inſuper ſumpta, ad hūc modum affectis opitulabit, potiſſime humido uentre prędítis. Huc pertinent & alica, & mala punica, & mala, & apia pira, ſi comedant, et aqua interim potent.

De cephalalgia ex ictu, aliá ue quauis iniuria prouenìente.

CEphalalgia ex ictu, aliá ue eiuſmodi iniuria laborantibus, niſi in ſumma modò cutis ſuperficie læſi uideantur, continuo uenam ſecabimus, & accōmodis embrochis capiti infundendo utemur, oleoq; dulci irrigantes, & caput lanis cooperientes: à uino ſuper hæc & ſolidioribus cibis abducentes, præcipue ſi febris comitetur: & omnia breuiter, ut ad phlegmonen neruoſarū partium, & in primis panniculorū cerebri, cōmode aptemus. Porrò ubi uulnus illatum ex plaga fuerit, & huic conuenienti medicamento ſuppetias diſpiciemus.

Malagma ad cephalalgiam.

ACcipe ceræ drachmas ſeptem, olei amygdalini uncias tres, terebinthinæ drachmas octo, rubiginis ſabuli cretæ cimoliæ, (ſic enim ἰὸ ξυ σὸ interpretor) chalcitidos, ſingulorum drachmas quatuor, pumicis drachmas treis, æris aduſti, ſquamæ ſtommatis, uniuſcuiuſque drachmas duas. Verum ubi uehementioris duritiei illud eſſe uidebitur, oleo amygdalino remolliendum eſt.

De cephalæa & hemicrania. Cap. V.

VTriſq; his affectibus cōſtanter grauis inhæret capitis dolor, tum ſtrepitu, tum clamoribus, tum clara luce, tum uini potione, tum o-

mnibus denique caput implentibus saburrantibusque concitatus. Alij quidem fragrantibus odoramentis totum caput percuti autumant: alij uero in alterã modò capitis partem, quos hemicraniacos uulgò nominant. Et quibus inter cranium affectus consistit, dolor intensus usque in oculorũ radices sese insinuat. Quibus uero extrà malum continet, hos circa caluam dolor impetit. Cum grauedine itaque stupores ac uehementiæ, plenitatem portendũt: cum erosione uero & punctione, nunc humorũ, nunc uaporũ asperam tyrãnidem: cum pulsibus aũt, phlegmonen: sed cum extensione, siquidẽ sine grauitate percussuque, spiritus tenuis & uentosi copiam: sin uero pulsus tensioni copuletur, phlegmonen pelliculosi corporis insinuat. Quod si cum pondere tensio molestet, plenitudinẽ intra pelliculas cõprehensam declarat. Cæterũ si quando marcidus ac putris humor calore incenditur, unà cum febre cephalalgiam patiuntur. Febricitant aũt omnino etiam illi, qui ob phlegmonen dolore afficiunt. Corpore igitur uniuerso humoribus & succis redundãte, uenã aperiri, æstimata scilicet languentis uirtute, & clysteribus acrioribus uti expedit. Quin si sanguis iustum naturæ modum transiluisse uideatur, præcipuum est narium uena aperta tantisper euacuare, dum satis sanguinis effusum uideatur: proximum, hieram acutam exhibere: ab hoc utendum est apophlegmatismis: deinde & per nares euacuationes probantur, per ea quidem quæ nares expurgant, cuiusmodi est elaterij succus cum lacte infusus, siue in farinam friatum elaterium, naribus inflatum, & cyclaminis cremor marrubijque. Hactenus quidem simplicia, composita uero sunt quæ sequuntur.

Hemicrania. *Omnis phlegmone cum febre.* *Sanguine redũdante quid expediat.*

Ἔῤῥινον, non ad diuturnam modo cephalalgiam, sed ad ophthalmiam etiam, & comitiali oppressos.

Melanthij drachmas octo, salis ammoniaci drachmas quatuor, elaterij drachmas totidem, tritas oleo sicyonio, aut irino, aut cyprino excipe, atque ad cerotæ crassitudinem misce, & prehendito tangitoque hoc medicamine nares.

Ἔῤῥινον insufflabile.

Accipe rapi seu tuberis terræ aridæ drachmas octo, nitri rubicundi drach. quatuor: sed si nitri loco elaterium inijcias, multo præstantius erit: naribus flatu per arundinẽ insere. Vtere præterea & epithematis capiti applicatis, & unctionibus in diuturnioribus maxime sequentibus.

Epithema ad cephalalgiam.

Accipe ungenti irini, peucedani, castorij, singulorũ drachmã unam, baccarum lauri drachmas duas, uirgultorũ rutæ drachmas quatuor, concinna cum cerota rosacea, derasoque capiti impone uniuersum. Mulier præterea quædam in hemicranicis sequenti usa medicamento, omnium ferè per ora uolitans, probum sibi nomen parauit. Radicem ea cucumeris syluestris uiridem in tenues portiones dissecans, pariter & absinthium in hydrelæo (hoc est oleo diluto) coxit usque ad liquefactionem atque cerotum, & hydrelæum quidem calidum mediocriter parti affectæ applicuit:

Historia de quadã muliercula, uno medicamento omnibus succurrẽte.

cæterum radicem & absinthium terens, & mollificata emplastri more imposuit: quo solo medicaminis præsidio, quotquot hemicrania corripiebantur, siue absq; febre siue cum febre, curauit. Quod si aũt exacerbatio adeò magna superuenerit, ut nequeat languens tolerare dolorẽ, utendũ fuerit his quæ solari, lenire, & excernere possunt. Cuius generis fuerit illud:

Vnguentum pro cephalæa.

ACcipe succi peucedani drachmas sedecim, succi papaueris, anisi, hyoscyami, croci, myrrhæ, scammoniæ, singulorũ drachmas duas, aceto excipe, & redige in trochiscos. Cæterũ cum uti uolueris, aceto aut posca perũge crassis humoribus aut flatuosis spiritibus affectos. Et dropace cõ similiter unguento, & sinapismo utendum, quiq; è thapsia cõstituitur orbiculo. Atramentum præterea scriptoriũ in hac caussa peradmirandũ habetur amuletũ: quo quidẽ in hac affectione constitutis utendũ, quemadmodum infra de cõpositis dicet. Sed & illud admiratione dignũ est medicamentũ, illis qui dimidia capitis parte propter crassum & uiscidũ humorẽ dolitant: Euphorbij medimnũ unũ, & castorij tantundẽ aquæ inserito, & in aurẽ affectę partis indito: ad hæc balneũ quoq; ingredi præcipito, neq; adeò longa in eo mora facta, sic ipsum sumito, & solito more lauato: eo quippe modo nõ semel probatum experientia est. Neq; tamen alienũ sit, & in oleum eadem missa auribus instillare: & quæ in ischiadicos scripta sunt, etiam diuturnæ cephalalgiæ & hemicraniæ succurrunt.

Amuletum cephaleæ suspiciendum.

Ad Hemicraniam diuturnam.

SVmantur allij drachmæ quatuor, ceræ drachmæ duæ, adipis ueteris drachmæ duæ, cantharidum totidem, & uesperi emplastri more imposita per noctem sinito, manè uero aperi ac disrumpe uesiculam, & perhumidis medetor. Aliud: Accipe baccarum lauri cortice exutarum drachmas duas, foliorũ rutæ tantundem, sinapis drachmam unam, aqua macerãs cataplasmatis modo illinito. A frigidis uero caussis, dimidij capitis dolore perturbatis, tam utilissimũ est præsidiũ, ut sæpenumero semel modò inunctũ sub balneũ, confestim medeatur affectui, ita quidem ut à lauacro integræ sospitati restituat. Fit aũt hoc modo: Accipe olei sabini librã unam, ceræ uncias tres, euphorbij unciã unam, quo dimidiatã frontis partem, secundũ tempus uidelicet musculorũ, illinito. In quibus uero nõ multa frigiditas exuperat, gallæ & crocomagmatis æquales mensuræ partes uino maceratas inunge. Sed quibus calidi uapores, aut gelidi humores capitis dolorem inferũt, caue quicq; medicamentorũ ex euphorbio offeras.

Si hemicrania è gelida caussa

Euphorbium nocet calido uapore, uel frigido humore caput dolentib.

Apophlegmatismus cephaleæ.

SVmito sinapis triti ac macerati aceto & melle uncias quatuordecim, herbę pedicularis syluestris drachmas quatuor, pyrethri tantundẽ, incisa, cribrata, tersa in sole, conchylijs reconde. Quod si ex bilioso humore aut intemperie quadam capitis dolor (quam cephalæam dicunt) diutius perennauerit, ijs quæ mox de cephalalgia præscripsimus, utendum. Si uero dolor ne his quidem peractis cedat, cucurbitulis hirudinibusq; reli-

Si ex bile caput afficitur.

ctis, confecta per arterias egestione, non absurdū fuerit etiam post aures sectione arteriarum uti. In humidioribus uero, balnea quoq; naturalia, & sua sponte scaturientia, magna utilitate adhibentur.

De agitatione mentis, siue phrenitide. Cap. VI.

VAcillatio mentis (quæ græce φρενῖτις dicitur) est panniculorū cerebri inflammatio, nunc quidem ipso cerebro pariter inflammato, nunc uero præter naturam caliditatis abscessu, incidens. Trahit autem morbus originem, aut ex sanguinis redundantis copia, aut immodico flauæ bilis humore, aut flaua etiam bile nimiū assata & torrefacta, iamq; in nigriorem tendens, unde uehementior grauissimaq; dementia oritur. Nonnunquam & per consensum hæc quoq; passio occurrit, cum uidelicet cerebrum syncipiti compatitur, propter disseminatos hinc inde in ipso neruos. Si uero per summos urentissimarū febrium uigores, non propria cerebri affectione, sed per consensum mentis alienatio accidit, nō phrenitis, sed delirium modo (quā παραφροσύνην nominant) est. Comitatur autem peculiariter phreneticos magna quidem parte peruigilium: nōnunquam tamen inquietus & turbulentus quidam somnus, ita ut subinde exurgāt, exiliant, & ceu œstro agitati uociferentur: alij quidem ob sanguineū humorē præpollentem, cum risu: alij uero propter flauam bilem cum temeritate & cōfidentia. Quemadmodū igitur ij qui atra bile uexantur, sic etiam qui mentis uacillatione laborant, cum desipientia & incohibiliter obliuiscuntur nō solum eorum quæ à seipsis dicuntur, sed etiam perpetrantur, oculosq; sanguinolentos præferūt & lancinant, nunc quidem squallescentes, nunc uero illachrymantes, & inediam patientes. Redditur præterea lingua eorum asperior, & ex naribus sanguinis profluuia oriuntur, & floccos auellunt, & sarmenta stipulasq; legunt, & per omne morbi tempus grauiter febriunt, febre in profunditate maligne latente: pulsus ad hæc paruos & obscuros habent, cum quadam etiam duritie cōiunctos: accedit respiratio magna & rara, cerebro primogenia affectione laborante. Si uero per consensum mentium uacillatio oriatur, respiratio erit inordinata, conuelluntur præcordia, & caloris satis habent. Qui rursus propter cerebrū apud se non sunt, calores in uultu, sanguinē & refertas uenas præferūt. Quod si bili pituitosus humor copulet, ut caussam mixtā id malum, sic et appellationē habet cōpositam, uigilem enim somnū (quod κῶμα Græci dicūt) appellant. In uniuersum quidem, bilioso prępollente humore, uigil phrenitis fit: insaniūt enim eiusmodi uigilantes. Pituitoso contrà superante, grauioris somni modo sopiunt: ipsumq; hoc malū antiquiores Galeno medici, uno ore Catochon appellauerunt.

Paraphrosyne — *Notæ phrenitidos.* — *Coma.* — *Catochos.*

Curatio amentiæ phrenitidis ue.

SI per languētis uirtutē tutum fuerit uenā in cubito incidere, mature & frequenter detrahere expedit. Quod si sic affectus delirās, manus exhibere detrectet, aut licet eam exerat, periculū timorq; sit, ne post euacuationē sanguinis, lancinata sæpenumero manu, ex eo furenter perturbetur laborans,

laborans,uenã in fronte ſecantes rectam,ſemel quod ſatis eſt, auferemus, clyſteribusq́; utemur,& quę ex oleo uel roſaceo cum cremore ptiſanæ conſtant enematis. Peruigilio uero ſuperante,roſaceo aut oxyrhodino etiã caput inungemus. Nõnunq́; etiam uigiliã prius aqua calida elicientes,medicamentũ ex papauerũ capitibus compoſitũ propinabimus, niſi imbecilla corporis uirtus inhibeat. Reliqua uero quæ uigilias abigunt, ex ſuperioribus huc transferenda ſunt. Decũbat aũt langues in loco tum luce tum temperie mediocriter diſpoſito,& diuerſis imaginũ picturis diſtincto, in quẽ nõ niſi intimi quidã et acceptiſſimi neceſſarij ingrediant̃,qui laborantẽ nõ importune interpellent,ſed nõnunq́; leniter & manſuete conſolent̃, nonnunq́; uero auſteriuſcule deterreãt. Præcipuũ aũt alimentũ, mulſum eſt: mox deinde cremor ptiſanę,et ex alica ſorbitiones cum ſuaui aliquo potu, uerbi cauſſa, ex melle, aut aqua roſacea, aut rhodomalo, aut dulci hydromalo: Nam hydromalũ quod ex Cebyra exiguis uaſculis importatur uinoſum, uitandũ eſt,in huiuſmodi plus nocumenti quàm uinum efficiens, & maxime in his quæ circa caput, & ante concoctionem. Lotum aqua panem exhibeamus. Intyba item, & lactucas elixas. Quod ſi immenſus infeſtarit feruor, hæc cruda ſunt applicanda,cucumeris medulla, & peponis, & conſimilium. Aqua uero gelida ſic affectis abſtinendum eſt, potiſſime ſi non primigenius affectus, ſed per conſenſum mentium affectionis cauſam deprehendamus. Deinde ſi lotium ipſis,ut ſolet per dementiam,retineatur, facientes teporem calido hydrelæo, circa pectinem atq; ueſicam, deinde & impoſitione digitorum manus ſecundum loca prementes,excitemus urinæ profluuium. Calido prętere a oleo reliquam corporis molem decũbentibus ipſis perungemus:& ne ſurſum uerſus agitent̃,pro uirili cauendũ eſt: ſi quidẽ opulenti fuerint amẽtes, miniſtrorũ cuſtodia obſeruentur: ſin aũt inopes,uinculis conſtringant̃. Inordinatus quippe motus uirtutẽ debilitat. Alia quoq; ratione exantlati,uinculis pedes ligent̃, & antiſpaſis cauſſa cõtrectent̃. Si aũt lõgior ac difficilis ſolutionis fuerit affectio, ab illis quę capiti officiũt ſummopere abſtineant. Applicanda ſunt aũt embrochis quæ capiti adhibent̃ diaphoretica,cuius farinæ eſt ſuccus mentę, aut ſerpylli,aut nepetæ,aut rutæ. Ἐρίνοις præterea tunc utendũ: ſed poſt ſeptimanã,ſi uiſcera inflãmata fuerint,ex ſemine lini,& hordeaca farina, cũ oleo formato cataplaſmate,mitigemus. Ad hæc præterea cucurbitulas leues,& ſine ſcarificatione, aut etiã conciſa antè ſcalpello cute ijs ipſis imponamus,& ceruici ac ſpinæ. Quod ſi corpus uehementer ſiccũ & ardens uidebitur,& ſi adhuc febricitet, balneis quoq; ex aqua potabili & unctione largiori utendũ: & uinũ tenue nullarũ fermè uirium,id quod aqueũ dicũt, ad recuperationẽ uirium exhibendũ eſt, nihil morantes ex ipſo orituram (ut ſolet)mentis alienationem: aut enim uigore exiſtente omnino non fit, aut iam facta facile deſiſtit, aut procedẽte declinatione αἰώραις, et decenti cõmeatu utendũ eſt. Cęterũ mẽte captorũ unctiones iterãdę ſunt: prohibẽdi item à temulẽtia,ira,ciborũ corruptela,atq; prę alijs omibus ęſtu ſolis.

Victus mente captorum.

Ineptæ motiones uires deijciunt.

De phlegmone cerebri. Cap. VII.

TAnta ſæpenumero inflammatione cerebrum opprimitur, atq; in tumorem etiam adeò attollitur, ut teſtæ cõmiſſuræ in capite diſtendantur diſpalenturq́;, qui dolor omnium fermè grauiſſimus eſt & diuturnus, quem ingẽs quoddã faſtidium comitat̃, rubor multus in uultu cum tumore elucet, oculi proterui & exerti reddũtur, caput ipſum deniq; in molem ſeſe attollens intumeſcit.

Curatio phlegmones cerebri.

VEna ſic affectis principio ſtatim incidenda, uaſa euacuãda, in naribus & uaſis ſub lingua poſitis ſanguis exhauriẽdus. Vtere præterea aduerſus id genus inflãmationes capitis, embrochis cum cataplaſmatis, tum 1
humectandi tum maturandi facultatem habentibus.

De ignitis rubedinibus cum inflammatione (quod Eryſipelas dicunt) cerebri. Cap. VIII.

Ignis ſacer.

ORitur in cerebro quoq; eryſipelas, quẽ noſtri ignem ſacrum interpretantur: cui malo obnoxius patitur eiuſmodi: Afficitur caput uniuerſum, uidetur flãma occupare totũ, uultus uero in hac affectione cõſtitutis gelidus et ſubpallidus eſt, areſcit omino os.

Curatio eryſipelatis cerebri

Ad hunc igitur modum habenti, ante omnia ſanguinis detractio, maxime uero de ijs quæ ſub lingua ſunt uenis, conducit, quoniam malum multo leuius reddit. Quæcunq; præterea frigorificæ facultatis ſunt, cumprimis & intrepide exhibere conuenit, & quorũ in alijs pariter ignitis cum inflammatione rubedinibus, non eſt incõmodus uſus. 2

De ueterno, qui λήθαργος Græcis dicitur. Cap. IX.

PRofundus quoq; & inexpugnabilis ſopor, quẽ ueternũ dicũt, eius partis quædam noxa eſt, in qua ratiocinalis collocatur potentia: eundem quippe quẽ phrenitis locum, cerebrũ inquam, occupat: ſed contrariam omnino illa inexcitabilis dormiendi neceſſitas cauſſam habet & materiam, pituitam ſcilicet, humidum & frigidum humorẽ cerebrũ irrigantẽ, & in ſomnũ cogentẽ. Comitat̃ aũt ueternoſos lenta quædã & ignaua febricula, non admodum mordax cum delatione in ſomnũ profunda, quam κατάφορὰν Græci uocant. Pulſus porrò illorũ cum magni, tum rari, tum ramoſi: reſpiratio uero nimis anguſta et imbecilla: ſomnolentiq; perpetuò ſunt, deſidioſi, ignaui, ęgre interrogãtibus reſpondentes, obliuioſi, dementes, oſcitantq; crebro, & aliquandiu ore aperto manent, quaſi id claudere obliti. Deijciũt aũt per aluũ plures quidẽ humidiora, quibuſdã uero contrario modo uenter areſcit. Lotiũ præterea iumentorũ inſtar meiere cõſueuerũt. Nõnulli porrò tremunt & undiq; ſudant.

Lethargi ſatellitium. 3

Cari & ueterni diſcrimen.

Cæterũ caros ex eadem lethargi materia proueniẽs, eo tantũ ab illo diſſidet, quod in caro præcedit febris uehemẽtior, in lethargo lenta quædam & ignauior ſequitur: quodq; carus alijs aliquot ſymptomatis ſuperuenit, febriũ puta exacerbationibus plerũq;, & comitialibus, & coarctationibus cerebri, nũc quidẽ fracta caluaria, nũc uero pellicula anteriorẽ cerebri partẽ ſeruãte. Verũ lethargus peculiarẽ quandã habet conſtitutionẽ. 4

Curatio lethargi.

PRincipio uiribus ægri permittentibus, uena incidenda est: non concedentibus aũt, acrimonia nõ uulgari clysteribus utemur. Hoc malo correptũ, in ædibus amplis, & mediocrẽ lucis splendorẽ obtinentibus, decũbere mandabimus: ad hæc caput ipsius, oleo adiecto interim & castorio, embrocha irroremus. Neq; desunt qui olei loco oxyrhodinũ cum castorio usurpant, roborãtes & calfacientes per hoc caput: reliquã uero uniuersam corporis molem, & maxime extrema, oleo ueteri illiniẽtes, cum nitro cocto, aut pyrethro, aut pipere, aut grano Gnidio detergunt. Potest uero quis & cerota ex illis unà cum castorio facta uti. Odoramẽta præterea offeremus, thymũ, aut origanũ, aut pulegium, aceto macerantes. Os porrò ipsum, & partes circa cœlũ, hoc est palatũ, illinito, sinapiq; trito cum exiguo mellis, tentatum, glomeratã digitis eijcito pituitã. Quod si assumpserint, & apophlegmatismo utitor, oxymelite cum hyssopo, pulegio aut origano, aut ipso etiã sinapi. Propinabis deinceps nõnihil eorũ quę ocyssime penetrãt, præsertim diospolitici quantũ capit cocleariũ unum, cum posca. Porrò in diuturnis tremoribus exhibendũ est castoriũ scrupulorũ duorũ aut triũ pondere. Vbi uero humorũ extiterit nimietas, neq; quicq; aliud prohibet, scammoniã unius scrupuli põdere castorio applicabimus. Perseuerante uero etiamdũ affectione, salibus, milijs, & cõsimilibus lineo sacculo inditis, derasum caput calido fomento fouere expedit. Ad hoc et sinapismis secundũ caput & sternutamentis utendũ: deinde cucurbitulæ ceruici sunt admouẽdę, aliquãdo leues cum multa flãma, quãdoq; uero incisa scalpello cute. Naturaliũ interim excretionũ nunq; obliuisci cõuenit, cum earũ quæ per sanguinẽ, tum quę ciendo lotiũ fiunt. *Excrementorũ semper habenda est ratio* Irrigato aũt pectinem oleo rutaceo, aut Sicyonio, cum exiguo castorio. Crebrius uero & accuratius memoriæ suggerẽda est potio, calidę aquę cõfundentes quippiã suauium potionũ, præcipue ex melle bombiliorũ. Et sicubi in medio quoq; quædã extiterit phlegmone, & huic sanè embrochis & cataplasmatis medendũ. Cæterũ in hoc etiã naribus sinapi aceto liquefactũ, aut castorium combustũ, admoueto. Ptisanæ prẹterea cremore, aut cromi aut alicæ, cum aceto mulso, aut sale aut pulegio alantur, nõnunq; quidẽ quotidie, interdũ uero alternis diebus: sed post alimentũ puincendi sunt, siue partes extremæ quamplurimũ percellendæ: pungenda item crura, pili nõnunq; euellendi, uiolentius excitãdi gratia. Atqui rubores fœmorũ, crurũ, brachiorum, sæpenumero præsidio sunt. Declinante uero iam affectione, alterna subleuatione reclinationeq; utendũ, atq; in balneũ ducẽdi, & refectrix deniq; educatio cõuenienter assumenda est.

De catocho & peruigili comate.

IAmpridem sanè in capite de phrenitide huius morbi rationẽ perstrinximus. Cæterũ notas quidem in uniuersum dicendo habet cum phrenitide ac lethargo aliquo modo communes, sed ex ea quæ præpollet materia uariantes. Priuatim uero has notas catochon habet: Corripitur laborans repẽte supinus, expansus, et aliquãdo quidẽ subtumidũ et mediocri=

ter pallidum habet uultum, lethargicis perſimilem: quandoq; uero & rubor in ipſorum uultu effloreſcit, tunc ſanè ſurſum uerſus palpebra ipſorũ cõuelli uidetur, & extare ita, ut nequeant conuenire oculi: neutiq; uero uidetur reſpirans, ſed tanquã extinctus iacet, porro paruum atq; obſcurum retinet arteriarũ pulſum, & uehementer denſum: urinæ quoq; & aluus cohibentur, uel exigue feruntur. Alij quidem mediocriter habentes, liquore quopiã infuſo abſorbent: alij uero malo ſuccũbentes, reijciunt per nares. Eos igitur qui pituita ſuperante bilem coaugmentãt, à lethargicis ſeparamus, quod neq; intumeſcunt, neq; liuido corpore, quemadmodũ lethargici, ſunt, niſi parumper: ſudant item modice. Moleſtiores uero longe deprehendunt, 1
quos uigilia multa infeſtat, & lotia nõ procedunt, & ſuſpiriũ interruptũ intendit, atq; ſudor erumpit: quibuſdam potus in nares ebullit. Quod ſi mulier eo malo correpta deprehendit, diſcernet ab obnoxia uterina ſuffocatione, qd ſecundũ naturã uidetur iacere, ac ea quæ dicunt percipere, & nũc exurgere, nunc denuo recũbere. Ad hæc alium quoq; ac diuerſum catochon à uigili ſopore ac comate tradunt, nõ compoſitã, ſed ſimplicem quandã cauſſam habentẽ, frigidiorẽ quippe & aridiorem materiã, quæ oppleto & obturato poſteriore cerebri ſinu, affectionẽ hanc efficit, in qua ſubito deprehenſus obrutusq; laborãs protinus in eadẽ forma permanet, in qua correptus eſt: uerbi cauſſa, ſtans, aut ſedens, aut cõniuentibus 2
ac clauſis oculis, aut reſpiciens: quapropter uetuſtiores Græcorũ Medici,

Catochos unde nomen habeat

ἀπὸ τοῦ κατέχεσθαι, (qd eſt detineri & occupari) catochon, & in eo malo cõſtitutos κατεχομένους nuncupauerũt. Recentiores uero fœminino genere, ſed nõ

Catoche & Catalepſis.

diſſimili ſignificato, κατοχὴν, & κατάληψιν, quaſi detentionem & deprehenſionem dicat aliquis, nominauerũt. Curatio cuius perſimilis quidem prædictis eſt, ſed ſymptωmatũ differentijs ab ijſdem dirimit ac diſcrepat.

Curatio catochi.

IN præſenti igitur malo phlebotomiam, quod eſt uenæ ſectionem aggredi inprimis expedit, potiſſimũ in quibus facies rubicundior exiſtit, uirtute corporis permittente: proinde clyſteribus utendũ, nunc quidem 3
pituitam, modum naturæ excedentem ſuſcitantibus, nunc uero bilem redundantẽ placantibus. Pari modo aliorũ quoq; præſidiorũ ratione utendum, eodemq; pacto nutrire cõuenit: aliquãdo quidẽ quotidie, aliquando uero alternis diebus. Quandoq; uero ualde periculoſus eſt affectus, ſi modò per aliquod cibi aut potus delictũ fiat, in quibus uomitus quamprimũ uel ui quapiã prouocandus eſt, & circa confidentiam, quã ſyſtolen dicũt, obſeruandũ: aluus quoq; excitanda: uiſcera item embrocha cymini aut ru-

Si Catochus ex temulentia.

tæ irroranda. Cæterum qui ob temulentiam ea affectione corripiũtur, ijs ſimulatq; uinolentia diſcuſſa fuerit, humidiori alimento medendum eſt, cuius generis ptiſanæ ſuccus cenſetur: ad hæc caput quoq; ipſum mutuis 4
illinitionibus humectandum: ſi quidem æſtas fuerit, frigorificis: ſin uero hyems, tepidis. Atqui ſi crapula minime ſoluatur, neq; ad ſobrietatem reuertantur, his tanquam deploratis manum medicus non adhibeat.

De me-

De memoriæ iactura, & ratiocinationis labe, & Caro, quod est sopore: & Morosi, hoc est fatuitate. Cap. XI.

FIt quandoq; memoriæ labes iacturaq; per se: cōnectitur illi nō nunq; etiam quædam ratiocinationis & mentis labecula. Dico aūt ratiocinationis & mentis, eam intelligens hominis partem, in qua uis ratiocinandi (quam λογιστικὴν dicūt) consistit. Labes aūt ipsa, primo per se solaq; contingit: Deinde comitem habet memoriæ iacturā, appellaturq; id malum μνήμης ἀπώλεια, quod est memoriæ interitus. Verū utraq;, mentis scilicet & memoriæ, parte male affecta, Morosis, id est fatuitas, est. Sortiūtur uero hæc omnia capitis incōmoda ex malo temperamento illic hęrente, caussas. Quod si udum modò fuerit, tum mentis, tum memorię afflictionē, & hebetudines, torporesq; (quas νωθρότητας Græci dicunt) & grauiores somni impetus atq; accessus, (quas καταφορὰς ijdem appellitant) & alios deniq; prolixos somnos inducit. At si humori frigus quoq; accesserit, non tam caros, id est sopores, q̃ lethargū, hoc est ueternum. Non dissimili etiam modo cum sola affuerit ariditas, uigilias tantū: si uero ariditati accesserit feruor, deliria & phrenitides conciliat. Cæterū mala hæc tēperamenta nunc quidē in humoribus, nunc uero in cerebri cauernis, aut finitimis uasibus, aut in cōuellente humiditate, aut in ipsius cerebri corpore, aut temporū deniq; musculis quippiā horū patientibus, cōsistit. Si quādo uero humores inter sese cōmiscentur, eiusmodi quoq; affectionem afferūt: sed simplex ne an cōmixtum efficiens temperamentū sit, ex eorū quæ egerūtur specie facile deprehendes. Cæterū memoriæ & ratiocinationis iacturā frigoris esse prolem non ignoramus. Si insuper cum humiditate & ariditate hoc contigerit, id quidē tum ex egestionibus, tum ex laborantis habitu, tum tēperamento, tum uictus ratione, tempore item ac regione deniq; liquidò datur cognoscere.

Μνήμης ἀπώλεια.

Μώρωσις.

Curatio.

SI gelida quæpiam fuerit intēperies, calfacienda est contrarijs medelis cōtinuo: sed si humiditas accesserit, etiam siccāda: si cōtrà ariditas coniuncta sit, humectare pariter & calfacere cōuenit. Eodem præterea modo ubi calida distemperatura affuerit, refrigerandū: si uero & ariditas accesserit, humectandum: sin aūt frigiditati humor accesserit, tam refrigerare, quàm arefacere conducit. In quibus uero sanguinē plus iusto abundare cōperies, uenam incidere, uel clysteribus acribus uti, deinde hierā propinare, tum apophlegmatismos usurpare, oportet. Circūlinitiones porrò capitis, oleo, calorificis & siccantibus rebus adiectis, exhibeto: rosis inquam, myrrha, lentisco, & huius farinę cæteris. Ad hęc uniuerso etiā corpori accurate prouideto. Quod si insuper ex feruore et labore id mali scaturit, embrocha ex aceto rosaceo, caput de more perfundito. Et reliqua uiuendi ratio infrigidandi humectandiq; naturam habeat, & in alijs quū esculentis tum poculentis eadem uis contineat. Quinetiā si Carus, Morosi aut obliuioni superuenerit, tunc quoq; prospiciendum, quemadmodū paulò ante de lethargicis tradidimus, ubi eorū etiam discrimen ob oculos posuimus.

Cōtraria cōtrariorū sunt medicamenta.

De uertiginosis, quos Græci σκοτωματικοὺς dicunt. Cap. XII.

Fit affectio uertiginosa magna ex parte, cum cerebrū gelidi glutinosiq́ humores occupauerūt: quapropter ea correpti, quantumuis leui de caussa facile concidunt, ut si quando uiderint extrinsecus circumagi aliqua, uerbi gratia rotas, uortices, turbines'ue: uel si ipsi quoq́ circūagantur: interdum uero quum capite feruent, cōmotis in eo humoribus, aut etiam spiritu, seu flatibus. Nōnunquā uero coarctatis in angustum anterioribus cerebri cauernulis, secundū foramina cranij rupti, ex quibus sanè uehementissimi dolores oriūtur. Præcedit aūt in primigenia affectione capitis dolor uiolentus, & caros, sonores & sibila auriū. Læduntur etiam nōnulli odoratu: nec desunt quorū offendit gustus: quosdā uero per cōsensum ostij uētriculi sequitur cardiogmus: comitantur etiam nō raro nauseæ. Curatio.

VErtiginosi qui sunt in augmento affectionis cōstituti, concinnis odoramentis, frictionibus, ac consimilibus excitandi sunt. In relaxatione uero, ad refutandā affectionē sanguis ante omnia detrahēdus, deinde purgandū hiera picra. Affectione aūt in statu existente, clystere acriori utendum, centaurij aut colocynthidos, id est cucurbitulæ, decocto. Præmissis hisce uniuersi corporis euacuationibus, capiti topica, hoc est localia remedia sunt adhibenda, puta cucurbitulæ circa ceruicem scarificatā: post hæc apophlegmatismis & sternutationibus utendū. Quos uero calor capitis et auriū tinnitus molestat, ueluti quū uapores calidi per arterias ascendūt, etiam arteriarū post aures incisio adhibenda est, ut de Chirurgicis dicet.

De morbo comitiali. Cap. XIII.

Comitialis, quā ἐπιληψίαν Græci uocant, cum totius corporis conuulsio fit, non sine nocumento principum effectuum, quandoq́ in ipso quidem cerebro consistentem habet caussam: nōnunq́ uero in cerebri cauernis omnibus. Morbi autē huius caussa est, sæpe quidem numero pituitosus, sæpius item melancholicus humor. Cæterum nō primigenio semper affectu, sed & per consensum, quā συμπάθειαν Græci uocāt, puta ostiū uentriculi, quē stomachū dicimus, accidit, quēadmodū in Colicis, ceu in illorū sermone explicabimus. Nōnunq́ certe ex suppeditatione aliarū corporis partium, aura quadā frigida ad cerebrū ueniente: interdum quippe à cruribus seu brachijs: interdum uero ab ipsius manus digitulis. Visa est nōnunq́ & à locellis in quadam muliercula, eo puta tempore, quo uterū gerebat, prouenisse: cæterum ei à partu illico ualedixit. Accidit porrò huiusmodi affectus præcipue pueris, & longe frequētius recēter in lucē editis: post hos adolescentibus, & adultis qui sunt in ætatis flore: minime uero senibus & decrepitis. Præcedit insuper epilepticos quū corporis tum animæ seditio quædā inuoluntaria, & mœstitia, & eorū quę perceperūt obliuio, & insomniorū uisiones turbulentę, dolor capitis, et cōtinua eiusdē saburratio, subiracundia maxime: pallor item faciei, & linguæ inordinatus motus: nec desunt qui eam mordēt. Quibusdā uero

Caussa comitialis.

Historia.

Comitialis quos infestat potissimum.

uero à ſtomacho, & tremor oris ſtomachi pręcedit, & turbatio, & eroſio: & in ieiunijs, aut diutina abſtinentia ingruit: ſed imminente iam ſympt⍵mate ſubito concidunt, conuelluntˋ, anxietate quadam graui tantũ nõ exanimantur, & uociferantur interdum. Præcipuũ uero ac maximũ eius mali inditium eſt, oris ſpuma, quũ cætera cõmunia quodãmodo ſint & in alijs morbis. Quibuſdã uero ex illis nolentibus uolentibus cum lotiũ tum oletulum egeritur. Neqꝫ deſunt quibus genitale ſemen effunditˋ. In quibuſdã itaqꝫ grauiſſima exiſtente affectione, protinus interficit cõtinuitate exacerbationũ, & ſympt⍵matis uehementia. Cæterũ magna ex parte is morbus longus eſt, ita ut ſi non in pubertate, aut mulierũ expurgationum, aut concubitus tẽpore ceſſauerit, aut ſi poſt hoc tẽpus permanſerit, plerunqꝫ uſqꝫ ad mortis diem comitatur, niſi peraccõmoda remedia ſuſtulerint. Arguit aũt comitiali correptos, ex aſphalto, aut gagate lapide, aut cornu caprino ſuffitus: comeſtum item iecur hircinum, aut odor cocti iocinoris.

Curatio morbi comitialis.

QVod ſi comitiali correptus fuerit etiamdum infans, nullo planè medicamine ſtudebimus neqꝫ ſuccurrere neqꝫ ſatagare: ętatis nanqꝫ mutatione in bilioſius & aridius, & dietę in tẽperantius ac frugalius, ſua ſponte plerunqꝫ iſthæc affectio ceſſat. Oportet aũt circa infantes & lactentes pręcipue uictus rationẽ obſeruare. Porrò qui poſt primã pueritię ætatem incidunt in epilepſiam, eorũ conuulſas corporis partes irrigare, cõtinere, & in ordinem quendam redigere oportebit, deinde aperto ori, digitũ aut pennam oleo irino perunctam admouere, ad extrahendam pituitam. Ad hæc odoramẽtis ſenſus excitãdus eſt: uerbi cauſſa, peucedano, cyrenaico ſucco, aſphalto, pice cedrina. Poſt acceſſiones uero (niſi quid prohibeat) ſanguis è cubito mittendus eſt. Acceſſione uero nihil remittente, extremis corporis partibus ſinapiſmũ adhibe, cucurbitulamqꝫ præcordijs applica. Quod ſi hæc omnia nullæ ſequantur feriæ neqꝫ induciæ, exigua ſpes deinceps habenda eſt. Confidenter autem medicus caſtorium ori laborantis infundat, & liquorem cyrenaicum, cum melle & aceto: per ſedem immittito decoctum centaurij uel colocynthidos. Exurgentes uero à comitiali paroxyſmo, poſt refocillationẽ purgatione hieræ euacuari debent, quę utiqꝫ recentis et acutæ comitialis præſens medela eſt: deinceps uero quæcunqꝫ ad arcendum & deſtruendum diutinũ morbũ faciunt, exhibeamus. Affecti uero potatione aquæ quamdiutiſſime continendi ſunt. Exorſi curationem à ſectione uenarum, ſi nihil aliud dehortetur: deinde relictis quatuor aut quinque diebus, reficiendum eſt corpuſculum, ac tum deniqꝫ medicamento purgante euacuandũ, maxime autem ueratro nigro, aut colocynthide: ſin uero minus, ſcãmonia. Conuenit aũt ueratrũ abſqꝫ medulla inciſum et maceratũ inſpargere mulſi cyathis quinqꝫ aut ſex, uel melle decocto reficere cum exiguo pipere, colocynthida uero ſemine eius abiecto, medulla aũt ſeruata, paſſo implere decet, & ſinere ſolidã noctẽ, matutino uero paſſum miſcentẽ in potu præbere, aut candidi ueratri medicamentũ

Epileptici uino abſtineant.

purgans uſurpandum. Eſt aūt id eiuſmodi: Baccarū lauri purgatarū, piperis albi, alypiadis, ueratri albi, uniuſcuiuſq; drachmas octo, hęc quidem exhibebis in una doſi cum dulcore qui eſt in colocynthide, pulchre quidem purgat per uomitū. Vbi uero quantum res poſtulat expurgatū eſt, lauandi ſunt: tertio uero die cucurbitulę præcordijs & ſcapulis, cōciſa ſcalpello cute, ſunt imponendæ. Poſt hæc ſuperſedentes aliquot dies, & corpuſculum refocillantes, hiera quæ è colocynthide conficitur, cōmouendi ſunt. Quibus peractis, deinde ſanguis per cucurbitulas è capite & ceruice detrahendus eſt. Sequentibus uero diebus, laboranti panis in mulſo decoctus, cataplaſmatis inſtar applicandus, mollificatus & contritus amy- 1
gdalis amaris, aut ſerpyllo, aut menta, ſiue nepeta, ruthá ue. Cæterum id per dies tres agendum. Poſtea aridum quidem caput peucedani cremore cum aceto mixto, in quo ſpondylium ſit elixum, perungito: rurſus tum ſpacio interpoſito & corpore refecto, miniſtra quod è colocynthide conſtat antidoti obulos nouem in aqua mulſa, & interpollatis diebus iterum exhibe antidoti obulos tres, mox inde ſternutamentis utere. Poſt uero quinque aut decem dies, caſtoreum in mulſo propina. Quiete tum denuo intercalata, lauabis clyſtere qui centaurio & colocynthide conſtat: rurſum deinde hieram ſuppedita, & apophlegmatiſmis deinceps utere,

Drimyphagiæ

& purgantibus nares. Ad hæc ſinapiſmo capitis & drimyphagijs, hoc 2
eſt cibis acrioribus, ciendę uomitioni natis, tempeſtiue & in loco utendū. Confert illis quoq; oxymel ſcylliticum quotidie epotum: atq; mel in quo ſcylla ſit liquefacta, menſura cochlearij. Victus porrò ratio illis expedit quæ incidendi extenuandiq; facultatem habet: Proinde & capparis aſſidue commanſa, & ſalſamentum, conducunt. Abſtineant uero à carnibus, leguminibus, & uino immodico. A libidine item immoderata, balneiſq;, & ſinapi, potatione confeſtim à balneo, potiſſimum meri. Vtantur uero exercitationibus fricationibuſq;: poſt omnium partium corporis frictionem, caput quoq; confricandum eſt.

De malis à ſtomacho prouenientibus. 3

QVod ſi præcipuus in ſtomacho ſit dolor, ægrotum reſtituendæ digeſtioni intentum eſſe oportet, circiter tertiam horam panem accurate præparatum aſſumere, ex uino diluto modice aſtringente, & albo. Exhibebimus uero ijs medicamentum ex aloë, bis aut ter quolibet anno. Noui quandoq; puerum (inquit Galenus) nunquam ſanè comitiali morbo correptum, quandiu radicem glycyſidis, quam pœoniam nuncupant, magnam & recētem ſuſpenſam collo ferret. Præterea & agarico, eo morbo oppreſſis, ſuccurrūt. Seſeliq; ac ſpondylij tum ſemen tum etiam radix. Necnō & ariſtolochia rotūda cum aqua ſumpta. Opitulatur aūt magnifice ijs ſcarificatio cruriū ſine intermiſſione iugiter facta. 4

Radix pæonia alligata collo comitialē arcet

De comitialibus ab aliqua corporis particula prouenientibus.

IMminente iam ſymptωmate, quum laborat aliqua particula, ſiue pes uel manus ſit, oportet laqueo brachiū aut tibiā fortiter ligare. Sed in quietis

& re-

& relaxationis tempore remedia adhibere, adurentiũ quippiam medicamentorum (quæ καυστικὰ dicuntur) affectæ parti admouentes, cuius farinæ lepidium est, aut quod ex cantharidibus consarcinatur, & id genus consimilia. Iulianium porrò oxymel in ea affectione constitutis præsentissimam opem adferre consueuit, particulatim cõmouens materiã. Post omnia aũt quæ recensuimus, ferina quoq; & naturalia sponteq; sua emergentia lauacra locũ habent. In uniuersum uero uitæ suæ tempus, caueant summopere à cruditate, neq; cibum unquam ante digestionem capiant, crassi item humoris edulia, diutinam cibi intermissionẽ, cõmotionem turbulentam, multam uinositatẽ, & potionẽ (ut diximus) confestim à balneo, præcipue merum, uina perantiqua & crassa, acria odoramenta, & quæcunq; deniq; caput lædũt & infarciũt, uitent cane peius & angue. Fixis prӕterea oculis ex alto nunquam prospiciant, diuturnam in balneo moram manibus pedibusq; fugiant, & capitis tandem exæstuationem.

Oxymel Iulianium.

Quæ uitanda epilepticis.

De melancholia, mania, insania'ue, & enthesiasticis, quod est, quasi numine, non secus quàm uates afflatis. Cap. XIIII.

MElancholia, id est atræ bilis agitatio, alienationis quædã mentis species est sine febre, quæ occupante cerebrum intellectus sedem melancholico humore, magna semper ex parte prouenit, nonnunq; ipsomet affecto cerebro, interdum uero uniuerso corpori affecto cõsentiente. Sed et tertia quӕdã melancholiӕ species est, quã flatuosam & turgidã hypochondriacamq; nominant, in phlegmone præcordiorum circa partes ad stomachũ attinentes consistens, quæ nunc quidem auras quaspiã uitiosas, nunc uero essentiæ humoris partem ad caput sursum mittunt. Cæterum eædem communesq; pariter omnium sunt notæ, metus, mœstitia profunda, hominũ odium & auersio. Sunt qui sese animantia quidem aloga, id est bruta & rationis exortia esse autument, & æmulantur uoces eorum: alij uero uasa testacea, & omnes strepitus, ne muscas etiam præteruolitantes dicam, expauescere & horrere consueuerunt: alij mortis desiderio tenentur: quidam contrà mortis metu atque fuga torquent. In aliquibus risum perpetuũ, & in alijs luctum cernere est. Sæpius usuuenit, ut nonnulli in ea affectione constituti, incitari maiore quodã numine uideantur. Vaticinantur interdum futura, haud aliter quàm diuinaculi et numine afflati, quos ἐνθεαστικὸς Grӕci priuatim, quasi deo plenos appellitant. Peculiares nunc melancholiæ notas assignabimus.

Tres melancholiæ species.

Signa affectionis huius communia.

Signa melancholiæ priuata & peculiaria.

SEd priuatim ea quoq;, eorum qui per consensum totius corporis melancholici sunt, argumenta censentur: Gracilitas corporis, nigredo, densitas, & nihil aliud esse q̃ melancholicum, siue natura, siue ex aduentitio fuerit, puta propter quasdã solicitudines, uel uigilias, uel uitiosi succi eduliorũ assumptionẽ, uel hæmorrhoidũ, uel muliebriũ deniq; mensiũ retentionẽ. Sed qui in eam affectionẽ prӕcordiorũ uitio incidunt, eos sanè cruditates, acidæ ructationes, feruor, hypochondrij ponderositas, arguũt: hypochon

drium quoq; cõuellit, & nõnunq; phlegmone incendit, idq; potissimũ circa mali exordiũ. Deinde ubi in maius malũ accreuerit, atræ bilis comitant symptωmata, quæ utiq; cõcoctionibus, aut separationibus, aut flatibus multis, aut uomitionibus, aut ructibus leuant. Nullo uero horũ aut paucissimis ex illis usu uenientibus, melancholica quę apparent signa, cerebrum per se atrę bilis humore affici insinuãt. Si quando uero præassata plus æquo flaua bile, in atram facta iam fuerit permutatio, μανίαν inferre assolet, in qua ferocius quàm in melancholia desipiũt, adeò ut si qui incautius circa eos uersentur, maletractentur, & uapulent.

Curatio melancholiæ.

QVi igit primigenio cerebri affectu melancholici sunt, eos lauacris cõtinuis, uictuq; boni succi & humectante, opportuna animi uoluptate medetor, citra alterius præsidij ullius opem, quum nondũ diuturnitate humor molestans euacuationi resistit. Sæpe uehementiora, magisq; diuersa adhibere oportet. Purgandi itaq; sunt principio epithymo, aut aloë. Horũ quippe si uel exiguũ unaquaq; die sumatur, plurimũ adiuuat, clementerq; aluũ subducit. Postq; purgauit igit laborans, absinthiũ prębeto, nũc herbã macerans in aqua, & elixans mensura duorũ cyathorũ, nunc uero cremorẽ dimidiati oboli pondere liquefaciens aqua. Acetum præterea quàm acerrimũ iamiã dormituri sorbeãt, ex quo obsonia manducent. Satius uero fuerit aceto scyllam permiscere & poliũ & aristolochiã in principio morbi. In uigore summo à sanguinis detractione auspicandũ. A uenæ uero incisione, quę per inferna fit purgatio, ex sicyonia scilicet aut helleboro nigro cõcinnata, expedit. Ora præterea hemorrhoidũ aperire, et muliebres expurgationes ciere, si propter harum retentionem affectio conflata fuerit. Probantur & ea quæ cum lotium tum sudores proritant. At si è præcordiorũ malitia hęc passio cõstiterit, fouenda eadem ipsa tum rutæ, tum anethi iure et absinthij, pulegij, seminis uiticis, & baccarũ lauri: nam hæc nõ tam laborẽ solantur, quàm flatus quoq; cõminuũt. Coquant aũt in oleo, & cataplasmatis modo imponantur: sed horum cataplasmata, ea quæ ad flatus spectant, selinũ aut anisum aut cyminum habeant: neq; bonitatis honore his cedunt, cyperus, iris, libanotis, si cataplasmatis inijciant. Vbi uero detraxeris, aliud aliquod uelamen applica, lanam latiorẽ. Cucurbitulis porrò oportet, ad discutiendos spiritus, leuibus uti. Aduersus uero dolores & inflammationes, cutem scarificato: Si cum medicina, noli sinapis obliuisci. Vtere adhæc acribus, incidendi facultate præditis, dropace, dorsotenus inter scapulas et uentrẽ. Sed in his quæ diu durauerũt, præsentissimũ præsidiũ, & quæ ueratro per uomitiones fit purgatio. Victus insuper cunctis boni succi conuenit, & modice humectans, uitantibus ipsis carnes bubulas, atque ceruinas, lentes & brassicas, cochleas, uinaq; crassa & nigra, & quęcunq; atram bilem pariũt.

Vt scalpello, ita & medicamentis cutis inciditur.

Curatio maniæ siue furoris.

MAnia quoq; laborantibus haud aliter ferè quàm melancholicis succurrimus. Priuatim uero horũ capiti rosaceum & acetum rosaceum adhibeantur, & picræ antidoto, incisa prius uena, purgent. Vtendũ præterea

hirudinibus circa caput. Potiſſimũ aũt adiuuat erratici fœniculi radix: ſe-
men item ex aqua epotũ: & bryoniæ radicis drachma una, cũ aqua quoti-
die ſumpta. Quod ſi medicamenta purgandi uim habentia tantopere hor
reant, ut nequeant ad ſumendũ induci mentis inopes, miſcenda ſunt ea la-
tenter ac clanculũ, partim ſanè ferculis ipſorum, uerbi cauſſa bucellijs, aut
caricis, aut palmulis, phœnicibus'ue, partim etiã poculentis. Ante omnia
uero uel nodis etiã ac uinculis quibuſdã in culcitra uincendi ſunt maniaci,
ne male aut ſemetipſos, aut familiares ſeſe obſeruãtes, afficiãt: aut mouean
tur hincinde in lecticulo in penetralibus, gyrgatho (hoc eſt lecto in quo
mente capti ac dæmoniaci uincti iactant ſeſe) ex alto ſeorſim ſuſpenſo.

De Phaunorum, incuborumq́ ludibrijs & oppreſſionibus, quod genus morbi Græci ἐφιάλτην & ἐπιβολὴν nuncupant. Cap. XV.

EPhialten, quẽ noſtri incubonẽ dicũt, alij quidem ab huius no-
minis uiro nomen duxiſſe autumãt, aut à phantaſia qua patien
tes afficiunt, imaginatur etenim in eo malo cõſtitutus, aggredi
ſeſe ab aliquo, quoniam ἐφάλλεσθαι inſilire alteri eſt, irruere atque
inuadere. Themiſon uero in decimo epiſtolarum uolumine, à ſuffocando Themiſon.
πνιγαλίωνα, pari ratione, quod ægrotantes præfocet, appellauit. Cæte-
rum potiſſime crapula & iugi ſtomachi cruditate uexatos afficit. Comita-
tur iſta affectione poſſeſſos, corporis tardiſſimus motus, atque torpor,
& per ſomnium maxime preſſura, torpidaq́ ſenſatio, ac præfocationis in
mente obuerſatio, et ueluti ingruẽtis alicuius occupatio ſiue deprehenſio,
quã mali ſpeciẽ κατάληψιν Græci nominãt. Accedit his nõ tam uociferatio Κατάληψις.
nis quàm uocis etiã irritus conatus, aut quũ in uerba erumpunt, inarticula
tus & cõfuſus ſermo. Quidã ita inanibus afficiuntur uiſis, ut eos qui in ſe
irruerũt, oculis haurire et auribus accipere credant, & ab eis uſum turpiſ-
ſimæ libidinis exigere: mox uero ſi digitis apprehendere nixi fuerint, in
pedes illico ſeſe cõijcere exiſtiment. Non negligenda igitur ſunt remedia
malo incipiente. Perſeuerãs nanq́ multo tempore, iugiterq́ per quietem
noctu incidens atq́ perturbans, grauius aliquod denunciat malũ: uerbi
cauſſa, morbum Attonitũ, (quã ἀποπληξίαν Græci nominant) furorẽ quam
maniam dicunt, & morbũ comitialem, quando uidelicet primũ in caput
huius morbi uiolentia, cauſſaq́ ferri cœperit. Quæcunq́ enim Epileptici Epileptici.
interdiu & uigilia, eadem noctu & per quietẽ Ephialtici patiunt. Expe- Ephialtici.
dit igitur ſecta uena, purgationibus uniuerſum laborantis corpus euacua
re. In primis aũt & egregie præter cætera in hoc malo conſtitutis ſubue-
nit ater helleborus drachmę unius pondere. Si quando ſcammoniæ admi
ſcueris obulos treis, atq́ bene fragrantiũ odoramentorũ aliquid, aniſum
nempe, daucum, petroſelinum. Quę ex ſicyonia exiſtit hiera, efficacius &
magnificentius ſuccurrit. Refertur aũt hoc quicquid eſt medicamentũ ad
Ruphum. Victus ſic affectorũ ratio tenuis eſto, & quæ flatus cõciliant ca
uenda ſunt. Præſidio item haud mediocri fuerit iſta paſſione poſſeſſis ſe-
men pæoniæ, præſtat aũt quindecim nigra grana in farinã trita cum aqua
iugiter potui dare.

De Lycaone & Lycano Lycanthropo ue. Cap. XVI.

QVi lycanthropia, id eſt hominis in lupũ, quem Græci λύκον nominant, conuerſione correpti ſunt, per noctem domo egreſſi lupos per omnia imitantur, et quoad illuceſcat, circa defunctorum monumenta plerunq; errant. Notis uero ſequentibus eo
Signa Lycanthropiæ. morbo oppreſſum deprehendes: Perpallidi ſunt, cernunt imbecilliter, & obtuſe, oculos habent aridos, & linguam aridiſſimã, neq; ſaliuã expuunt. Sed miris modis ſiti excruciant. Tibiarũ exulcerationes ſæpenumero habent, id quo crebrę per noctem eius partis attritioni & offenſioni acceptũ referendũ eſt. Hactenus huius uitij indicia. Neq; tamen interim quenq; 1
fugiat, lycanthropiam melancholiæ quandam eſſe ſpeciem. Cui certe pro
Curatio. opportunitate & occaſione notarũ medendum eſt, inciſione uenarũ, ſanguinis euacuatione ad animi deliquium uſq;, educatione laborantis, boni ſucci alimentis. Vtendum præterea lauacris dulcibus: deinde ſero lactis per triduũ, & purgatione hieræ è colocynthide conſarcinatæ, idq; bis aut etiam ter. A purgationibus uero, ea quæ ex ſerpentibus, uiperisq; conſtituitur (unde appellationem habet) theriaca: neq; alijs interim quæ in melancholiæ agitatione enumerata ſunt, omiſſis. Superueniente uero atque illabante iam malo, ſomnificis circa ſynciput utitor. Opio uero & alijs in ſomnum uertentibus nares obliniantur.

De ijs qui amore inſaniunt. Cap. XVII. 2

QVum amores ſolicitudinibus quibuſdam conſtent, neutiq; me abſurdum facturũ putaui, ſi eos cerebri affectionibus adnecterem. Cæterum ſolicitudo, curá ue, animæ quædam eſt affectio, in motu uehementi & laborioſo conſtituta ratiocinatione. Comites autem huius affectionis habentur oculi cõcaui, lachrymas nullas effundunt, ſed uoluptate quaſi perpetua perfuſi apparent: agitantur & ſubſiliunt identidem palpebræ. Et alijs corporis partibus nulla calamitate affectis, & conſiſtentibus, ſoli illi amoribus cõcidunt. Pulſus uero proprius nullus eſt, quemadmodũ autumauerunt quidam Medici, ſed qualis eſt eo 3
rum qui ſolicitudinibus multis ſunt impliciti. Cæterum quum iam recordantur rei amatæ, ſiue auribus hauriant, uel oculis uſurpent, præcipue ſubito & ex improuiſo tum accidit, ut pulſus anima tumultuante commutetur, neq; æquabilitatem, neq; naturę ordinem incolumem ſeruet. Illos igitur mœſtos & peruigiles, quũ quidam non ſatis pernoſſent Medici, tum quiete, tum tenui quoq; uictus ratione colliquefaciebant. Ex quibus cordatiores, deprehenſo amante, in lauacra, et comeſſatum, & geſtationes, et ſpectacula, & cantiones auſcultationes'ue animũ atq; cogitationem abducunt. Quibuſdã uero terrorem incutere conuenit. Illi uero uſq; dicto inobedientes, amoriq; uacantes, malum habent quo non facile deſtituuntur. 4
Oportet igitur ad ſubueniendum illis contentiones proponere quaſdam eius generis quod proſequutus eſt antea quiſq;, prorſusq; in alias ſolicitudines hominis uertere mentem.

De mor

De morbo Attonito, quam ἀποπληξίαν Græci: & diminuta apoplexia, quam ἡμιπληξίαν: & reſolutione, quam Paralyſin eadem gens appellat. Cap. XVIII.

QVandò cōmunis omnium neruorum origo atq; principiū afficitur ac lęditur, atq; inde ex eo uniuerſæ corporis partes ſenſu ſimul & motu ſpoliantur, morbus emergit, quem noſtri nunc Attonitum, nunc Syderationem, Græci ἀποπληξίαν nominant, qui ſanè omnibus principalibus actionibus noxā inferre cōſueuit. Quod ſi in altera hominis parte, puta dextra uel ſiniſtra obſtructio fiat, hemiplagiam, quod eſt dimidiatā apoplexiam, atq; Paralyſim, hoc eſt reſolutionem nuncupant. Quod ſi etiam in alterius partis aliquam particulam, ceu brachium aut pedem eadem ingruat uiolentia, eius tantūmodo partis affectio dicetur. Crus itaq; hominis Hippocrates aliquādo apoplecton, pro eo quod erat reſolutū, perhibuit. Quocirca ſeruatur in Attonitis, ſiue mauis apoplecticis, exigua quædam reſpiratio, quæ ſiquidem plurimum naturalem actionem ordinemq; egreditur, ſummam adducet affectionem. Si uero paululum admodum impedimenti eſt, exiguam noxam inferet. Sanè omnium peſſima ſpiratio cenſenda eſt, quæ & intermittitur, & magna cum uiolentia trahitur. Fit autem apoplexiæ affectio, gelida pituita, confertim ipſiſſimos cerebri ſinus ſaburrante et infartiente. Si quādo uniuerſum ſpinæ dorſiq; principiū dicto modo afficitur, omnes corporis partes quæ ſub facie conſtitutę ſunt reſoluebuntur, ſeruatis faciei partibus illęſis, eo quod cum ſenſum tum motum inde à cerebro acceptum referant. Atqui ubi dimidiam corporis partem, Paraplegia fit illarum partium. Vbi uero olfaciendi facultas impetitur oblæditurq;, uel anteriorum cerebri uentriculorū, quum intemperie quadam afficiunt, uel eorum meatuū, qui ἰθμώδεις (hoc eſt cola) dicūtur, quū ſcilicet obturantur, noxa eſt. Apoplecti igitur iacent ſine uoce, ſine motu, ut ſtipites, citra ſenſum, & abſq; febre. Præcedit uero eam affectionem capitis confertus & acutus dolor, & iugularium uenarum ſuſpenſio heparmá ue, & uertigo, quū uidelicet tenebricoſa lucis obſcuritas oculis obuerſatur: & oculorum incerti & diſcurrētes lucis ſplendores, quas μαρμαρυγὰς Græci uocant, & infrigidatio temeraria extimarum partium, uniuerſiq; corporis tremores, difficilis motio, dentiū ſtridores in ſomno, lotium emittūt rubiginoſum, atrum, paucū, cum laminoſa hypoſtaſi, quod eſt ſedimento. Corripit eadem affectio circa ſenium maxime pituitoſioris temperaturæ homines, & eiuſdem farinæ uictus ratione utentes. Quod ſi quem in iuuentute atque æſtiuo tempore oppreſſerit, uehementiſſimam neceſſitatem portendit.

Hemiplagia. — *Crus reſolutū.* — *De olfactu.* — *Præſagia futuræ apoplexiæ.* — *Quos tentat apoplexia.*

Apoplexiæ, & hemiplexiæ paraliſis ue, curatio.

MOrbus quem Apoplexiam uocant, partim omnino nullam, partim difficilem et cum ſudore multo, admittit curationem. Mortem quippe minatur imminentem. Si quo uero modo diſſolui cōtingit, cum paralyſi plerunq; alicuius partis ipſius corporis diſcedit. In quibus itaq; ulla ſalutis ſpes eſt, ijs uena quamprimum incidenda eſt: & ſicubi relaxationem

Apoplexia finit in paralyſim.

quandã adipiſcantur, ipſo ſtatim primo die, ſiue ſequente auferendũ eſt. Aluus quoq; acri clyſtere ſubducenda, ſalſugine mellé ue iniecto. Deinde ungatur oleo copioſo perodorato uniuerſum corpus. Caput uero ipſum chamæmelino, uel anethino oleo, in quo ſcilicet ſpondyliũ aut nepeta fuerint elixa. Mulſum præterea inſtillato, & quæ ingentẽ odoris fluxũ emittunt adijcito. Opopanaca aut ſagapenũ, galbanũ item & caſtoriũ. Oportet aũt os quoq; uiolenter aperientes, cõponere, digitũ aut pennã oleo madidũ in hoc inſerere: illinire quoq; ſedem illis quę flatus ſubducũt & diſcutiunt. Potui deniq; aquã mulſam, ſiue oxymel exhibere cõuenit. Vtemur etiã ſi res poſtulet apophlegmatiſmis, è thymo ſcilicet origanó ue in aceto elixis: ubi uero remittiť malum & laborans habet meliuſcule, ſumito mollem & facilis digeſtionis & ſuccoſum cibũ: Mutitate uero permanente, ſi per uirtutem integrum fuerit, cucurbitulam cum ſcarificatione ceruici applicemus. Quod ſi liceat, præcordijs etiam imponito: deinde geſtentur biga, ſede'ue, aut uehiculo, aut penſili culcitra. Vſurpanda ſunt & ea quæ ſternutamentum proliciunt crebrius, neq; his etiam minus apophlegmatiſmi. Poſt decimũ uero ac quartũ diem ad reliquas geſtationes perducemus. Sermocinationis præterea curam habere oportet, & peruetuſtum apomeli miniſtrabimus cum micis & alica: poſthæc exhibenda eſt hieræ quamminimũ: à uiceſimo primo die in balneũ ducemus: & uinum quoq; tenerũ atq; delicacius etiam potui exhibere poſſumus: calidaq; aqua perfundentes, & deinceps per balnea atq; illinitiones refocillare & uires reſtituere ſtudebimus. Perducantur uero, ſi fieri poteſt, in loca maritima.

Geſtationes.

Languoris tabiſq;, quam πάρεσιν Græci nuncupant, curatio.

QVod ſi cum uirium tum corporis, ne & animi quoq; dicam, (nam id πάρεσις græce eſt) defectio, ac tabes aliqua, abſq; liquefactione labefactioneq; principaliũ actionũ oriatur, ſiue omniũ ſiue quarundã modò partium, euacuare perturbantẽ & cõmouentem humorẽ qualis qualis fuerit, expedit. Mox deinde hierã, quę caſtorij partem admixtã habeat, offerre: à dimidio quidem drachmæ incipientes, cum exiguo melle & calida aqua reſolutã, uel per ſe uel cum piperis dimidiato ſcrupulo adhibebimus: poſt hæc uictus rationẽ diebus quatuor prĝſcribẽtes, integrã drachmã exhibebimus: ab hoc ſeſqui drach. poſtremo duas ac tres, atq; tum rurſum totidem diebus intercalatis quatuor drachmæ ſunt offerendæ (ſi modo hoc per languentẽ liceat) adiecto mellis cochleario uno. Mẽbro uero medicamenta quæ diſcutiendi facultatẽ habeant imponenda, quæq; luborẽ inducere poſſunt applicanda, quibus cum caſtoriũ, aut piper, aut pyrethrũ, aut hordeũ, aut euphorbiũ cõmiſcebimus. Super hæc uero omnia utendũ fuerit embrochis quæ oleo rutaceo, aut ſicyonio, aut alioqui peruetuſto, conſtant. Eſculenta cõueniunt frumentacea, & quæ ſorberi cõmode poſſunt, aut aliâs nõ difficilis decoctionis, et ſuperuacaneis retrimẽtis exortia. Cucurbitulæ partibus languore affectis imponanť, ſiquidem hoc mali in pluſculas corporis particulas occuparit, diuiſim: ſi uero paucas, confertim ſy-

Quibus phœnigmus excitetur.

ciæ

ciæ adhæreant. Poſt cucurbitularũ aũt uſum, cataplaſmatis inſtar ungentum ex pice aut reſina aut manna cõſtante, illinito. Ex re aũt & uſu in primis ferè fuerit artemiſia elixa cum nepeta, conyza, & nitro, aquæ exiguo admixto, quæ quidẽ elixando conſumet̃. Aluus denuo ſubducat̃, uel cum aloë, uel polypedio, uel ſcammonia, uel pulte colocynthidos. Vngenta item eius generis cũ oleo ueteri illita, in quo ſcilla cõdita & liquefacta dies ſit xij. ſub ſole. Quod ſi hoc ad manũ non ſit, ſcillam in uncijs duabus olei coquito, atq; circũlinito: aut hordeũ conſimiliter præparatũ: admiſcenda uero ceræ eſt uncia una. Quod ſi galbani quoq; & caſtorij & euphorbij, adarces item atq; nitri ſingulorũ ſemiunciã aſſumpſeris, multo efficacius in medẽdo fuerit. Profuerit porrò planeq; quadrabit & batrachiũ herba oleo elixa, & in ſole ſiccata, atq; cõdita. Conducũt inſup potiones caſtorij drachmæ unius pondere, & opopanacis fabæ inſtar, epotæ. Mirum ſanè quantũ in hac affectione opis adferat etiã ſagapenũ, orobi magnitudine in mulſo potui datũ: caſtoriũ pariter cum opopanace, ſuccoq; cyrenaico miſij quantitate ſumptum. Neq; uero his omnibus minus præſidij tulerit ea quæ è tribus piperũ generibus cõſtat antidotus. Quin & calorificis acopis, apophlegmatiſmiſq; utemur. Poſt decimũ uero et quartũ diẽ, plenius ac ſolidius agemus. Pluſculo uero iam auxilij conciliato, in balneũ ducebimus. Iam uero poſt triceſimũ diem dropace quoq; ungento utendũ cenſeo, atq; lauandũ, deinde ſinapi emplaſtri modo illiniendum, præſertim in quibus motus atq; ſenſus perierat, propterea quod nihil ſentiant, niſi affatim perurantur. Cæterũ qui ſenſu minime deſtituunt̃, rubrificationes duntaxat aſſumant: poſt uero tumefactionem, in balneũ deducito, & cerotis mollibus medeto. A ſomno inſup uomitione, uel radicula (ſi aliter nequit) citata, utant̃. Geſtationibus deniq; ſubleuationibuſq; & reclinationibus per uices, uel ſellæ, uel plauſtri manualis ſuppetijs, aut rheda. Reliquo uero tẽpore in thermas naturalia lauacra deducant̃. Magna poſtremo cum utilitate uictus ratio arida, potionis frugalitas, atq; fricatio deniq; adhibet̃. Sicca igitur deglutienda ſunt, ita tamen ut ſitis magna pro uirili deuitet̃.

De ijs qui pareſi ſecundum laxationem aut extenſionem tentantur.

QVoniam aũt artus diſſoluti uel cõuelluntur & contrahuntur, uel relaxantur ac penſiles fiunt, idq; interdum plenitate, interdum uero uacuitate, rurſum attendendum eſt, ubi in eiuſmodi affectionibus ſanguis detrahendus, ubi uero minime. Deinde in membris quæ contabeſcentia langueſcũt, relaxantibus ea quæ conſtringendi uim obtinent miſceto, & frictionẽ extentã adhibeto. Verũ in contrarijs, relaxantibus ſolũ utendũ, cum perfrictione molli. Complectatur aũt oleum quod ea calamitate affectis adhibet̃, paululũ nitri cõtriti, et mollificati. Perfundant̃ aũt ac foueant̃ potius percalida admodũ aqua, præcipue marina, in qua elixentur lauri, germina agni, aut ſampſychũ, uel aliud eiuſmodi. Aeſtiuo uero tẽpore in mari lauanto. Cæterum phœnigmi in hac ſolutione conſtitutis uel in primis conferunt. Vapulent itaq; partes afflictæ ferulis aut ramulis urticæ: Phœnigmi.

si his perpetratis nihil profecerimus, paralysisq́; perseueret, oportet conuulsis flaccescentem carnem inter articulos comburere, transfigentes cau steriјs exilibus & tenuibus: sed concretis fractis'ue partibus iniјcere iugiter dropacem expedit.

De ea quæ in unoquoq; membro consistit paresi.

QVæ dissectis omnino neruis accidit paresis, nullo medicamine uinci potest. Sed quam intemperantia, aut humor aliquis conciliauit, huic in genere quidem facultatibus prædictis succurritur. Neque uero peculiares quædam singulis ferè corporis partibus pareses desunt, quas serie deinceps subnectemus. In his etenim quæ cynico spasmo, hoc est canina conuulsione raptú ue (quod mali genus torturam oris esse autumant) impetuntur, sanguinis ex inferioribus linguæ uasis detractio cõpetit, quæ fit per phorceam instrumentum quod uocant, planeq́; in diuersum reducit partes. Cucurbitulæ item circa primam dorsi uertebram, atq; apophlegmatismi, & quæ per effusionẽ narium fiunt purgationes. Sciendum igitur est, non eam quæ uidetur diuaricasse & intumuisse buccam paralysim habere, sed oppositã. Ingluuie uero uulsa paresi, cucurbitulæ mento sunt applicandæ. Vngendũ præterea quæ castorio & sagapeno & succo Parthico cõstant, illinitionibus: summopere aũt confert anaconchylismus gargarismus'ue ex rebus acribus. Lingua porrò paresi laborãte, uenæ ipsius secandæ sunt, cucurbitulæ mento apponẽdæ, utendũ apophlegmatismis qui cõstent sinapi: exercitationibus quoq; linguæ. Iam uero uocalibus instrumẽtis paresi affectis, thoraci afferenda sunt præsidia. Quod si spiratio detineatur, exclamatione utendũ: superciliorũ insuper & palpebrarũ inunctiones pariter conducunt: prodest etiam consutio. Vesica aũt eiuscemodi languore uexata, siue lotiũ sistatur, siue ægre reddatur, sumini atq; omento medicamenta adhibenda sunt. Sedi uero oleum rutaceum, aut sicyonium, adiecto butyro & castorio aut galbano aut opopanace, aut cremore balsami (quod σίλφιον Græci dicunt) immittendũ est: quæ quidẽ per colem atq; ceruicem immissa, uesicæ quoq; plurimum opis conferunt, aut sola etiam sufficiũt. E centaurio præterea & colocynthide clysmata, quod est ablutiones, intestini cum sicyonio non inutiles sunt. Prosunt item summopere quæ lotium proritandi facultatem obtinent epota: & castorium consimiliter: sed ante omnia succurrendum est iјs, & καθετηριασέον, qui nihil omnino lotiј emittunt: balneis uero ac fomentis insidendum, & emplastris relaxandi remittendiq́; facultatem habentibus, quæ græce χαλαστικὰ dicuntur, utendum est. Qui uero præter uoluntatem egerunt, adstringentibus agendum, per roborantia præsidia, alimenta arida & potus gelidos usurpandum: sed in recreationibus, & φοινιγμοῖς, id est rubrificationibus, & naturalibus balneis frigidis, utantur. Cæterũ spinæ uulnus, aut casus, & lapsus uertebræ, letalibus syndromis cõfluentibus, nullo medicamine uincitur. Quod si ceruix paresi infestet, iјsdem quæ ad uesicam pertinent utendum, & in iјsdem partibus, atq; lumbis: præterea autẽ & intensiuis utemur:

Singulæ partes singulis paresibus infestari possunt.

Spasmus cynicus.

Ingluuiei conuulsio.

Linguæ paresis.

Vocaliũ instrumentorum paresis.

Vesicæ.

utemur. Improbatur lac et caſeus & reliqua bellaria, lactucæ cum cæteris oleribus. Recto autem inteſtino pareſi affecto, in quo quãdoq; ab inuitis etiam oletulum egeritur, quandoq; uero retinetur, eiſdem utendum, aliâs quidem immittendo per clyſterem, aliâs uero per conſtringentia: uerbi cauſſa, elixationẽ cupreſſi, lentiſci, rubi: aliquãdo uero per remittentia, cuiuſmodi ſunt adeps ſuillus, aut anſerinus, & oleum hibiſcinum: nonnunq; uero & per ea quæ mordent, ueluti ſalſugo, aut colocynthidos, aut ſimiliũ decoctum: neq; enim quicquã motiones alui tantum promouet, quantum ipſa agitatio. Si autem frigoris copia ſiue recuperatio adſit, acopum ex euphorbio cum oleo remiſſo immittito. Membra poſtremo in hac affectione conſtituta, cõmuni cura flectito, perfricato, & extendito, quemadmodum prædiximus, ſumma nanq; ſpes in frictione ſita eſt.

Recti inteſtini pareſis.

De pareſi quæ colicum morbum ſequitur.

COlica quædã affectio noſtra ætate homines uexauit, quam (& præcipue eos qui euaſuri erant malum) motionis exacta quædã membrorum orbitas comitatur, ſed ſenſus tactus, incolumis atq; illæſus conſeruatur, tanquã iudicatorio aliquo tranſitu ex corporis profunditate in extremas particulas facto: proinde citra quoq; medicamentorũ ſubſidiũ ultro pleriſq;, tempore facili deo, motus poſtliminio reuertitur: alios uero difficilioris curationis etiã ſimpliciora ex prædictis unctionibus ſanauerunt. Præcipua uero his & ſelecta inuẽta ſunt, tum id quod è populo, tum quod ex abiete concinnatur acopon. Plures uero medicamenta quæ robur inſerunt, Græci τονικὰ dicunt, et mediocriter frigorifica magnifice iuuerunt.

De conuulſione, quem σπασμὸν græce uocant. Cap. XIX.

POſtquam de paralyſi omnium ferè modorum docuimus, haud alienum puto fuerit, ſi nunc ſermonem quoq; de ſpaſmo, quod eſt conuulſione, ſeremus, quoniam illi congener, & utraq; neruorum eſt affectio. Cuius rei quoq; gratia hoc capite abſoluto de tremoribus ſequenter ſubnectemus. Quandocunq; igitur circa morbi ſtatim exordium, uel haud longe ab initio cõuulſiones orſi perſiſtunt atq; perennant, à plenitate dubio procul habent originem. Quum uero poſt plurimos corporis ſudores, aut uomitiones, aut excrementorũ alui deiectiones, aut hæmorrhagias, aut immodicas uigilias, aut famẽ, aut permultas deniq; atq; uehementes cõmotiones, ſequuntur, tum à uacuitate oriri conſentaneũ eſt. Atqui ubi aliqua ſoſpitũ partiũ ſubito conuellitur, à plenitudine fieri malum neceſſariũ eſt. Verum ſi ex febribus adurentibus totius corporis moles areſcat, et nerui pariter aruerint, ex illaq; ariditate cõuulſio ortũ habet, certe id exitioſiſſimũ, & tantũ non immedicabile malũ eſt. Primũ igitur membra, quæ naturæ quadã aptitudine cõtrahi nata uidentur, uincenda ac ſuperanda ſunt, inordinatisq; motibus occurrendũ. Confricent̃ itaq; in hũc uſum oleo rutaceo aut ſicyonio, aut ueteri, aut huius farinæ quopiã alio. Propinandum eſt ſedulo mulſum. Cæterũ qui ex inanitione conuulſione uexant̃, oleo, aut certe hydrelæo calido exantlan-

Signa ſpaſmi ex plenitudine & uacuitate.

Curatio.

di ac perfundendi sunt. In lauacrũ quoq; nisi quid prohibeat, ducemus, temperatoq; omnino ingressu utemur, cum oleo ac frictione lenissima. Nutriemus aũt sic affectos, quę ex chondro & alica fiunt sorbitionibus, et uinum tenue facilisq; digestionis dilutum, ne aqueũ dicam, exhibebimus, nisi infestet febris, tum enim ptisanæ cremore utamur & somno, uacabimus. Sed quæ ex plenitudine aut phlegmone conuulsa oriuntur, plenitatis euacuatione eximie curantur, phlegmonem peculiaribus suis præsidijs medendo. Fiunt præterea cõuulsa nonnunq; quũ lancinantur uehementius uomentes. Succurrit uero cõuulsis & acanthij radix, & acanthes albæ semen in potu sumptũ. Aegyptiæ quoq; acanthæ, & centaurij præterea tenuis succũ nõnulli cõuulsis potui ministrãt, quũ uidelicet ex plenitate ortum habent spasmata. Neq; tamen ad bibendum modò porrigito, sed & foris quoq; cuti castoriũ unà cum sicyonio illinito. Quod si his perpetratis non cessauerit interim conuulsio, cucurbitulas, cute scalpello circumcisa, imponito. Cruribus quidem cõtractis, coxendicibus & extremę uertebræ: manibus uero conuulsis, dorso, & primæ ipsius uertebræ, partiq; humero superiacenti, confertim sanè, toto corpore integro et affectione carente. Si cõtrahatur labium aut supercilium siue lingua, arduum certe atq; molestum putandũ est symptωma, magnos secum terrores apportans. Si exiles etiam corporis partes affectæ uidentur, in his & à ceruice & primis uertebris fiat sanguinis detractio.

De rigore & differentijs eius. Cap. XX.

RIgor, quem τέτανον Greci nuncupant, & ipse conuulsio quædã existens, fit ceu gelu concretis corporis præsertim spinæ musculis, frigido humore foris & intus adstringente, unde in ea affectione cõstituti, neq; seipsos flectere possunt. Cæterũ cum in pectus caput, ceruix, & reliquum corpus rigent & inflectuntur, appellauerunt Græci ἐμπροσθότονον, nos rigorem in pectus haud temere appellauerimus hoc malum. Quando uero caput scapulis ueluti adnectitur, uocatur à Græcis ὀπισθότονος, Romanis fortasse non absurde rigor in scapulas. Quãdo aũt rursum ceruix cum reliquo corpore ueluti immobilis, inflexa in neutram partem priuatim, sed iuxtà in utranq; rectà intenditur, τέτανος ab illa, rigor simpliciter ab hac gente nõ inscite mea sententia appellatur. Verum Pelops affectiones has musculorũ neruorumq;, ceruicis extensionem cõtensionemq; esse tradidit, ideo neq; in anteriorẽ, neq; in posteriorem partem, neq; quoq; aliàs ceruix flecti uertiq; potest. Atqui si in posteriores musculos colli adstringatᵉ ac rigeat, ὀπισθότονος ex accidente: si uero in anteriores partes, ἐμπροσθότονος: sin rectà in utranq;, τέτανος nuncupatur. Caussam huius mali asserit repletionẽ musculorũ per spiritum & aërem crassum ac nebulosum quodãmodo. Affirmat etiã eundem supra modum frigidũ & concretũ esse, ac ideo difficulter mobilem & inflexibilem: unde fit ut sic affectis fomenta sicca magis cõueniant quàm humida. Et hę quidem tetani sunt differentiæ, sed omnes eadem ratione curantur. Præsentissimũ

Εμπροσθότονος.

Οπισθότονος

Τέτανος.

Pelopis de rigore sententia.

ſentiſſimum uero omnium eſt præſidiũ ſuperueniens febris, modò non ſit à principio. Arguit uero has anguſta reſpiratio, pulſus rarus & paruus, & nõnunq̃ riſus etiã Sardonius eos inuadit ac corripit, et rubor faciei, et oculi intumeſcere magis uidentur, & uel neq̃ omnino meiunt, uel inſtar aquæ lotium emittunt, uel cruentũ, habens quaſdam ampullas: aluus uero exiccatur: uigilijs magis infeſtant, et ſæpenumero cõuulſionibus ita periclitantur, ut de lecto decidant: quãdoq̃ ſingultire incipiunt & è dolore laborãt, alij quidem capite, alij uero utriſq̃ humeris & lumbis, nonnulli uero ipſorum ſubtremuli fiunt. Facit autem affectionẽ hanc ſæpius etiam labor, humi dormitio, ponderis eleuatio, caſus, uulnus, ęſtus, plaga, & alia quęcũq̃ neruis iacturam inferre poſſunt. Medendum autem his quemadmodum & illis qui ex inanitione conuelluntur. *Tetani indicia.*

Tetanorum curatio.

CVm rigore cõuulſis, à morbi ſtatim primordio ſanguis mittendus eſt, laneis cooperiendi: partes eorum oleo Sicyonio, aut caſtorio cum ueteri oleo irrorandæ ſunt: aut ueſica quoq̃ laxior calido oleo referta, cõuulſis eſt imponẽda. Cõciſa deinde ſcalpello cute, cucurbitulis detrahendus eſt ſanguis: leues enim lædunt. Applicentur autẽ cucurbitulæ interdũ ceruici ab utraq̃ ſcapularũ parte, & lacertoſioribus pectoris locis atq̃ præcordijs, nonnunq̃ uero regioni ueſicæ atq̃ renũ. Nihil uero parcendũ detractioni, neq̃ tamen cumulatim interim, ſed ſenſim atq̃ pedetentim auferendum. Sudores porrò lanis oleo madefactis detergendi ſunt, ne perfrigerati occultent et exareſcãt. Quod ſi tetanos perennauerit, in oleum bis in die deſcendere iubeas, et haud diu in ipſo morã trahere, nihil enim tam uirtutem languidã ac ſolutã reddit, atq̃ olei inſeſſus. Bibendũ præterea eſt hydromel opimũ ad dimidiã uſq̃ partem decoctũ. Adhæc panacis ſucci drachmam unam robuſti hauriant, imbecilliores aũt hemidrachmiũ (ſic enim interpretor τριόβολον) aut ad minimũ unum obolum, quod eſt dimidiatum ſcrupulũ: uideri aũt poſſit cuipiã hoc officere ſtomacho. Exhibendũ etiã ammoniacũ: aut ſucci Cyrenaici quantitas orobi, obducta crudo melle deglutiatũ: laſerpitij radicis cochlearia duo, mulſi cyathis tribus, aut elixationi eius indita, potui exhibeantur, uel myrrhæ drach. una, aqua mulſa hyſſopoq̃ decocta. Omniũ uero multo inculpatiſſimũ expeditiſſimũq̃, caſtorij exhibere cochlearia duo aut tria, modò diſtribuat quis eius multitudinẽ, nihil officiet, neq̃ ſi poſt cibum ex ipſo dederit. Reliqua uero cuncta, & ipſa quoq̃ potio aliquandiu uacationem habeat, atq̃ interpoſita mora ſumatur, difficulter enim & ęgre potantibus in nares potus rebullit, unde uehementer lancinati ad conuulſionem irritantur. Illinienda uero eſt ſedes oleo rutaceo, cum opopanace, immittantq̃ ipſis: frigidæ porrò offuſio (quemadmodum Hippocrates aſſerit) abſurdiſſima maximeq̃ temeraria eſt, & ob hoc à recentioribus (ut arbitror) reprehenſa, etiã noſipſi deuitamus. Vnguentum probatur quod accipit nardi pondo xeſtam unam, ceræ uncias duas, folij amomi, ſtyracis, maſtiches, uniuſcuiuſq̃ unciam unam, caſtorij, adar-

ces, euphorbij, piperis, singulorũ unciam, spicæ nardi, cremoris balsami,
singulorum unciam unam.

Opisthotonicis potio.

POtio quæ opisthotonicis confert ex his constat: Panacis radice, pipere
albo, costo, myrrha, succo papaueris, pari pondere, quam quidẽ potio
nem culcitrã petentibus exhibebis. Conducit autem eadem & orthopnoi
cis, hoc est nõ nisi recta ceruice spirantibus. Esto præterea in hac affectio-
ne constitutis uictus ratio extenuans, quam λεπτυντικὴν græce dicunt, scite
dispofita & minime gentiũ immoderata.

De tremoribus. Cap. XXI. 1

OMnis tremor generatim ex infirmitate neruorum caussam ha-
bet, cuius locupletissimus testis senectus est. Priuatim uero plu
res & diuersę caussæ tremorem efficiunt, uidelicet frigidius na
turæ temperamentũ, frigidæ aquæ nimius & importunus po-
tus, præsertim in febribus, præterea gelidi & glutinosi humoris abundan
tia, atq; immodicus etiam uini usus. Qui igitur ex delicto aliquo aperte tre-
munt, à nociuis deinceps abstineant. Perseuerantibus uero etiamdum fa-
ctis ex febrili affectione tremoribus, principio quidem uniuersum corpus
oleo Sabino, sed in relaxationibus accessionum febrilium peruetustoaut Si
cyonio, irrigato: extimas uero corporis partes illitas mollibus lanis coope 2
rito. Deinde cucurbitulæ à prima spinæ uertebra usque ad scapulas & lum
bos apponendę, membris ante atq; pręcordijs cataplasmate ex hordeacea
polenta illitis. Protegito autẽ eadem hæc membra lanis oleo ueteri aut Si-
cyonio infectis: quod si febris perennauerit, descendendũ alternis diebus
uel in oleum, uel hydrelæum (quod est, aquam magna olei parte tempera-
tam.) Frictionibus adhæc mollibus utendũ. Si uero quid cunctetur frigo-
ris, quod subesse uidetur, affectio, propinandum mulsum est & castorium.
Calidis pariter locis gestationem fieri conuenit. Opportunum atq; bene
dispositum cibum exhibebimus: primo quidem loco sorbilem, secundo ue
ro alitum, atq; pisciũ mollem carnem habentium. Desinentibus autem fe- 3
bribus, lauandi sunt, abstinentes à gelido lauacro, & uini potione. Quod
si multitudo fuerit crassorum & glutinosorum humorum, incidentibus &
extenuantibus utendum: cuius generis est illud: Accipe ramusculũ rutæ,
spondylij quantum tribus digitis capi potest, castorij, nitri, uniuscuiusq; o-
bolos duos, dato quotidie cochlearium unũ cum oxymelite, per uniuersum
triduum ieiuno: Aut panacis & piperis grana quinque propinato in mulsi
cyatho uno. Sed & simplicia ante potata trementibus succurrũt: uerbi cau
sa, castorium, leporis in cibo cerebrum, altheæ radicis elixatio, damasonij
foliorum drachmæ quatuor in mulso, eupatoriũ cum aqua. Frigore autem
modum excedente, & Zodimi unguento, ac ijs quæ cõtra paresim scripta 4
sunt acopis & ungentis & phœnigmis, hoc est rubrificationibus, utantur,
& exercitationibus perfricationibusq;. Cæterum ob temulentiam tremen
tibus abstinendum à uino, donec exacte à malo liberentur.

Medicamentũ crassos & uiscidos humores extenuans.

Ophthalmiæ, hoc eſt lippitudines, & primo de dolore, ex decretis Galeni decerpta. Cap. XXII.

QVando acerbiores dolores oculos infeſtant, conſiderato quonã ex affectu oculorũ dolor in inflãmationibus proueniat: Aut em̃ propter roſionẽ uehementẽ ex dira in oculos promanantiũ humorum aſperitate, uel ob tenſionẽ fartarũ tunicarũ, aut propter renitentiã quorundã craſſorũ humorũ, aut ſpirituũ flatuoſorũ, uehementes oculorũ dolores proficiſcunt̃. Roſionibus quidẽ purgãtibus euacuãtes opitulabimur, & oui alborem infundentes, conſumpta & maturata phlegmone, & corpore iam excrementis uacante: quibus per Iouem nullũ inuenias neq; cõmodius neq; præſentius amuletum q̃ ſint lauacra. Sed ijs quæ primam ſcaturiginẽ ſuã ad plenitatẽ referũt inflammationibus, quas φλεγμονὰς Græci nominant, euacuatione ſanguinis, ſubductione uentris, & infernarum partium frictionibus, mederi cõpetit: ſed euacuato prius ſtatim in primordio toto corpore, et humoribus ab ea parte quô uergebant, ad ima detractis: Deinceps uero topicis, quæ localia uocant, diſcutiendi uim habentibus, διαφορητικὰ græce appellant, medendum eſt. Fouendi igitur ſunt illi, & fœnogræci infundenda eſt decoctio. Cæterũ in quibus craſſi ſanguinis eſt intenſio in oculorum uenis, ſine reliqui corporis ſuccorum redundantia, uino in potu calorifico, euacuandi ac obturandi uim habente.

Roſionibus qui ſuccurrendum.

Si ex plenitudine lippitudo.

Si craſſus ſanguis intenditur

De lucis oculorum perturbatione, & priuatim de Ophthalmia.

LVcis perturbatio (quam τάραξιν Græci uocant) humiditas oculi eſt, ſimulq; cum rubore præter naturam calor, non ex internis ipſius corporis cauſſis factus, ſed foris aliqua occaſione adueniente: uerbi cauſſa, ſole, fumo, puluere, oleo: proinde cognita ac ſeparata cauſſa, facillime diſcutitur luminis illa perturbatio. In genere perturbationis huius etiã ophthalmia cenſetur, perturbatio quædam non modo forinſecus ingruens, uerũ citra euidentem quoq; cauſſam proueniens, & ad tertium, quartũ aut quintũ diem plerunq; permanens. Medetur ei citra negotiũ, præcautione omniũ quæ foris luci iniuriam inferre poſſunt, menſa (ut ita dicam) Pythagorica, & cœna canina, aut alui deiectione.

Τάραξις.

De phlegmone oculorum.

QVum oculi phlegmone, hoc eſt inflãmatione, poſt totius corporis purgationem corripiunt̃, illinitionibus utendum eiuſmodi, quę eam oculorum affectionem (quam Græci ἐπιφορὰν, nos oculorum inflammationem haud temere appellamus) poſſint diſcutere, & irritationem mitigare: uerbi cauſſa, Nilei diarodon, aut etiam mediacũ & nardinũ. Partibus uero propinquis inflãmatione correptis, utemur unguentis μονημέροις, oui albore ſuffuſis: poſtridie uero eædem, niſi phlegmone intendat, partes oleo nardino illiniendæ ſunt. Fomentis aũt elixationis meliloti, & fœnogręci, utendum. Quod ſi ex craſſo humore ophthalmia proueniat, medicamentis quæ neque obſtruendi meatus cutis, & corporis, neque humoris incraſſandi, ſed quæ diffundendi, humectandi, & excernendi facultatem habent, utemur;

cuius generis eſt chiaton. Quod ſi circa caput obſtruant̃ partes humidę, cucurbitulam ceruici impone, uel ſcarifica, uel hirudines fronti iuxta affectũ oculũ admoue, aut cataplaſmate ex pane ſyncero aqua macerato cura, cum exiguo roſaceo, aut polentis coctis, aut papaueris decocto. Vehementiore præterea non abſimili modo utendum eſt cataplaſmate, è croco conſtante & meliloto & palmularũ carnibus, & tenerioribus coriandri folijs, ouisq; & tritico aſſatis, & micis in decoctum inſperſis, & exiguo roſaceo, capitibusq; papauerũ decocto ſolutis. Semen quoq; papauerũ quandoq; miſcetur, mitigandi doloris gratia. Quod ſi dolor uehemens fuerit, miſcendũ ſucci papaueris, quod opiũ dicunt, q̃ minimũ: ſin aũt leuis dolor infeſtat, deuitanda ſunt narcotica: at ſi mediocris phlegmone fuerit, aloën in eam ipſam immittens, aut aqua aut oui albore illinito. Sed ut promptius ac pręſentius fiat auxilium, adijce croci drachmas ſex, aloës drachmas ſedecim, comeos drachmas nouẽ, aqua pluuiali excipe, atq; penicillos cõcinna: ſed et διάκροκα, hoc eſt, quæ è croco cõficiuntur remedia, ab ophthalmiæ principio peraccommoda habentur. Quos uero tumida quoq; & percandida circa palpebras et adiacentes partes inflatio ſeu tumor, abſq; tunicarum incõmodo infeſtat, his q̃ plurimum opis afferent liquida collyria, ὑγροκολλύρια græce appellata. E croco itẽ ac atramento ſutorio, melleq; cõtexta. Illud uero omniũ ſaluberrimum utiliſſimumq; fuerit:

Vehementi dolori anodina adhibenda.

Liquidum collyrium indolorium.

METallici atramenti, (quam Latini pariter & Græci melanteriam nuncupant) mellis Attici, cremoris fœnogræci, pares portiones elixa, donec mellis habeant craſſitudinem, deinde nucleo meles inſtrumenti chirurgici utrunq; hirquum tangito.

Ad Epiphoram, id eſt, tumorem oculorum ex deſtillatione cum phlegmone.

AD inflammationes autẽ (quas epiphoras Gręci dicunt) deſtillationũ, in principio quidem haud mediocriter congruit inedia, aquæ potatio, & omniũ multo maxime coitus abſtinentia. Adhæc aluũ quoq; ſubducito, & aceto mulſo diluto faciem inundato, præcipue ſi feruens fuerit deſtillatio: ſin minus, atramento ſutorio cum melle frontẽ atq; palpebras oblinito. Nõnulli uero atramentũ ſutoriũ aqua macerãtes, ad proluendũ exhibent. Sed in illis qui citra inflãmationẽ deſtillatione afficiunt̃, aut etiã cum inflammatione quidem, ſed ſuper ſcyphiũ cataſceue exiſtente, anacollematis quæ cõglutinandi uim habent, circa frontem utendũ: uerbi gratia, Simplicibus quidẽ, uirentibus uitis folijs, aut rubi cremore, aut portulacæ, aut cotoneorum cum tenui farina, aut galla trita cũ uino, et tenuiſſimo farinę, aut cicutę, aut pulicaris herbę cum aqua, aut ſolano, aut cochleis cum teſtis tritis ac maceratis, inſtar cataplaſmatis à tempore ad tempus impoſitis: & ut ſummatim perſtringam, adſtringentibus atq; frigorificis. Compoſitis uero quorũ in hac affectione uſus eſt, ſic utitor: Pollen triticeũ, aut myrrham, aut thus, cum oui albore illinito: aut Samiam terrã, cum myrrha & manna, ſimiliter cum albo oui. Porrò in frigidioribus deſtillationibus, ſulphuris uiui, bitu-

Simplicia.

Compoſita.

minis, picis, colophoniæ, uniuſcuiuſq; drachmas duas, pariter etiã trochiſcus & aſter & conſimilia, pulchre diſcutiunt. Theriaca præterea uino adſtringente rigata, frontiq; illita, frigidos fluxus cõpeſcit ac ſiſtit. Hæc ipſa in potu quidem ſumpta, magnifice hac paſſione poſſeſſis ſuccurrit. Ipſi uero oculo, cum lanam tum panniculũ linteolum'ue tenue, albore oui infecta, imponito. Caſeus adhęc recens pari modo oculo inſertus, aſperas maxime & acutas fluxiones cohibet. Collyria item cognomento σταλτικὰ, cum illita tum inſtillata aqueo, idem præſtant. Si uero propter profunditatẽ & hypoſcyphium humidum exiſtens, longo tempore perennauerit, poſt uniuerſales euacuationes tum medicamentis quæ per nares repurgãt, tum apophlegmatiſmis utendũ. Detonſioni item & rubrificationibus, quos φοινιγμοὺς uocant, capitis. Cæterũ in his operationes etiam manuũ (Græci χειρουργίας) in capite accerſunt: uerbi cauſſa, angiologiam, & arteriarũ ſectionem (quam ἀρτηριοτομίαν Gręci nominãt) tum hypoſpaſthiſmũ, tum periſcyphiſmũ, atq; combuſtionem circa uerticem uſque ad os. Cucurbitulæ autẽ circa ceruicis partes cum ſcarificatione imponantur, hæc inquam reuellere & diuertere fluxum poſſunt. Signa porrò fluoris extra ſcyphium, intenſiones uaſorum circa frontem atque tempora, & ueluti uinculum nodus'ue capitis, & quæ ſiccandi uim habent adglutinatiua, ἀνακολλήματα Græcis appellata, auxilia. Quod ſi horũ nihil adſit, influentia perennante, & ſternutamentis interim perturbantibus, hypoſcyphium putandum eſt eſſe humidius.

Collyria ſtaltica.

De ocellorum Chemoſi.

QVum ſub uehementiore oculi inflammatione utræq; palpebræ ita detorquentur atq; peruertuntur, ut ęgerrime ſubiacentes oculos uelent, atq; uix etiam conniuere liceat, albumq; ipſius ſublimius nigro fit, ac rubeſcit, ſparſimq; nigredinem excipit, Chemoſis à Græcorum medicis appellatur. Subuenit huic malo ſanguinis per uenã detractio. Catharticũ quoq;, quod eſt, expurgandi potentia præditum, & diarhodum collyrium, candidum et cineritium, quod ſpodiacũ dicunt, cum lacte aut oui albore: quo quidem illiniendæ ſunt palpebræ, tempora, atq; frons. Fomentis præterea & cataplaſmatis quæ leniendi facultatem obtinent, utendum. Vbi uero phlegmone accedat, acrioribus ſubungendum cenſeo: è quorum numero habetur diarhodum recens ac uiride.

De hypoſphagmatis, id eſt, uenarum ruptionibus, ex ictu plagá ue, & oculorum tumoribus, quæ Græci ἐμφυσήματα appellant.

HYpoſphagma, ruptio quędã eius uenæ, quæ ante fuit coalita, eſt, in manu aut pede, ex ictu ſeu uerbere plerunq; ortum habens. Sanguine igitur palumbi aut columbæ, aut calido lacte muliebri perfundito, paulò poſt thure abſtergẽs. Vel muriã inſtillato, maxime uero ſalis Cappadocij. Vtatur item fotu ſeu balneo ex hyſſopi decocto. Conducit uero tumoribus qui oculis ex plaga proueniunt, fotus quam πυρίαν Græci dicunt, è poſca cõtinuus. Et ſpongia itidem poſca infecta. Sphe clarion præterea combuſtum, et ſtercus columbinum, pari pondere, uino aut aceto liquefacta inungito, catapla

ſmatis uero inſtar caſeũ recentẽ, aut radiculæ corticẽ, aut uuã paſſam abſq; acinis, ſingula in poſca aut mulſo applica. Cęterũ hæc quoq; cõtra oculorũ ciliorumq; excreſcentias, quæ græce ἐμφυσήματα dicuntur, pulchre faciunt.

Ad Emphyſemata pruriginoſa, & oculorum ſcabredinem.

Emphyſema. *Pſorophthalmia.* EMphyſema quidem, excreſcentia quædam ciliorum eſt, tumori ſimilis. Pſorophthalmia uero, pruriginoſa palpebrarum pſoriaſis eſt, quam ſcabiem uel ſcabrũ appellamus, ex ſalſo nitroſoq; humore ducens originem. Aduerſus quæ ſanè ocellorum uitia cõmode ſatis expedit cum poſca, tum lentium dilutum, tum roſarum fomentatio, tum illud deniq; hygrocollyriũ, quod eſt liquidũ penicillũ, æris drachmas ſex, miſyos aſſati, myrrhę, uniuſcuiuſq; drachmas tres, croci drachmã unam & ſemiſſem, piperis drachmã unam, uini Chij, & paſſi Cretici, ſingulorũ ſeſquicyathum, coquito ad mellis uſq; ſpiſſitudinem. Ipſa uero hæc eſt, quam omnium utiliſſimã eſſe credidit Eraſiſtratus, & ad anginam quoq;, & oris hulcuſcula, & uerendorũ, & aurium dolores. Illiniantur autem & oleo ſupercilia, iamiam dormitũ euntibus. Vitentur uero acria, ceu acetoſa, ſalſa, & acuta ſeu aſpera.

De Sclerophthalmia, hoc eſt, duritie, qua palpebræ à ſomno ægre aperiuntur, cum ſuis hirquorũ lemis: & Xerophthalmia, ideſt, oculorũ arida lippitudine & ſcabie.

MOrbus quidem oculi, quem σκληροφθαλμίαν græce nuncupant, durities quædam & difficilis admodum oculi, palpebrarumq; pigrior eſt commotio, cum dolore ac rubedine, abſq; humore. Quocirca ſpongijs aqua calida tinctis eos identidem fouere, & palpebris euntibus cubitũ, ouum cum roſaceo, aut adipe anſerino imponere expedit, fugientes frigida, quæq; duritiem conciliant. Caput autem operculo muniatur, & pinguedine obducatur. Aluus quoque omnino ſubduci debet. Ξηροφθαλμία uero, pruritui ſimilis oculorum eſt affectio, ſine rheumate. Medendũ huic lauacris & inunctionibus, et boni ſucci nutricatu. Non mediocri uero utriſq; iuxtà fuerint præſidio medicamenta tam acria, ut lachrymas eliciant ac prouocent, propter quę durities de ſuo rigore remittet, & ariditas humeſcet. Huiuſmodi quippe eſt & Eraſiſtrati, ab exuberanti uſu πάγχρηστος, & quod appellatur dicenteton, & id quoq; cui cognomentũ eſt στρατιωτικόν, quaſi dicas militare.

De Ectropijs, hoc eſt, palpebrarum ad inferna conuerſione.

ECtrope, ciliorũ quædam eſt affectio, uel ad cicatricem, uel ad carnis excreſcentiam referens originem. In ijs ergo, quæ excreſcentiã carnium diutius remorantur, raſilem eruginem torrefactam terito & admoueto, aut plumbo cremato cum ſulphure ignem non experto, & loto, aut ambobus æquis partibus, tum rubigine, tum plumbo, utitor: nam quod à cicatrice fit ectropion, ſi quidem curationem admittit aliquam, chirurgica eget manu.

De Aegilope & Anchilope, oculorum abſceſſibus.

Αἰγίλωψ. AEgilops, abſceſſus eſt, qui inter maiorem oculi angulũ et nares fit, qui ruptus ſi negligatur, uſq; ad os fiſtulam aperit. Idem priuſq; diſruptũ *Ἀγχίλωψ.* exulceretur apoſtema, Anchilops appellatur. Aduerſus quod mali genus haud mediocriter conducit glauciũ, & crocus, unà cum ſucco perdiciadis appli

applicata: iugiter uero permutari debent, & neq; pati dum mutentur ipſa. Aliud: Halica (ſic enim ἅλιξ reddimus) in aceto elixa, et ſcite friata atq; cõtrita, nõ modo incipiẽtibus, ſed et in ſuppuratione atq; pus cõuerſis, ſuccurrit, & ruptis uſq; ad os deſcẽdit. Hoc ſi quis utatur, non Aegilopas ſolum, uerũ Anchilopas etiã medebit. Aliud: Ruta ſatiua cum ſuo ſucco trita, decocta & impoſita, abſceſſus qui in maiore oculi hirquo ad nares ſunt, ſcite admodũ ac graphice inſtaurat, & uſq; ad os deſcẽdit. Intra initia mordax quidem eſt, ſed ocyſſime miteſcit. Atq; ſuſpiciendũ interim, quod nullam poſt ſe turpem atq; inhoneſtã cicatricem relinquat. Aliud: Cochleas cum teſtis tritas imponito. Nonnunquam uero & aloë quoque, aut myrrha huic confuſa & immixta, in pus iam ante conuerſum ſuppuratũq;, cum eruptione exiccat.

De Trachomate, id eſt, ſcabricitate.

TRachoma quidem internarũ palpebræ partiũ ſcabricies quædam eſt. Τράχωμα. Illarum porrò extenſio rigida, quæ eò peruadit ut fiſſuras obtineat, Sycoſis uocatur: quod ſi inueterauerit & occalluerit, Tyloſis appellabit. Σύκωσις. Τύλωσις. Collyrijs igitur utendum, tum illo quod è uino, tum eo quod è duobus lapidibus cõſtituitur. Necnon & ipſo hematite lapillo aqua eloto, ſecundũ ſubiectionem adurenda eſt palpebra. Atq; armation cum exiguo cygnario, aut diacroco, non tam ad hæc, quàm ad pſorophthalmiam ſine exulceratione congruit ac conducit, turgenti cilio illitum. At ſi callus durior extiterit, fricabimus cum pumice, uel cum teſta ſepię, uel folijs ficulneis, aut inſtrumento deniq; quod uulgò uocant Blepharoxyſton.

De Chalazijs, oculorum tuberculis.

CHalazium, palpebrarum album eſt ex humore concreto tuberculum: cui medendo ammoniacum aceto liquatum cum galbano illinito. Opitulatur uero huic quoq; uitio, unà cum cerota excepta terebinthina.

De Crithe, ſeu hordeolo.

HOrdeolũ, quod κρίθην Græci nominant, tuberculum eſt, quod in palpebra hordei longiuſculi ſimilitudine, ſuper pilorũ tarſo naſcit. Oportet itaq; in eius curatione cera candida fouere, aut muſcæ capite amputato, reliquo corpore perfricare, aut cum hordeorum elixatione perfundere.

De pediculatione palpebrarum.

EXpurgantes ante omnia pedunculos, aqua marina tepida abluere palpebras expedit: mox medicamentum quod iam ſubſcribam, tarſo applicare. Accipe aluminis ſciſſilis medimnos duos, ſtaphidis ſylueſtris medimnum unum, quibus tritis ac diſſolutis utere.

De Madaroſi, ſiue Milphoſi, quod eſt palpebrarum defluuijs.

MAdaroſis oculorũ morbus eſt, quo palpebrarũ pili defluunt. Poſt uniuerſi igitur corporis diligentem curationem, ſmegmatis quæ cognomento καλλιβλέφαρα (hoc eſt, quę uenuſtatis palpebrarũ gratiã lenociniumq; inducunt) nuncupantur, ad profligandum illud oculorum uitium utamur. Καλλιβλέφαρα. Accipe terræ Ampelitidis (quam pleriq; Pharmacitim nominant) croci,

nardi Celticæ,ladani,æquales partes tritas uſui adhibe. Aliud: Stimmeos aſſati colluti drachmã unã,plumbi ceratia octoginta & drachmas quatuor,croci drachmas quatuor,nardi Indicę drachmas treis,unà cõtere,atq; utere. Aliud: Palmularũ oſſium crematorum drachmas treis,nardi Gallicę drachmas duas,ubi triueris in farinã & pręparaueris, utere. Cæterum hoc medicamentum ſcabioſis quoq; cum prurigine oculi ſuccurrit.

Medela Neapolytæ, ad palpebrarũ defluuia, & diuturnos ciliorũ affectus.

STimmeos,cadmias,chalcitidis,miſyos,æquas partes in craſſa fruſta incide, melliq; cõfundens, coquito, ubiq; liquefeceris, aduerſus Melphoſim adhibe.

De Ptiloſi.

PTilloſis palpebrarũ quædam eſt in callum indurata craſſities , rubens, quam magna ex parte capillorum defluuium comitatur. In eius igitur curatione, muſcerdam deuſtam & melle leuigatam illinito.

Ad ſuperciliorum Madaroſim, & glabreta.

OLeo, ſeu ſeuo anſerino infectis digitis plumbum contere, atq; eo obline. Aliud: Hoc præterq; quod glabricitati ſuperciliorũ medetur, nonnihil nigroris quoq; inducit: Nuces ponticas crematas cõtere cum adipe caprino aut agnino. Aliud: Id quidem ad barbæ alopecia pluſculum tulerit præſidij: Herbæ Apollinaris drachmas duas, muſcerdarum drachmam unam,capilli Veneris tantundem,unguenti irini cochlearia quatuor, ubi triueris perq; accurate,unguentum admiſceto, & antea fouens illinito. Quod ſi quis ante totonderit,multo efficacius erit.

Ad Trichiaſim,quod eſt denſitatem palpebrarum.

VBi iam antea uitiatos palpebrarum pilos euulſeris , locum confeſtim ſanguine ranæ ſine additamento inungito,uel cinere chameleontis niuei adiecto, aut ſanguen pupillarũ , aut fumi in hordeolis prognati ſuccum cum cõmeos,aut tellinarũ ſalſarũ, earundemq; crematarũ cinis ex cedrino liquore inſperſus,aut loti crematæ cineris,aut alumen, aut crotonos à cane ſanguis admodum confert.

Trichocollia.

REconglutinatio ad euulſos pilos : Aſphaltus , maſtiche , coma cochlij limacis, conglutinandi uim habent.

De Encauthidibus & Rhyadibus.

Ἐγκανθίς. ENcauthis oculorum labes eſt,quũ canthi maioris caruncula plus æquo naturalem in magnitudine habitum exceſſit, & ad nares protuberat.
Ῥυάς. Rhyas uero econtra eiuſdẽ anguli carnis eſt conſumptio. Encauthides igitur tum ijſdẽ medicaminibus,quæ de Ectropio memorauimus,tum ſimilibus etiã rebus adurentibus,tum ijs quæ uim habent erodendi, cõminues: ſed ne quid nimis: periculum enim eſt,ne ſi totas omnino expungas Rhyadas,diuerſum planè malũ inducatur: ſed ad naturalem illum ac iuſtum magnitudinis habitum. Sed Rhyades, prorſus quidem magno angulo ſiue rudis chirurgici culpa , ſiue pharmacorũ carnem corrodentiũ perdito, nullo medicamẽto uinci poſſunt: minuta uero duntaxat parte ipſarũ,ijs quæ modice adſtringunt, & carnem inducunt,reſtituas: cuiuſmodi ſunt,quæ è croco &

eò & glaucio & aloë cõponuntur, & diacroca appellata collyria, Apollinarisq; herba in uino decocta & impoſita, & puſillum aluminis cum uino.

De hulceribus oculorum, & differentijs eorundem.

HVlcerum quæ oculos infeſtare conſueuerũt, genus quidem unum eſt, ſed in plurimas particulatim differentias dirimũtur. Nam quod in cornea quidem tunicula cauũ, ſeu curuũ hulcus fit & anguſtũ atq; purum, Bothrium nuncupatur. Quod uero latius quàm hoc & minus profundũ, Cœloma appellatur. Argemon autem exulceratio quædam eſt, quum in circulo iridis undiquaq; id quod foris eſt ſubrufum, quod uero intus, albũ appa ret. Epicauma uero hulcus eſt ſordidum, impurũ & cruſtuloſum, ex cuius purgatione ſæpius humida quæ ſunt in oculo, effluũt. Et alia innumera ferme exhulcerationũ oculi ſunt diſcrimina, de quibus in communi uerba faciemus. Proinde quum exhulceratio cum phlegmone fortefortuna conſtiterit, curatio illis quæ phlegmones leniendę & maturandæ poteſtatem habent, emolienda eſt, unà cum peculiari hulceris medela: cuiuſmodi collyria quidem ſunt & libanium, & cygnus, & quæ pelaria appellantur, & aſter, & conſimilia: præterea quæcunq; ex malo & terra aſtere, ceruſſaq; conſtant. Certo aũt ſcimus omnium præſtantiſſimum anodynũ eſſe τὸν ἰλάμωνα, cæterum in eius uſu perſeuerandum non eſt, quoniam uehementiſſime ſi quicquam aliud ſtuporem inducit. Vtiliſſimũ porrò τὸ διὰ ζεμάτων, nihil plane habens narcotici. Quod ſi cũ reumate fuerit exhulceratio, illorũ quodpiam collyriorum adhibebimus: quale eſt, quod ex hydra componitur, & chianum, anſerinum ue, & fuluus cygnus, & breuiter quæcunq; expultricis, ſine roſione ac morſu, facultatis ſunt. Aduerſus pręterea ſordida ac putrida ocellorum hulcuſcula, mulſo modice diluto, atq; fœnogræci decocto utamur, atq; illis quidem tum ſeorſim per ſe, tum adiectis etiã quæ ad eam rem facta ſunt collyrijs. Acutiora quidem ſi fuerint hulcera alba, Seberiano, & quod ex fœnogræci ſucco contexitur. Vbi uero acres exhulcerationes minime fuerint, collyrijs quæ myrrham habent, maxime utendũ. Cæterum hulceribus ad unguem expurgatis, Cleon docuit & cicatricem inducere, & eidem ſimilem colorem induere.

Βόθειον. Κοίλωμα. Αργεμον. Επίκαυμα.

De Proptoſi, uaſto tumore, qui oculum ſua ſede propellere uidetur.

PRoptoſis hulcus rhagoidis tunicę eſt ex ſanguinis profluuio, quã διάβρωσιν dicunt, aut ſciſſura corneæ, cauſſam ducens & originem, quæ parua quidem adhuc, modis omnibus muſcæ caput referens, Myocephalon nuncupatur: aucta uero amplius inſtar uuæ, Staphyloma dicitur: Vbi uero eò peruenerit ut palpebras feriat, μῆλον: quũ deniq; duritie calluerit, Clauus, græce ἧλος appellatur. Quocirca ſi mediocriter tantũ oculus, ueluti ad muſcæ capitis inſtar (unde nomen ſortitur μυοκεφάλου) à ſuo iuſto modo procidit, medicamentis quę expellendi, profligandi & confringendi potentiã obtinent, utendum: uerbi cauſa, Chio, Phæo, Nardino, & Theodotio. Et quod è Thallia, ſummo oleæ coliculo, & cõfectione διὰ κέρατος. Spongia quoque irrigandum eſt: poſca, aut uino adſtringente, aut roſarũ decocto ſpon-

Proptoſis. Myocephalon Staphyloma. Μῆλον. Clauus.

giam macerantes,aut ſpleniũ. Cæterũ præcipuũ bonitatis honorẽ aduerſus proptoſes & omnia hulcera habet Olympiacũ aut olympus appellatũ, cum cremore oleę aut polygoni,aut polij. Eadem quoq; ipſa & hulceri Clauo cõgruentia ſunt, & Staphilomatis, ſi priuſquam albis maculis obducantur uel calluerint,uſui adhibeantur. Nam quæ maculas candidas,unde λευκώματα dicuntur, cõtraxerunt, & calli inſtar obduruerũt,omni medicationi renitentia tanquam inſanabilia omnino relinquuntur.

De ſugillatis,quæ Græce dicuntur ὑπώπια.

HYpopyon in cornea oculi membrana quãdoq; naſcitur, nunc quidem in imo,nunc uero in ſummo,ungui humano forma non diſſimilis ſuppuratio: quæ cauſſa eſt ut à Græcis ὄνυξ, à noſtris Vnguis oculi etiã hoc malum appelletur. Scopi itaq; curationis huius mali gemini ſunt. Primus eſt, ut ſuppuratio quę in tunicula coit,per ea quæ nõ uiolenter, ſed moderate diſcutiendi poteſtatem habent, diſſipetur: cuius equidẽ farinæ ſunt,mulſum, & fœnogræci cremor, & quæ ex eodem cõtexuntur collyria,atq; libaniũ, & quicquid è libano,hoc eſt thure,concinnatur. Alter eſt,ut confringatur & expurgetur cum uehementioribus ualentioribusq; : è quorum numero ſunt collyria,quæ myrrham habent, & ob id διάσμυρνα à Gręcis appellanť, & hygidiũ. Atqui hypopyis abſq; exulceratione medendis,etiam illo utendum eſt hygrocollyrio, compoſito ex acanthi,croci,ſingulorum drachmis octo,myrrhæ drachmis quatuor,mellis libra una. Cæterum puſtula ac tumor quam φλύκταιναν Græcorum medici nominant,abſceſſus quidam cornei humoris,ad hypopyam curationem refert.

φλύκταινα. (margin)

Humida ad hypopya.

SVmito croci, aloës,myrrhæ,uniuſcuiuſq; unciã unam,uini uncias treis, mellis optimi uncias ſex,teratur & molleſiat crocus cũ uino exiguo,deinde aloë cum myrrha, & ſimulatq; craſſitudinẽ prefert,injcito ipſum mel: quæ quidem iam unita atq; cõmixta, in uaſe uitreo reponito : bis autẽ quolibet die utitor. Verum ſi moras quis oderit,malitq; maturare atque urgere interim,ter eo medicamento occurrere nitatur. Et quamprimũ oculum unà cum carne purgarit,integram ualetudinem recuperabit.

De cicatricibus & leucomatis.

Vlæ. (margin)

VLæ,quod eſt cicatrices ac maculæ,quæ in ſumma ſuperficie oculis innaſcunť,à quibuſdã modò cicatrices, à nonnullis uero nephelia,quod eſt caligines, appellantur: quę quidem altius radices egerunt,leucomata dicuntur. Quorum ſanè abſtergendi purgandiq; facultate prædita,hæc σμηκτικὰ quidem,illa uero ῥυπτικὰ à Græcis dicta,præſidia ſunt. Leuiores igitur maculas νεφέλια dicta,anemones ſuccus exterit,atq; minoris centaurij cremor, cum melle. Eas autem quæ longiore temporis ſpacio perſeuerauerunt cicatrices,cedrię liquor extenuat ac exterit. Aes item,abſque additamento ullo, aqua diſſolutum & contritum inſtar collyrij : & σμηκτικὰ collyria, cuius generis ceruini cornu, & rhinarion, hecatombeq;, & ſimilia. Sed leucomata, nitrum cum oleo peruetuſto,accurate maceratum et molle

Leucomata. (margin)

Nephelia. (margin)

factum

factum & ſcite illitum, tergit & expungit. Idem ſepiæ teſta cremata, cum melle liquefacta, pulcherrime præſtat. Inter collyria aũt, hoc quidem haud inſcite & clementer extergit: Mamira guttę ammoniacę thymiamatis, myrrhę troglitidos, crocodilorum oletuli, æquis partibus, redige in collyrium, atq; utere: aut compoſitis ex aqua diſſoluto crocodili ſtercore collyrijs, maculas oblinito. Haud improbe autem feceris, ſi Cappadocicis ſalibus aqua diſſolutis, collyria natura ad candidas oculi maculas (unde & λευκωματικὰ græce dicuntur) comparata, guttatim inſtillaueris.

Vlarum tinctura.

GAllæ, acaciæ, ſingulorũ pondo libras quatuor, atramenti ſutorij pondo libras duas. Collyriũ præterea illud: Mali Punici flores, cytinorũ, (qui captu & ambitu pomum intra ſe quaſi fœtus claudunt) atramenti ſutorij, acaciæ, commeos, uniuſcuiuſq; pondo drachmas quatuor, ſtimmeos, gallæ, ſingulorum pondo drachmas duas, aqua ſoluito. Quum autem mali Punici flos ad manum non fuerit, tum acinos huius mali, intra cytinos, quæ inſtar membranæ ſunt, complexos, admiſceto.

De Pterygijs.

VNguis, quod Pterygion uocant, neruoſa eſt circa tuniculam corneam exuperantia, oriens quidem ſub angulo, ſed ad exteriora per oculum progrediens, quæ ita quandoq; augeſcit, ut pupillam operiat. Si magna & inueterata ſit, nõ niſi chirurgica manu exciditur. Recentior uero & mediocris magnitudinis, pręſidijs abſtergentibus expugnatur: cuius generis ſunt quæ Græcorum medici τραχωματικὰ καὶ λευκωματικὰ dicunt, quod nimirum illa trachoma palpebrarum aſperitatem, hæc albas oculorum maculas, leucomata appellata, proprie conſumunt. Ex incompoſitis quidem, æs crematũ, aut atramentũ ſutorium, cum bile porcina optime conducit. Sed longe efficacius hoc, quum atramenti ſutorij partem unam, commeos partem ſemiſſem emollientes, uel inungimus, uel peniculos conformamus. Nonnulli uero bilem caprinam melli confundunt, atq; inde obliniunt.

Ad Pterygia, Hypopyos, & Amblyopias, Oribaſij.

ACcipito lapidis Magnetis, eruginis raſilis, ſinopidis, guttæ ammoniacæ thymiamatos, ſingulorũ drach. iiij. croci drach. ij. mellis Attici cochleariũ & ſemiſſem. Plurimũ hoc etiam confert in medendis leucomatis.

De Anthracoſi, & carcinomatis.

CArcinoma tuberculum eſt, quem Cancrum Latini dicunt, in cornea oculi membranula, magni doloris, tunicarũ ruborem & dilatationem præferens, qui pungit dolorem, & uſq; ad tempora pertinet, potiſſimumq; ſi concutiantur: appetitu præterea carent, & ad acriora medicamenta exacerbantur: atq; hoc quoq; immedicabile malum eſt. Conſulendũ tamen et illis eſt, & ſi fieri poteſt, ſuccurrendũ, potu lactis, frumentaceorũ quę σιτηρὰ Græci nominant, & aliâs probi ſucci epularũ porrectione, exceptis omnibus acribus. Benefacit collyriorum quoq; delicatorũ infuſio: uerbi cauſſa, Spodiacũ, à cinerula nominatũ, Seberianum, atq; id genus quęcunq; alia.

Prænosse autem oportet bonũ totius corporis temperamentũ. Atqui anthracosis quoq; hulcus est maleficũ, grande & difficile, quod κακόηθες Græci dicunt, crustulosumq;, quod nunc quidẽ bolbo, nũc uero palpebra, quemadmodum & in alijs quibuscunq; humani corporis partibus, fieri potest. In eius uero anthracoseos, quæ in bolbo oboritur, curatione, principatum tenet, ea quæ statim quidẽ ab initio fieri debet cũ clystere euacuatio: deinde lacte crudo moderata expurgatio: mox fotum spongia farinã orobinã aut triticeã in mulso elixã, cataplasmatis modo adglutinare expedit. Nonnunquã & irim oculi orbem tenuẽ opplentem, lacteq; oculũ eluere. Quod si edendo repant exulcerationes, lenticulam cum melle, aut malis cydonijs decoctis emplastri instar imponere. In eo uero quod latius depascendo diffunditur hulcere, folijs oliuæ elixis, aut mali granati corticibus, siue granis in uino cõcoctis cum melle contritis. Sed hulcere serpente, quam νομὴν græce nuncupant, urgente, & crusta ἐσχάρα appellata decidente impositu medicamenti quod dicturus sum, & quum hulcera fuerint pura, lecinthijs assis tritis cum croco & melle, cataplasmatis more illinito, donec cicatrix inducatur. Cæterũ medicamentũ quo de agimus illud est: Spodij drachmas quatuor, myrrhę nõ admodum aridæ ac torrefactæ drachmas treis, obolos totidem, in Amineo uino usq; dum exiccetur macerans, passo Cretico ueteri commisceto, quibus mollefactis liquidum in pyxidem fictilem tollito, atq; 2
sublinito. Sed ad anthraces, quos carbunculos dicunt, qui palpebris innascuntur, malum punicum acidum totum contundens coquito in aceto, subactumq; ualde in farinam conterens, linteum oppleto, & utitor, cõmutans & renouans interdiu quidem bis, noctu uero semel duntaxat.

De Mydriasi, nimia dilatatione pupillæ.

MYdriasis oculorum uitium est, quo, colore ne tantillum quidem mutato, pupilla iusto longe latior apparet, & nonnunq; uisoriã facultatem prorsus impedit, interdum uero magna ex parte, quo fit ut uisa multo minora ueris esse uideantur, cuius caussa est περιττωματική τις ὑγρότης, hoc est, redundans quædã humectatio. Succurrendũ est itaq; huic uitio, sanguinis incisa 3
uena cubitus detractione, atq; expurgatione: si uero non, uenas in hirquis quos κανθοὺς dicunt, diuidito, deinde cucurbitulam ceruici imponito. Faciem item atque oculos aqua marina perfundito: Quod si marinæ copia non sit, muria aut posca. Medicamentis denique ijsdem in mydriasi utendum, quæ & in medendis phlictænis expediunt.

De Phthisi & Atrophia.

PHthisis, quod est oculorũ tabes, fit quando pupilla angustior, & hebetior corrugatiorq; ex adfectione quapiam redditur, in qua uisa maiora esse apparent quàm sint. Quæ quidem ex crassitie & spissitudine, ab ariditate potissimũ facta, prouenit. Dirimitur autem phthisis ab atrophia eo di- 4
scrimine: Phthisis angustiorẽ facit pupillam, atrophia uero oculum exiliorem & angustiorem reddit. Medebimur autem huic affectioni obnoxijs, exercitationibus, cõfricantesq; perquamaccurate cum caput, tum uultum, tum ocu

Marginal notes: *Anthracosis.* — *Phthisis et atrophiæ discrimen*

tum oculos: faciem adhæc aqua perfundentes, & caput ungento aliquo calorifico circũlinientes. Oculos præterea extenuante & relaxante atq; acriore medicamento sublinito, quale est quod sequit: Guttæ ammoniacæ drachmam unã, crocomagmatis drach. quatuor, croci drach. duas, rubiginis drach. unam, maceratas in aqua fingito, & utitor.

De Nyctalope, id est, acie uespertina.

OCulorum uitium, quod Græci νυκτάλωπα, Latini lusciosos & nuscitiosos appellant, uulgò dici consueuit, quoties acciderit, ut interdiu quidem iusta acie uideat quis, uespere uero & occidente iam sole, minus atque obtusius cernat, noctu postremo nihil. Eo malo affectis pulchre medebimur, si primo è cubito euacuabimus, secundo hirquos expurgabimus, aut clystere expurgante utemur: tertio loco apophlegmatis pituitã detrahere, aut sternutationes ciere pręcipiemus. Potui uero hyssopum, aut rutam ante cibũ offerre expedit. Quod si his peractis non ex animi sententia succedat, rursus medicamentũ expurgandi facultate præditum, hoc καθαρτικὸν græce uocant, ex uehementioribus puta, scammonia & castorio confectum, medicus exhibeat. Perungito præterea cæcitudine illa nocturna oppressos, melle despumato: oculis cõniuentib. cõpressisq; humida intus cõtineto, aluminis ceratiũ siliquã'ue medimnos duos, salis fossilis medimnũ unum, contere cum melle, atq; sublinito. Aliud: Iecur hircinum assato, atq; inter assandum ichora colligens inungito, ipsum uero hepar edendum exhibeto: decocti uero iocinoris uaporem oculis apertis accipere iubeto.

Vehementiora medicamina.

De glaucomate & hypochymate, ex Rufo.

GLaucoma uero & hypochyma, hoc est, oculorũ suffusio, unum idemq; mali genus esse antiqui putauere. Posteriores uero, glaucomata quidẽ crystallini humoris in oculo uitia, quæ ex humiditate in glaucũ colorẽ transeunt, existimauerũt: Hypochymata uero, humorũ suffusionẽ, qui circa pupillam in medio corneæ & crystallinæ speciem lucẽq; impediunt. Sunt aũt omnia glaucomata ex ijs uitijs, quę nullo medicamento uincibilia, curationi medicum unguem obijciunt: Hypochymata uero, ut non sunt incurabilia omnino, ita neq; omnia sanant. Verũ illis qui eiusmodi oculorũ suffusione tentant, antequã morbus cõsistat, sanguinis è cubitu detractione, expurgatione, euacuationibusq; acrioribus succurit: uerbi caussa, Diacentaurij decocto, aut ficu amara, & alui crebriore solutione, cucurbitulæ in occipite, aut ceruice, quod ἰνίον græce uocant, circũcisa scalpello cute, adglutinatione. Per uniuersam pręterea uictus rationẽ, aquã potus loco sumere, tum ex re, tum ex usu fuerit: alimentis item extenuãtibus uti. Cõferent aũt temporis progressu & apophlegmatismi per dies aliquot. Quicũq; uero perperã & tanq; conniuenter quippiã intuent, perinde atq; conopia præferentes, & quod è malo aliquo humore, aut biliosioribus uaporibus sursum halantibus fit, medicamentum ex aloë amarum exhibebimus continuò, aut per illud quoq; purgabimus. Cæterũ in oculis itidem medicamentis utendum, primum quidem simplicibus, quemadmodum melle & oleo cum fœniculi

Glaucomata.

Hypochymata

cremore: Secundo uero compoſitis, cuiuſmodi fuerit illud: Sagapeni didrachmium, ſucci Cyrenaici, ueratri candidi, ſingulorum drachmas ſex, miſce mellis heminis octo. Oribaſius uero, quemadmodum de ſe ipſiſſimus aſſerit, proxime ſequenti uſus eſt: Caucalidis liquoris, chamædryos, coronopi, uniuſcuiuſq; tantundem cõterens. Facito uero & collyria ex ſucco fœniculi. Proteus præterea & Thalaſſerus, è ſucco balſami, quẽ ὀποβάλσαμον uocant, & ex his cõtextis collyrijs quæ naturæ aptitudine opitulari poſſunt, fœniculi adhæc decocto hauſto in principijs, iuuerunt, medicamentoq; ex ſuccis, & opobalſami, melle, & oleo ueteri, & id genus alijs.

De oculorum hebetudine, puta Amauroſi & Amblyopia.

Ἀμαύρωσις. Ἀμβλυωπία.

Ἀμαύρωσις, totius plerũq; lucis uidendiq; uſus impedimentũ & obex eſt, abſque manifeſta cauſſa, integro & incolumi omni oculo. Ἀμβλυωπία uero hebetudo uidendi eſt, ex aliqua incerta occaſione proueniens. Curatio aũt ea in uniuerſum quidem quadrat, quę antea in ſuffuſionibus oculorũ eſt explicata: Speciatim uero ex oculorũ hirquis ſanguinis euacuatio, hirudinũ uſus, & circa tempora potiſſimũ earundem adiectio, & infernarũ partium frictiones. Progreſſu uero temporis, ſternutationem cientibus utendum, & quæ à ieiunis fiunt uomitionibus, illinitionibusq; modicis. Præcipuum quidem habetur, confectio quæ ex mellis & olei æquis partibus contexitur: Proximũ eſt, ex his quæ ſequuntur concinnatũ medicamentũ. Sumuntur croci oboli duo, bilis ſuillę drach. una, piperis cõmunis grana octogintaquinq;, cremoris fœniculi drach. ſedecim, guttæ ammoniacæ thymiamatis drach. una, diſſolutis aridis cum liquore ſuccó ue; mellis cochlearia quatuor, reconde, prępara, & tollens in æneam pyxidem, utitor. Ante illinitionem aũt foueto pyria, oculos in calidam aquam marinam immergens.

De Strabiſmo, hoc eſt, aſpectu obliquo.

DIſtortiones oculorũ à generatione, quas Græci στραβότητας & στραβισμοὺς, nos ſtrabones dicimus, corriguntur in infantibus, ſi perſona ita capiti imponatur, ut à fronte rectà adſpiciant. Strabiſmus enim cõuulſiua muſculorum qui bolbum mouent, eſt affectio, & lucerna è regione poſita, nõ à latere apparente, emendatur. Sed quãdo nares uerſum oculi detorquentur, floccos rubro colore ſuffuſos oculorũ hirquis circa tempora adglutinato, ut ad hos fixis luminibus intuentes, corrigant oculos.

De Ecpieſmo.

ITa quandoq; premunt̃ hominis oculi, ut exerti perſeuerent, illis quidem qui laqueo torquentur ac præfocant̃. Inciſio uenæ cubitus, præſidio eſt. Quod ſi ex alia quapiam occaſione id uſu ueniat, ueratro nigro aut ſcammonia medendum. Eliſiones uero oculorũ quæ ex doloribus proueniunt, ſæpius enim ex niſu laborantiũ è dolore partus contingunt, purgationes ſoluunt, proinde opitulandũ eſt etiã illis. Viris autẽ poſt ſanguinis detractionem per uenam, ſi nõ cedat, occipiti cucurbitulam adhibeto, lanamq; melle illitam imponito, aut floccos cum aqua & linteo complicato, clementer ſuſpenſáq; manu deſuper ligato. Expedit pręterea ea oculi iniuria uitioq; affe-

ctis,

ctis, aqua marina egelida uultui perfuſa: Cichorij item cremor, & ſeminalis herba unà cum ſucco papaueris, μηκώνειον appellato, illitū, & alia quęcūꝗ contrahendi & congregandi poteſtatem habent.

De oculi ſuffuſione, quam σύγχυσιν Græci dicunt.

SYnchyſes, oculorū profluuia ex ictu plagá ue oborta, non ſanguinis modò, inciſa uena cubitus, detractio, ſed ſanguen etiā nuper perempti, maxime uero turturis, curat & emendat: Sin minus, uniuerſum oculū ſanguine columbino opplentes, eiuſmodi iniurijs occurremus: deinde lanā mollem maceratā in ouo diſciſſo & contuſo cum uino & roſaceo imponito, & alligato: ſequenti uero die hoc idem faciendum: tertio fouendum, lacteꝗ perfundendus oculus, & ex rebus ad eam prouinciam factis & idoneis cataplaſma adglutinato: poſtremo unctulis collyrijs'ue, quæ ad ueteres affectiones faciunt, perungatur: uerbi cauſſa, Chiaco unguento.

De Myopiaſi.

LVſcioſi non niſi contractis palpebris intuentes, quos μύωπας græce uocant, ij dicuntur, qui ſtatim ab ortu quidem ipſo, oculis propius admota cernunt, ſed longius diſſita ſpectare nequeunt. Inſanabilis ſanè iſtiuſmodi affectus eſt, ob ſpiritus uiſiui unde naſcitur, debilitatē. His contraria omnino patiuntur ætate prouectiores & decrepiti, quū ea quæ longius diſtant, facilius exactiusꝙ, quàm ea quæ admota ſunt oculis, aſpiciant.

Auricularia, & ante omnia de auriū dolore. Cap. XXIII.

QVi ex frigida cauſſa auriū dolor ſuſcitatꝰ, ſiue ex anni tempore, præcedenté ue uictus ratione, aut laborantis egeſtione (ſi modò ἀνακρίσεως ſic licet interpretari) percūctationé ue: ſiquidē ex præitorio euidentiꝙ cauſſarū genere proficiſcitur, ſiue quod in imo funditus hæreat, abſque grauedine uel lancinatione uel inflammatione deprehenſus, calorificis curabitur præſidijs, auditili meatui inſtillantes oleū rutaceum calidum, aut nardinū, aut laurinū, aut amaracinū, aut phulliatum aut ſpicatum, aut cōmune cum euphorbio, aut pipere, aut caſtorio, aut commagenum quod uocant ungentum, aut ſuccum balſami. Et oleum præterea in quo elixum ſit allium, σκόρδιν appellatum, aut cepa, inſtillatum auribus ex frigore languentibus, auxilio eſt.

Ad dolores auriū ex frigore.

Ad languores aurium ex calore.

DOlorem uero auris ex calida intemperaturæ cauſſa, in qua feruorem quendam ſine grauedine aut tenſione ſentiunt, contrarijs medicamentis curabit medicus, albuginem oui inſtillans friatū ac colliquatū, perinde atꝗ in oculo: & lac muliebre, cum aliquo ex anodynis collyrijs, aut cremore perdiciadis cum exiguo roſaceo, atꝗ ipſum quoꝗ roſaceū, aut oxyrhodinū, aut ſuccum ſolani, aut coriani, aut aſphodeli, aut oleum in quo interna terræ, aut oni aſelli ue, qui ſitula decocti: aut oleum amygdalinū per ſe, aut uiuentia cerycia, buccina appellata, tria in eo elixans, naturaliter hoc ipſum efficit.

Ad aurium dolores è craſſis humoribus.

CAeterum dolorem ex uiſcoſis & craſſis humoribus factum, cognoſce ex capite & eiuſdem auditorijs inſtrumentis, auribus'ue mole grauatis, atque ex ea quæ præceſſit educatione. At ſi dolor ſit abſq; ulla grauitate, ſola diſtentio diſſidiumq; auditus, ſpiritũ flatulentũ exitu deſtitui declarat. Vtendum itaq; in utriſque, ijs medicaminibus quę obturationes diſcutiunt atq; interſecãt: cuius generis eſt aphronitrũ cum aceto & melle, atq; bilis ouina cum oleo cõmuni, ſiue amygdalino: necnon & porri atq; cepæ cremor tepidus cum melle, aut origanũ deniq; cum melle lacteq; muliebri contritum, auribus inſtillato. Aduerſus autẽ uehementiores frigiditates, bilis caprina cum porri ſucco inſtilletur. Cæterum quum ingens quem ac multus & diuturnus labor infeſtat, hiſce remedijs utendum eſt: cuiuſmodi ſunt, dracunculi ſuccus, & ari, & bryoniæ, & huius farinæ cætera.

Ad dolorem aurium ex flatu ſufflaci.

PRiuatim uero eis qui auris cruciatu propter flatulentũ ſpiritũ torquentur, cucurbitula, calida prius aqua calfacta, et circa aurẽ impoſita magnifice ſuccurrit. Quod ſi pondus pariter & contentio cum dolore, quem immenſus ac multus comitat̃ arteriarũ percuſſus, unà moleſtarint, aut febris etiam tentet, inflammari ſcito auditoriũ, atq; ob id quidem ante omnia inciſione uenarum utendũ, deinde auriculario ſpecillo lana inuoluto, oleo dulci calido frequenter fouere expedit. Adhæc adeps quoq; anſerinus meatui inſtillandus eſt, aut uulpis, aut Baſilicum medicamentum cum roſaceo, aut cyprino, aut irino. Foris porrò cataplaſmatis modò illinienda ſunt, ea quæ leniendi dolorem pariter & concoquendi poteſtatem habent. Sed uiolentius dolore ſęuiente, medicaminibus quæ mediocriter obtundere & ſtupefacere ſenſum poſſunt, utemur: haud enim paruum ac contemnendum periculum cerebro, quod auditorio neruo inflammato uicinum eſt, incumbit. Pulchre igitur hoc remedium ſuccurrit: Succi papaueris (quod opium uocant) partem unam, caſtorij partes duas cum lacte muliebri, aut albugine oui, aut uino dulci paſſó ue, tepidũ auribus inſtilla. Cæterũ croceus quoq; orbiculus, quẽ τροχίσκον græce nominãt, pariter & aſter, & Philonis antidotus, hac affectione afflictos ſæpenumero adiuuit. Iam uero aurem aſſidue uel oleo cõmuni, uel aliquo calido fotu fouere oportet, lanam in eo ipſo intinctam auribus imponere, minimeq; gentium ceſſare quantũ fieri poteſt, membris inflammatione infeſtatis. Vbi autem dolor inueterarit, & iam in ſuppurationem conuerti cœperit, medicamento è ſucco ſeminis lini utitor, inſtillans id ipſum diſſolutum cum roſaceo, aut chamæmelino.

Ad auris ex aqua languores.

QVando autem aures ex aqua medicaminoſa in auditoriũ meatum infuſa dolent, ſiquidem plurima fuerit, per os, aut etiam per calamum ceu canalem exugendo attrahe aquam: ſi pauca, ubi exterſeris eam lana auriculari ſpecillo imbuta, oleum aliquod tenuiũ partium, aut roſeum, aut oui album, aut muliebre lac, inſtillato. Cuncta autem hæc & ſingula modice calida

da eſſe oportet, quæ auribus adhibentur.

Ad aurium hulcera cum phlegmone.

LYcium & meconiũ, hoc eſt papaueris ſuccum, pari quantitate cum melle quaſſata atq; cõtrita, auribus doloribus & phlegmone oppreſſis, imponito.

Ad maximos auris dolores, & ſuppurationem, & grauem auditũ.

AMygdala dealbata, & ſpumæ nitri, quod ἀφρόνιτρον uocant, drachmas treis, opij tantundem, croci drachmas quatuor, galbani drach. duas, myrrhæ drachmam unam, aceto eliquans atque diſſoluens, auribus affli-ctis inſtillato, dolore quidem infeſtante roſaceo irrigans: ſi purulentia uero adſit, œnomelite aut oxymelite: ſin difficultas auditus, aceto. Porrò hulcera recentia, glaucium in aceto diſſolutum medetur, & quæ ex illo conficiuntur collyria. Faciunt idem diarhoda, diacroca, & diaſmyrna: Quemadmodum rurſus ſuppurantia citra dolorem, ſcoria ferri cum aceto in tempore macerata & adhibita.

Ad hulceris ſordidi duritiem.

NItrum aceto maceratum cum aqua dilue, & abſtergens inſtillato irrigatum cum roſaceo. Aliud ad ſordidum hulcus: Cardamomum & nitrum exiguum cum caricis ficubus'ue ſimul contundens atque cogens abſque cechramidibus, & collyria componens, auribus indito, atque per triduum geſtato: deducit nanque ſordis plurimum, & haud mediocriter leuat. Conducit autem & excreſcentijs carnium pręter naturam, diutinis doloribus, & exhulcerationibus. Sumito aloës, thuris, myrrhæ, ſingulorũ drachmã unã, miſyos drachmas quatuor, quibus cum aceto in paſtillos coactis, ubi utendum fuerit, aceto & roſaceo ſoluens, infundito, & trochiſcũ Andronium, & Eram, & orbiculum Muſæ.

Ad inueterata hulcera.

CEdrinum liquorem cum melle confuſum, illinito. Aliud: Miſy combuſtum & in farinam tritũ, hulcuſculis inſufflato. Sed ad infuſiones, aures cum clyſteridij poſca in oxymelite aut œnomelite, aut iure alicuius expellendi uim habentis, ueluti lentis aut roſarum, inundato.

Ad aures uellicatas.

ABlue auriculam rotundi odorati iunci decocto: ſeminalis uero cremorem cum q; minimo aceto inſtillato, aut lycium, aut amurcam, aut acaciam, aut porri deniq; liquorem.

Ad carnium præter naturam incrementa.

NItrum aqua inundans calida, unà cum ſquamula æris, & ſandaraches, æquis partibus: cruſta uero obducta, melle repurgatur.

Ad aures uermiculantes.

PErfundantũ aures abſinthij decocto, aut centaurij, aut porri. Inſtillabis item foliorum capparis, aut fructus eiuſdem cremorem, aut liquorem cedrium, aut humanum lotium peruetuſtum, aut ueratrum album cum melle, aut nepetæ ſuccum, aut ſcammoniam cum aceto, aut ſuccum abſinthij. Cæterum oleum meatui quoq; inſtillatum, ex imo ad ſummam uſq; auriculam

eijcit. Quam rem egregie quoq; acetum oleo temperatũ exequitur. Et aduerſus animalcula, quæ auribus aliquando incidunt, iiſdem utitor.

De calculis & conſimilibus, quæ auribus interdum in cidunt.

AVricularium ſpecillum (quod μηλωτίδα græce nominant) lana inuolutum, terebinthinæ, aut gummi, aut alio quopiam glutinoſo intingito, atq; ſic infectum ea tandem ratione extrahe. Quod ſi renitatur, neq; his adhibitis prodeat, oleum calidum affatim meatui inſtillato: Si quidem eijciat, aut relinquatur, alia aggrediunda eſt uia, quemadmodum in uolumine de Chirurgia proſequemur.

De ſonoribus ac ſibilis aurium.

QVod ſi aurium tinnitus in febribus, aut earundem decretorijs proueniant, nihil obturbato, propediem nanq; ut plurimum hæc murmura ceſſant. At ſi poſt morbum etiamdũ torqueant, abſinthij decocto fouens, acetum atq; roſaceũ infunde, aut radiculæ cremorem cum roſaceo, aut hellebori nigri cum adiecto aceto. Contra diuturna autem, & quæ inueterauerunt aurium murmura, ex craſſis & uiſcidis humoribus oborta, (deprehendes autem id, quod nõ uno (ut dicitur) faſce, ſed particulatim cogatur, conſiſtatq;) aceto & nitro & melle demergito, ac dilue. Aliud profligandis auriũ ſonitibus: Accipe ueratri candidi drachmas duas, caſtorij tantundem, croci drachmas treis, nitri drachmas ſedecim, quibus ſingulis in aceto liquefactis, redige in rotulas, atque re poſtulante utitor.

[In]ueterata [au]rium murmura.

Ad diuturnos aurium tinnitus & ſibilos.

MEdendis aurium ſonoribus atq; ſibilis, euphorbio cum oleo cyprino trito & calfacto utendum. Sed his qui propter multam ſynæſtheſim atq; per conſenſum uaporum in caput aſcendentium, aut flatuum hoc mali ſentiunt, caſtoriũ, & ſemen cicutæ in aceto dilutũ atq; contritũ, inſtillato.

De difficili auditu & ſurditate.

SVrditates græce κωφώσεις appellatæ, quæ e primo ſtatim ortu, aut poſt partum quidem, ſed diuturno iam tempore atq; omnino etiam hominẽ occupauerunt, adeoq; altius quoq; radices egerunt, curationẽ nullam admittunt. Quæ aũt abſolutæ non ſunt, ſed diutinæ & inueteratę, (hos ſurdaſtros, illos ſurdos dicimus) & ipſę inſanabiles plane ſunt, aut grauiter ęgerrimeq; curantur: nam ex bilioſo humore ſurſum uergente conflatis, nõ admodum difficulter euacuationibus, quæ medicamentis bilem deducentibus, χολάγωγα græce appellata, fiunt, ſuccurritur. Nõnullæ etiam nulla medela adhibita, ultro afflictionẽ demittunt ac finiunt, bile illis ſubeunte. Surditates uero uel dyſecoias, id eſt audiendi difficultates, e crudis & craſſis humoribus prognatas, ſectione uenæ, aut omnino expurgatione cum hiera, curato: apophlegmatiſmis interim & erinis utens, naturalibusq; aut unda etiam marina factis lauacris: ſed ea auditorio meatui inſtillato. Competunt quidem & ea, quæ ad aurium tinnitum bombos'ue perſcripta ſunt: peculiariter autem hæc, lotium caprinum, & bilem animantis eiuſdem, aut ſolummodo bilem inſtillato, aut rutæ cremorem cum melle, aut caſtoriũ cum

[χο]λάγωγα.

oleo

oleo anethino, aut hyssopum medicamentum cum unguine nardino, aut bilem capræ cum galbano. Aut etiam illud: Accipe castorij drach. duas, nitri, hellebori candidi, singulorũ drachmam unam.

Ad contusionem aurium, quam θλᾶσιν græce nominant.

Hippocrates, nihil aurium impulsionibus thlasibus'ue conducere admonuit. Quoniam autem sæpenumero à laborantibus urgemur impellimurq́, utendum fuerit utiq́ myrrha, aloë, thure, acacia: æquas partes cum aceto, aut oui candido tritas, oblinito. Aut panis calidi medulla cum melle in mortario contusa, cataplasmatis modo illinito. Vel id quod sequitur: Accipe asphalti, (bitumen nostri uocant) thuris, aloës, cochlearum carnis, bulborum spumæ æqualiter, quibus in aceto contritis, imponito. Cæterũ si phlegmone accedat, sesamo dissoluens illinito, aut chondro cum aceto elixo. Atqui cataplasmata cuncta in hac affectione leuia sunto, & absq́ uinculis & ligatura omnino, uel obiter modò ac leuiter uincentur; lanamq́ oleo intinctam meatui auris imponito.

De Parotidibus, id est secundum aut post aures abscessibus.

Parotis, abscessus & affectio quædam est, quæ in adenis sub auribus proiecta materia nascitur, conuersis illuc ex capite densis quandoq́ humoribus, nonnunq́ uero ex reliquo corpore decretoriũ in febribus ad salutem facientibus. Quocirca si etiamdum in profundo latens, non in tumorem assurgit parotis, adiuuabimus naturam, hulcerũ subsidia offerentes, aut cucurbitulã apponentes, aut fomentationibus crebris utentes, ne si in imum remeat materia, periculum afflicti non effugiant. Si contrà in uomicam & tumorem quodammodo pyramidalem cum inflammatione attollatur, tum contrarijs omnino cataplasmatis, mitigandi & maturandi uiribus preditis, utemur: uerbi caussa, cataplasmate hordaceo aut frumentaceo, aut è seminis lini farina cum mulso, aut fœnogræci, aut altheæ, aut chamæmeli iure decocto, aut quod ex rumice & axungia sine sale constat. Si sanguis plus iusto naturæ modum excedere uidetur, euacuandus est ante omnia ipsus incisione uenarum, si id quidem per uirtutem laborantis integrũ sit. Sed si tumor neq́ tantillum quidem discutiatur, neq́ quicq́ resoluatur, medicamentis quæ suppurationem inducunt utendum: cuius generis est farina triticea, cum caricarũ decoctione & oleo, atq́ id quod è polline, item id quod è fermento componitur medicamentũ. Commeante uero & mutante sese iam abscessu, uel dissectione purulentiã excernamus, uel acri medicamine confringamus irritemusq́. E quorum certe numero est, quod uulgò dicunt smilium, & quod ex allijs constituitur. Parotides autem ignauiores & innocentiores, pyria ex salore tantummodo discutit: item id quod aperano conficitur medicamentũ. Hoc quidem non pus modò iam permutatũ discutit, sed adhoc etiam omni planè molestia carens, indoloriũ præ omnibus fermè alijs est. Cæterũ ad inueteratas iam multo temporis spacio parotidas, buccinorũ aut purpurarum crematorũ cinerẽ cum melle aut axungia imponamus, aut ficum coctũ marina, aut marubiũ cum sale. Porrò iam

Παρωτίς.

Si tumor parotidũ fastigiatus

Si ex redũdantia sanguis.

Aperanum.

Ad ueteres parotidas.

duritiem præferentes parotidas emollit tum Mnaſæi confectio, tum Ario barzanios. Præſentiſſima uero eſt, quæ fit è ſucco ſeminis lini. Ante uero hęc illinito ammoniacum, miſcendo cataplaſmatis picem liquidam, aut adi pem taurinũ, aut bdellium, aut ſtyracem, aut medullam deniq; ceruinam.

De naſi odoratusq; ſeu narium affectionibus. Cap. XXIIII

SI olfaciendi uirtute læſa, lingua incolumis ſeruatur, anteriorum cerebri uentriculorũ affectio ſuſpicãda eſt, qui uel nudi diſtem peramenti culpa noxam acceperunt, uel prauorũ humorũ mul titudinis. Si uero lingua unà cum odoratu offendatur, laborio-
ſior ac difficilior quodammodo fuerit, propter emphraxim, hoc eſt obſtru 1
ctionem eorũ meatuũ, qui ethmoides, id eſt cola, uocant, malum rurſus ex uitioſis humoribus factum putato. Proinde cerebri intemperantiam perſę pius iam enumeratam ubi deprehenderis, cõtrarijs utitor adminiculis, ca- putq; calida marina perfundito: humores uero negocium exhibentes, apo phlegmatiſmis euacuato, maxime uero quæ ualide per nares euacuant eri- nis. Odoramenta præterea quæ nõnihil ſubtiliũ partium habent, quemad modũ in deſtillationibus faucibus impactis, exhibeto. Quod ſi copia atq; adeò ſaburra huius mali cauſſa uerſet in uniuerſo corpore, hoc totũ prius diligenter uel detractione ſanguinis per uenam, uel purgatione cum hiera,
euacuato. Sic & in Polypo, & Ozæna utitor: tum deniq; his præmiſſis, to 2
pica adhibe auxilia. Theriaca quoq; pota, ſæpiſſime opem præſentiſſimã

Polypus. attulit. Eſt aũt polypus, tuberculũ præter naturã in naribus obortũ, refe- rens modis om̃ibus ſubſtantia, polypi animãtis carnem. Eiuſdẽ porrò natu *Sarcoma.* ræ & eſſentię polypo eſt ſarcoma, hoc eſt, carnis in naribus præter naturã *Ozæna.* incrementũ. Ozæna uero hulcus eſt carioſum ac putridum, ex acerrimis ad nares confluentibus humoribus, & acrimonia ſua exedentibus, natũ.

Ad Polypos & Sarcomata.

SVmito ſquamulæ æris drachmas octo, atramenti ſutorij drachmas ſex, ſandarachæ drachmas quatuor, ueratri nigri drachmas duas, quibus in
farinã tritis, naribus flatu indito, et utere perinde atq; præſtantiſſimo, nam 3
in tredecim ſanè diebus perſpicuam atq; euidentem præbet cõmoditatẽ. Conducit & atramentum ſutoriũ per ſe cum aceto adhibitum. Aliud: Corticum mali granati drachmas duodecim, atramenti ſutorij drachmam unam, chalciteos drachmas octo, bilis taurinæ, amomi, myrrhæ, nepetæ, marrubij, ſingulorũ drachmas quatuor, croci drachmas duas, ueratri can- didi drachmas quatuor unà ſiccato atq; utere. Aliud: Diaphryge le- uigato attingito, & penicillo uulnerario (quod eſt linamentũ id, quod uul- neribus inditur) ſcirpeo, oleo circunfuſo, uel ex funiculo oleo illito, quali utuntur uulgò in lucernis: dirimit enim nares.

Ad Ozænas. 4

SVmito miſyos, chalcitidis, myrrhæ, uniuſcuiuſq; drachmas ſeptẽ, atra- menti ſutorij drachmas ſex, aluminis fiſſilis, gallæ, ſquamulæ æris, ſin- gulorum drachmas quatuor, aluminis rotundi drachmas duas, thuris dra chmam

chmam unam, aceti xeſtam unã, hæc ſimul omnia in uaſe æreo elixato. Melle autem illito utere linamento. Aliud: Erugo item & ſquamula pariter arida, ozænis conferunt.

Ad narium graues fœtores.

MYrrhæ, acaciæ, amomi, ſingulorum drachmam unam melle deſpumato contuſam cogens, ſummæ extremitati narium diaphragmatis, hoc eſt interſepti, adglutinare mandato. Aliud in eundem uſum: Amomi, myrrhæ, roſarum ſiccarum, æquali pondere, ſimul unguento nardino excipiens, illinito. Conducit etiam graueolentiæ nariũ malagma Dychroi cum uino uſurpatum.

Ad hulcera quæ naribus inſident.

ACcipito ceruſſæ librã unam, ſpumæ argenti uncias treis, ſcoriæ plumbi uncias treis, uel plumbi cremati: cæterum ſingula probe lota, uino oleoq; myrteo excipe.

Ad ea narium hulcera, quæ Glycea dicuntur.

ACcipiantur ſpumæ argenti drachmæ pondo duæ, rutæ recentis drachmæ pondo quatuor, aluminis ſciſſilis drachmę pondo duæ, quę ad unum omnia oleo myrteo atque aceto contuſa cogantur.

Sternutationes prolicientia, græce πταρμικὰ appellata.

STernutamentum prouocat helleborus albus, aut caſtorium, aut piper, aut ſtruthion, aut uno faſce omnia: neque tamen ea inflare expedit, ſed harundine aut digitulo ad intimam naſi partem inſerere. Sternutamento autem plus æquo citato, & ſupra modũ infeſtante ex medicamine ſumpto, nardinũ, aut roſaceum, aut glycelæum, ad ſedandam ſternutationem infunduntur. Odoramenta porrò conſiſtendi ſternutamenti munere fungũtur, aniſum, ocimi palea tuſa. Super hæc uero omnia caput ſmegmatis ex nitro & pumice exiccandum, aut eo quod Aſclepiũ cognomentũ habet, & Conſtantini ſapone, & Cappadocico ſale, atq; alijs id genus utendum.

De narium hæmorrhagia, id eſt ſanguinis profluuio.

SVper grandi ſanguinis ex naribus effuſione, quam hæmorrhagiam uocant, quę febricitãtes infeſtat, libro ſecũdo qui de febribus agit, recenſuimus: de quacũq; uero ſanguinis nariũ eruptione ſimpliciter, quæ ægre cõpeſci poſſit, in præſentia agemus. Chalcitim in farinã tritã, ellychnio aqua delibuto, aut priapiſco excipe, & foraminibus naſi indito: aut oui teſtã crematam ipſi confundito, & gallæ dimidiũ: aut onida cremans cinerẽ inſpirato: aut ſuccũ eius elicitũ inſtillato: aut molaris (quẽ μυλίτην græce dicũt) lapidis extincti aceto, uaporẽ odorato: aut inductorio eius more emplaſtri utitor. Mannæ, thuris, partem unã, aloës ſemiſſem, oui candido excipe, & utere per ellychnium, foris leporis pilos unctulo adijciens: aut naribus florem quam Græci Lychnidam uocant, Romani genicularem bellariam'ue dicunt, indito: aut cucurbitulam leuem recto tramite hypochondrio naris unde ſanguinis eruptio fit, bene magnam & ſolitariam applicato: uel aures rigidius atq; ſolidius obturato: frontem adhæc ſpongijs gelida aqua intin

ctis irrigato,uel ſi id minus probatur,ſyciam cum ſanguinis detractione occipiti adglutinato. Quandoq; uenam ſecare, niſi quid renitatur & interdicat, & extremas partes ligare expedit,præcipue uero brachia atque crura, quemadmodũ & in ijs ipſis quoq; uenam aperire cumprimis cõpetit. Adhæc agitare eaſdem particulas imperato, manus quidem perfricando, pedes uero obambulando, nam uenis harum partiũ ſanguine fartis, adiacentes naribus locos ſanguinolentos efficiunt. Spongia porrò ſubinde in gelida poſca imbuta, & foris manãtibus ſanguine naribus applicata,cum conſtrictione obturationéue opportune iuuit. Satius autem ſi antè naribus cuneolus prælongus inſeratur.

Aduerſus ea quæ hominis uultui accidunt uitia, & antidotum quo faciei conſtitutio conſeruetur. Cap. XXV

PRoſligandis faciei uitijs ſumantur, thuris drachmæ quatuor, phyci drachmæ tres, ſpumę argenti, piperis, uniuſcuiuſq; drachmæ octo, omnibus hiſce diſſolutis ichthyocollæ, id eſt, piſcoſi glutini decocto, rotulisq; conformatis utendum. Aliud: Accipe ramenti elephantis drachmas octo, thus maſculũ, ichthyocollam, pari pondere, utere quemadmodum memoratum eſt iampridem.

Ad uultus nigrores.

TReos aut ptiſanæ ſingulorũ xeſtam unam & ſemiſſem, ſalis ammoniaci, cornu ceruini cremati, ammoniaci thymiamatis, uniuſcuiuſq; uncias duas aqua diſſoluens redige in orbiculos atq; paſtillos, rurſusq; aqua diluens ante balneum illinito. Aliud: Ptiſanæ, orobi, thuris, illyridis, ſpumæ nitri, ſingulorũ chœnices quatuor, coſti, amygdalarũ amararũ uniuſcuiuſq; drachmas uiginti, ouorũ candido & lacte aſinino excipito, atq; eo quo diximus modo utere. Ex re item atq; uſu fuerit peponatis paſtillus.

Ad aſperam & diſcolorem ceu à ſole cutem, & lentigines.

ADuerſus ephelides atq; lentigines utiliter adhibetur id, quod conſtat ex cretæ cimoliæ exiccatæ ſeu torrefactæ chalci ſemiſſe, ſpumæ nitri aſſati drachmis octo, orobini lecithi drachmis quatuor, ſcobis taurinæ bilis drachmis octo, cõtritis omnibus ſimul, fruere. Aliud: Accipe trogos drachmas decem, eregmi drach. decem, ueratri candidi drach. quinq;, ſpumæ nitri drach. decẽ, halcyonij tantundẽ, conteras & liquefacias, et utere.

Curandis liuoribus qui ſub oculis ceu percuſſionum ueſtigia cernuntur, Græci ὑπώπια appellant.

MEdendis ſugillatis quæ ſub oculis apparent, principio quidẽ decocto fœnogræci, deinde uero & meliloti (quam ſertulam campanam Latini dicunt) fomentationibus utere. Niliq; diarhodon collyrium aqua intinctum circumlinito: poſt hęc diaſmyrnũ. Quod ſi nihil profeceris, medicamentum ex ſandyce crematũ inunge, aut hyſſopum cum aqua impone, uel iniecto hyſſopo in panniculum, & calida eum aqua immergens, liuores foueto, aut muria acri conſimiliter. Præterea corticem radiculæ cum melle tritam applicato, & hoc inueteratos etiam ſub oculo liuores exterit.

Ad diu-

Ad diuturna Hypopia & Peliomata.

CAeterũ ad expungenda inueterata iam longo temporis ſpacio ſugillata, & uibices, cõferet illud: Accipe tordyli partes duas, rubricę Samiæ partem unam, quæ quidem melle emollita imponito, aduertens interim animum, ne exhulceratione inducat. Aliud: Apopſectrum, hyſſopi, thapſiæ, caſiæ, ſingulorum drachmas duas, terebinthinæ drachmam unam, adglutinato. Cauendũ tamen peraccurate ne locũ exhulceret, & ob id quidem identidem tollendum. Aliud: Carrœi uiridis corticem emolliens, atq; ius ipſorum ſumens, myrrham, alumenq; ſciſſile in ipſum inijce, & conquaſſans omnia, miſce in uſu & neceſſitate, atq; gingiuis, ea uidelicet parte qua dens afficitur inſertum, erit remedio. Aliud: Allium, & piper, & ſylueſtrem ſtaphida trita, & in uinculo laneo cõficiens combia exigua, atq; identidem permutans, purgabis humiditatem capitis, atq; dentibus afflictis præſidium attuleris.

Ad Ionthos.

SVnt autem uari, quos Grçci ἰόνθους dicunt, calli ac tumores exiles, duriq; Vari.
in cute faciei, quas acmas quidam nominant, quibus oxymeli circũlinito, interens: aut ſpumam argenti cum terebinthina & puſillo olei albi tritam inunge, ſimiliter infricãs: aut fiſſilem ſchiſtam'ue cum terebinthina aut amygdala amara emolliens aceto, contere. Sed in callum duratos ionthos, ſaponis Gallici drachmas quatuor, thuris, guttæ ammoniacæ, uniuſcuiuſq; drachmam unam, aqua macerans illinito, & hora tranſacta abluito.

Ad Ionthos & pilos & aſpredines uultus.

CEræ drachmas decem, terebinthinæ drachmam unam, uiſci drachmas duas, colliquefacito in oleo infundens, atq; eo medicamine uultũ conſpergito, tollit enim ea faciei uitia radicitus. Aliud: Papauer, quem μήκωνα nuncupant, madidatum & emollitum, aut pulegium unà cum ſale atq; aceto, cataplaſmatis modo circumlinito.

Cerota Thaidis, ad rubicundum uultum faciendum.

CRoci coloris ruffi & coccinei, radicis fuci, libani, myrrhæ, ſingulorum drachmas duas excipe adipe uitulino, & oleo maſtichino, deinde illinito, interualloq; temporis impoſito, ſpongia calida abſtergito. Illud ſanè medicamentum cum faciei, tum uniuerſo quoque corpori congruit, colorisq; gratiam inducit.

De affectionibus quæ circa os, & primo circa dentes graſſantur. Cap. XXVI.

QVi dolore dentium abſq; gingiuarũ phlegmone cruciantur, interdum quidem in reliquo corpore dolor, nõnunq; uero in neruo qui ad dentes deſcẽdit, fieri aſſolet. Validiſſimis igitur opus habet remedijs, quocirca plerũq; aceto eadẽ acerrimo condiuntur. Quum uero gingiuę propter phlegmonem dolore infeſtantur, omniũ prçſtantiſſimum medicamentũ eſt oleũ lentiſcinũ, medij ad'unguẽ temperamenti. Cæterũ oleum illud recens eſto atq; nouum, quoniã ſcilicet uetus tantum bonitate recenti cedit, quantum diuturnitate uetuſtateq; ſuperat.

Communis autem & impręſentiarum obſeruetur medendi ratio, quod ante omnia, toto corpore plus iuſto naturæ modum excedentem humorem, euacuare operæ omnino precium eſt.

Ad phlegmonen, id eſt inflammationem dentium.

QVod ſi propter phlegmonē dentes hominem torquent & excruciāt, colluantur aceto, in quo elixa ſit galla, aut alicacabi radix, aut herbæ apollinaris ſemen, aut eius folia, aut pulegium, aut ſolani cremor, aut cappa ris radix, aut myrti folia, aut polium, aut cucumeris ſylueſtris radix, aut folia rutę cum oxymelite, aut cornu ceruinum, aut acetum quoq; ſcilliticū, aut pyrethrum deniq; cum hyſſopo. In exeſam uero dentis concauitatem ſtyrax cum ſucco papaueris, quod ὄπιον uocant, utiliter inditur, aut galbanū: aut ſulphur apyron, hoc eſt ignem non expertū uiuūq; cum lycio, aut herbæ apollinaris ſemine, fornacula adoleto. Præterea Philonis quoque antidotus cataplaſmatis modo illita, denti indolentiā conciliat. Vbi ex fluxu autem dentes dolore infeſtantur, tum myrti & lentiſci & gallæ decocto, aut rhu Syriaci, aut florum agreſtis punicæ, aut malicoriorū iure colluito. Adhæc præterea contra eundem dentium dolorem illinito medicamen, quod componitur ex ſalis medimnis duobus, aluminis ceratio, & extincti aceto emollitiq; medimno uno, poſtea uino perfundito, colluitóue. Quū porrò gingiuæ admodum cruentæ fuerint, tenue alumen inſpergito, aut aloën uino colluito, aut rubi radix, aut rhus Syriacus uino elixet. Gingiuas uero cū ſanguine tum reumate iuxtà perfuſas, ſalſamenti crudi in aula prorſus deuſti, cinere attingito. Porrò aloë dentes cōcuſſos iam atq; labefactos, ſi inſpergatur, inſtaurat, erigit ac firmat. Rhus item Syriacus, aut fiſſilis galla, aut rubi radix, tum ſine additamento per ſe, tum in uino elixa.

...oſi dentis ...dela.

...olori dentiū ...fluxu.

Aduerſus quaſſatos dentes, & contra gingiuas fluxibus obrutas, & ad unumquoduis paſcendo ſerpens in ore hulcus.

SVmito chalcitidos aſſi drachmas duodecim, cadmiæ drachmas octo, utere arido, adiecto aceto. At ſine moleſtia omīq; labore dentes tollere uolens, farinam unà cum liquore tithymalli, dentibus afflictis indito, atque hoc ſuper folium hederæ ſerito, ita per ſolidā horam permittatur, ſua nanque ſponte dens perforabitur.

Dentis μῆγμα, & ad parulidas gingiuarum tubercula.

ACcipe aluminis plinthitidos, ſalis ammoniaci, ſingulorum uncias quatuor, myrrhæ, coſti, pyrethri, uniuſcuiuſq; drachmas quatuor, piperis grana octoginta, atq; ad dentium megma parulidasq; utere.

Ad parulidas.

SVmantur ſulphuris ignem non experti uiuiq;, piperis, aluminis fiſſilis, æquales partes. Cæterum Parulis inflammatio eſt, in aliqua gingiuarū parte orta, quæ niſi diſſoluatur, ſuppurat: quum uero ſuppurauerit, ſcalpello diſſecta, linamentis inſertis panditur. Epulis uero, carnis quædā exceſcentia eſt, quę ab inflammatione exurgit, ad intimum molarem, cum febre & dolore nonnunquam. Opus itaque habet medicamentis reprimentibus

Parulis.

Epulis.

tumentia

tumentia, proinde rasili ferrugine per se, aut cum eiusdem ponderis galla, utendū. Aut Sory ceratio, aut aluminis cuiusq; ceratio, aut galla per se, aut squamula æris cum aceto emollita complurimis diebus & arefacta.

†Megma dentium. †forte smegma aut psegma.

ACcipe aristolochiæ radicis ceratium, cornu ceruini cyathum cum pauxillo mastiches, sal album melle subactum & conspersum, quæ folijs ficus circunuoluta, cremantur donec in carbones uertantur. Aliud: Buccina sale impleta & deusta, cochleæ item terrestres, cremata cum melle, lana succida pondo ceratiū cum exiguo sale: singulis autem horum fragrantiæ caussa admisceto florem lentisci, aut spicę nardi, aut folium malabathri, aut cypirum, aut irida deniq;.

Dentes dealbans, & gingiuas restituens, & odorem emendans.

PVmicis, salis assi, iridos, singulorum drachmas quatuor, cyperi drach. quinque, spicæ nardi drachmam unam, piperis drachmas sex, cōteras, atque dealbandis dentibus, gingiuis corrigendis, & ad suaueolentiæ gratiam conciliandam utere.

Ad dentium stuporem, quam Hæmodiam dicunt.

HAemodijs portulaca manducata succurrit, aut oleum ex nondum maturis oliuis expressum, Græci ὠμοτριβὲς uocant, applicatum. Idem facit amurca, oleo in æneo uase, usque ad mellis constitutionem siue crassitudinem decocta, si inueterata illiniatur.

Aduersus dentes attritos.

DEntibus attritis baccę lauri, alumen fissile, aristolochia longa (quę Clematitis quasi sarmentaria uocatur) pari pondere, subueniunt.

Contra gingiuas exesas.

SVmantur florum rosarum drachmæ octo, gallarum drachmę quatuor, myrrhæ drachmæ duæ. Gingiuarū præterea anabroses & humores in gingiuis existentes medentur, lac asininū collutū, oliuæ foliorū decoctum, acetum scilliticū. Quod si sicca adhibere mauis, ualebit erugo ferri, cytini. Cæterum ad tumores & carnis excrescentias, portulacæ succus efferuefactus & sumptus, adiumentū est. Muria conditarum oliuarum (quas Gręci κολυμβάδας dicunt) leuigatarū, oleum calidum ex oliuis nondū maturis, aut lentiscinū, aut melinū: amurca item, aridaq; erugo ferri, aut æris, radix aristolochiæ, plantaginis semen bis phryctum, atramentū sutorium coctum, atque cytini, hæc singula quidem ad rem plurimum faciunt.

Ad ea quæ pessum iuerunt labra.

ADuersus labia affecta, amurcā elixam, aut illud, inungito: Sumito adipem anserinum cum melle terebinthinaq; pari pondere, floris rosarū, hyssopi, rosacei singulorum perexiguum.

Aduersus tumorem sub lingua, quem appellant Batrachum.

BAtrachus, tumor est cum inflāmatione sub lingua, maxime pueros infestans: in cuius curatione adhibendæ sunt perfrictiones quæ fiunt cum misy, erugine rasili æquis portionibus siccis. Mento autem applicabis eam

cõpoſitionẽ quã Græci ἀνθηρὰν nominant,aut ſphæriũ,aut parygrũ ex ouis cõcinnatũ. Venam poſtremo ſub lingua ſecare expedit. Aliud: Alterũ ad aphthas quoq; facit: habet id quidẽ ferruginis raſilis, gallæ, chalcitidis pares partes:cũ paſſo uero eſt diaclyſma, quod eſt ablutio. Aliud: Tertium ex his conſtat: Orobino antea cũ melle abſterſum,galla leuigata cum melle circunlinito,aut roſarũ flores ſimiliter,uel iure foliorũ oliuæ abluito.

Ad Pariſthmiorum phlegmonen.

QVod ſi in febribus pariſthmia, id eſt, glandulæ & columella inflamentur,gargariſſationes cum furfurum, aut roſarum,aut palmularũ, aut myxarum, aut lentiũ decocto, cõpetunt. Sed remittente phlegmone, aut in ſummo uigore,mel quoq; iam dictis commiſcendum eſt,quod ab initio nequaq; conueniebat facere, neq; etiam in eius mali augmento,ne acumine fluxum cieat & attrahat. At ſi ad ſuppurationẽ iam perducta diſrumpatur, mulſo gargariſſandũ eſt, aut cum lenticulæ aut roſarum elixatione: perſeuerare,atq; per plures dies idem fieri, uſq; ad numeris omnibus exactam ſolutionem,oportet:aut ſtomaticam,hoc eſt ori inſeruientem ablutionem gargariſſandam dare expedit. Vbi uero peſtiferæ exhulcerationes tonſillas,quæ παρίσθμια Græci appellant,occuparint,utendũ quidem præſcriptis: priuatim uero adijcienda eſt ea quæ ex moris conficitur, διὰ μόρων appellata confectio,unà cum aqua calida,aut hydromel cõplectens florem roſarũ funiculo traiectarũ,aut coſtum,aut rhun obſoniorũ,uel arida uel elixa,uel glauci deniq; foliorũ aridorũ decoctũ. Eſt quidem illud peramarũ, ſed optime cõducit,ſi ſuccũ,quod in collyrijs ſolemus,mulſo ſoluas: ipſius uero fruticuli aridi inflati cõmodiſſimus eſt uſus,aut dactylo attacti. Danda aũt eſt opera,ne aut omnino manibus attingantˉ,aut permolliter admodum atq; ſuſpenſa, ut aiunt,manu demulceantur. Auxilio præterea ſæpenumero fuit Andronius trochiſcus. Atqui poſt iſtas irritationes,gargariſſationes cum iure glycyrrhizæ facito, aut διὰ σκυβελίτου, & croco, & chia,& myrrha:poſtremo uero amylo,et tragachanta. Irroborata uero noma,cõfectione lactis διὰ γάλακτος appellata,& Samia creta gargariſſandũ. Aliud: Malum punicũ dulce cum teſtis incidatur, ſucciq; expreſſi partes ſex, cum mellis una confuſæ, donec craſſitudinem habeant mellis ſpiſſi, decoquantur, & ſic denique inungantur. Aliud: Conſtat ex gallæ immaturæ uncijs duabus, aluminis fiſſilis uncia una, ſalis ammoniaci aſſati uncia una, his aridis leniter attinge. Aliud: Recipit illud gallæ drachmas octo, miſyos drachmas duas, ſalis aſſi drachmas quinque, eo medicamento arido utere. Eſt porrò et Antias τῶν παρισθμίων, hoc eſt,tonſillarũ durus tumor.

Si noma tonſillas occupet, quid faciendũ.

Ἀντίας.

De oris columella.

ORis columella, quã uuam uulgò nuncupãt,phlegmone infeſtata,gargariſſationibus quarum in tonſillarũ inflammatione uſus eſt, mediocriter item ſtipãtibus,utendũ:cuiuſmodi eſt,ſuccus mali Punici,cochleario aut inſtrumento quod Staphylepartum nominãt ſuppoſitus, idq; tum per ſe,tum adiecto melle,quantum ſatis eſt decocto, aut dulci radice permixta

mali

mali Punici liquori. Benefacit in uuæ quoq; inflammatione, dulcis radicis cremor cum melle, si indatur. Reprimit præterea & refrenat eius mali impetum Hæmatites lapis, necnõ & Phrygius pondo ceratium, & ageratum, & διὰ λίθου φρυγίου ædoeicum, hoc est, confectio ex Phrygio lapide pudendis factum, & terra Samia, & eretria, & rubrica sinopis, & rubrica Lemnia, & omphaciũ, qui ex uuis acerbis expressus succus est, per se, & cum horum aliquo: & acanthes Aegyptiæ fructus, & alumen scissile, rosæ cum semen tum folia, mitius & blandius operantur. Adhuc etiam mansuetius gummi tragacantha, sarcocolla, amylum, efficaciam suam exerunt, quibus utiq; potissimum utendum, si quid in corpore torqueatur oppressumq; fuerit, incitatum ab astringentibus. Sed ęqualiter crassa quum ipsa existat, quã κίονα, hoc est columnam appellant, gargarismatis fidendum, & confectionibus διὰ σμύρνης, croci & cyperi. Cæterum circunfissiones corrasiones'ue columellę uel omnino uitato, uel cum solicitudine obseruato, atq; penna potius circũlinito. Hactenus quidem incomposita: permixtum uero medicamentum hoc est. Recipit autem rhoos Syriaci drachmas octo, croci drach. quatuor, costi drachmas octo, seminis rosarum drachmas quatuor. Cæterum gingiuis conducit linamentũ è purpura marina, circũpositum collo uiperæ, atq; ubi id suffocauerit ipsam, deinde applicatũ. Mirum certe quantum hoc opis cum ad tonsillas, tum ad quæcunq; colli uitia conferat, cuius rei testis locupletissimus Galenus est.

Ad sanguinis eruptiones ex ore.

SAnguinis eruptiones ex ore cõpesces, si porri folia incisa quassatáue imposueris, aut si spongiam inanem concisam, in picem crudam cõcremaueris, & leuigans utare. Vtilissima uero sunt diaclysmata, hoc est collutiones, puta rosarum aridarum seu uiridium, decoctio frigida aut capreolorum uitis, aut lentisci foliorũ, aut rubi, aut malorũ cotoniorũ, aut rosarum, aut acinorũ (quæ γίγαρτα græce dicunt) aut lenticularũ deniq; elixatio.

De angina, atq; cognatis & adiacentibus huic uitijs, inibiq; de strangulatis, aut aliâs quodammodo suffocatis dicitur. Cap. XXVII

INflammatis faucium interioribus musculis, ea oris affectio fit,
quæ Græcis συνάγχη, Romanis angina dicitur: exterioribus aũt Συνάγχη.
phlegmone infestatis, ea quæ παρασυνάγχη. Pari quoq; modo & Παρασυνάγχη.
in gutture, cuius inflammatis interioribus quidem musculis κυνάγχη, exterioribus uero παρακυνάγχη nascitur. Κυνάγχη. Παρακυνάγχη.
Omnium fermè eadem euenta sunt: uerbi caussa, non nisi recta ceruice spiratio, quę ὀρθόπνοια dicitur, & dolor, cum difficultate respiratio, quam δύσπνοιαν græce nuncupant: in nõnullis etiã febris, ruborq; cum uultus tum & colli, atq; tumor quoq; in quibusdam: tum sanè os perpetuò hians atq; diductũ habent, & deglutire omnino nequeũt. Cæterum qui cynanche impetuntur, eos nonnunquam suffocatio comitatur. Torquentur autem ea affectione potissimũ pusiones, quũ uertebrę colli dolent, qua sunt rarissimæ. E cataptωsi eiusmodi prouenit affectio. Cæterũ his tanq; deploratis & incurabilibus, manus admouenda

non eſt: cæteris uero confeſtim uena cubitus aperienda eſt, & euacuandũ quidem non affatim cumulatimq́, ſed ſenſim & pedetentim, in futurũ tempus ſubinde partem bene magnam reijcientes adminiſtrãtes'ue: nam quũ præ uiolenta & immodica inanitione in animi deliquium cadunt, ſuffocationis periculum ſuperuenit, confluente ubertim in affectam partem materia. Non intumentibus uero propter hæc, uenæ quoque ſub lingua ſecandæ ſunt: aut lingua etiam ipſa, ſi exerta magis aut infrenatior uideatur, incidenda eſt. Aluus deinde acriore clyſmate ducenda: pedes adhæc perfundendi aqua calida, extremæq́ corporis partes ualide ligandæ ſunt. Lanis item ſuccidis collum protegere, aut irrigationibus olei, & cum hordeacea polenta cataplaſma imponere, expedit. Porrò ab initio ſtatim, iiſdem quidem rebus quæ de phlegmone tonſillarũ memorata ſunt, ſynanchicis quoque gargarizandũ, aut ſimplici ſaltem diamoro, cum elixatione rhoos. Nobilius aũt fuerit quod ex ſylueſtribus moris inſtitutum eſt, diamoron. Poſt hæc uero & compoſito diamoro, aut compoſitione ex carycis, διὰ καρύων appellata, circumliniantur. Morbo uero in ſummo incremento uigente, nitri quoq́ puſillum admiſcendum eſt, aut ſulphuris etiam ignem non experti, quod ἄπυρον uocãt, niſi calamitas aliqua prohibeat. Oletũ præterea caninũ aridum, ſectum & contritũ, cumq́ melle illitum, præſentiſſimũ cenſetur medicamentũ, atq́ ex hoc candidum præcipue: & ſylueſtriũ hirundinũ cinis ſtercus'ue haud diſſimiliter prodeſt. Perſeuerante uero diutius ea affectione, illinitione quæ ex beſaſa conſtituit, utendũ eſt. Interdũ quidẽ eius potentiã aliorũ medicaminũ cõmixtione reſoluentes, nõnunq́ uero denuo intendentes. Probatur in anginæ quoq́ curatione, cucurbitularũ & hirudinum admiſſio, quæ cum mento tum collo ſunt applicanda: atqui ſi qui laborat, robuſtior eſt, anagargariſmatis quę cõſtant iride, hyſſopo, melanthio, abrotono, glycyrrhiza, carycis, in mulſo decoctis, aut rutæ cremore cũ lacte, aut ſinapi cum oxymelite, utendum. Si qua autem aſperitas inde naſcitur, exhibendũ eſt illis oleum: perq́utiliſſimũ uero calidũ, aut roſaceũ per ſe, aut cum liquore ptiſanæ, aut fœnogræci, ad gargarizandum. Cæterum alimentum eorundem mulſum eſto, uſque ad diem tertiũ, à quo cremor ptiſanæ cum potione aliqua ſuaui propinandus eſt, deinde & ouorum uitella perliquida. Vſus item ſorbitionum ex chondro cõmendatur. Porrò conuenientibus uirtuti languentis edulijs iugiter utendum. Malo autem remittente, & in morbi declinationibus, quum ad inambulationem tum in lauacrũ perducemus. Sedes porrò cerota ex oleo rutaceo confecta integamus, & reliquo cõuenienter nutricatu educationeq́ uirium focillatrice utamur. Nemini inſuper ſuſpendio ſtrangulatorum aut præfocatorũ nondum mortuorum, quibus ſpuma circa os fuerit, manus admouẽda eſt, ſuadente Hippocrate. Alij uero uitæ reſtituunt̃ ac conualeſcunt, ſi acetum infundas, atq́ piper, aut urticæ ſemen in aceto acerrimo contritũ: ſed aut reſpuunt omnino, aut ægre admodum ſuſcipiunt: cogendi ergo ad hoc ſunt. Verum ruboribus qui collum occupauerant diſſolutis remiſſisq́, ſtatim oculos attollunt,

Stercus caninum.

Cibus anginæ laborantium.

ſunt redeuntq; ac liberãtur. Conſimiliter autem & in naufragis & penitus ſuffocatis, excitatur enim his recreaturq; caliditas.

De Coryza, id eſt grauedine: & catarrho, quod eſt deſtillatione: & arteriacis, quod ſonat raucis: ac tuſſi deniq;. Cap. XXVIII

COmmunis quidem coryzæ, catarrho, raucedini, tuſſiq;, eſt excrementoſi à capite humoris in ſubiectas partes deſcenſus: qui ſi in nares deſtillando ingruit, & eaſdem aggrauat, Coryza malo nomen eſt: Si uero per palatũ in fauces influit, Catarrhus ſimpliciter appellatur: Sin autem idem humoris deſcenſus in guttur & aſperã arteriam deferatur, atq; interiorem eius membranam ſalebroſam reddiderit, tum uox rauca comitatur, appellantq; Branchum ſiue arteriacũ malum. Nec tantũ hoc modo, é capite ſcilicet cadente catarrho, raucedo prouenit, ſed ex uehementiore quoq; & altiore uociferationis conatu, et egelidi aëris ſpiritus'ue ingreſſu pariter ſentitur, cum inflãmatione. Perſeueranteq; diutius malo, fluxuq; hoc in pectus pulmonesq; deſcendente, maleficæ ac periculoſæ ſequuntur tuſſes. Cæterum ex aliĳs quoq; occaſionibus tuſſis fit, ſæpius quidem ex diſtemperantia, quandoq; uidelicet calidiore, ceu in febribus, nonnunq; frigidiore, quemadmodũ in tempeſtatibus Aquilonĳs, quæ aridior plerunq; eſt. Quin & tuſſis aliorum ſæpenumero morborum ſymptωma fit: uerbi cauſſa, morbi lateralis, quem πλευρίτιδα uocant, iocinoroſorum, item & phthiſicorũ tabidorum'ue, morborũq; pulmonis. Proinde Galenus inter diuturnas tuſſes recenſet χαλαζίων, id eſt grandinũ quarundam reiectionẽ à thorace fieri. Alexander uero lapidem quendã ponderoſum, ueluti in ureticis frequenter fieri ſolet, in diuturnitate tuſſis redditum perhibet, in quibus ceſſaſſe tuſſim afferit. Nos aũt in uomitu ſanguinis, lapidum excretionẽ uidimus, tanq; illic eſſent nati. Sed preſſius & exactius hiſtoriã memorabimus. Quicunq; igitur ex æſtu, coryza aut catarrho uexantur, circa partes affectas caloris nõnihil ſentiunt: fluxio quædam acriũ humorũ ac tenuium cum per nares tum per os defluit: rubor partes faciei nariumq; inficit. Quibus cõtrà ex frigore, partiũ circa caput & frontem fit diſtentio, meatuumq; qui à percolandi adminiculo iſthmoides uocant obturatio, ita ut reſonare uox deorſum per nares nequeat, longiore illis tempore permanent & accidunt tuſſes, pituitæq; excretio, nunc quidẽ crudæ, nunc uero liquidæ, interdũ autem uiridis. Nonnullis uero febris oboritur: eos quidem qui ex æſtu impetuntur, nihil adiuuans: ſed qui ex algore infeſtantur, concoctionis quoq; functionẽ promouet.

Coryza. *Catarrhus.* *Branchus.* *Tuſſis.* *Grandis lapis tuſſi eiectus.* *Signa coryzæ ex æſtu.* *Notæ ex frigore.*

Curatio catarrhi atque coryzæ.

QVum igitur diſtemperamentũ calore naturæ modum plus iuſto exuperat, cuncta conueniet adhibere præſidia, quæ ex eadem occaſione caput dolentibus competũt. Lauacris tamen præter ea utendũ: caput item permulta calida conſpergendũ. Alimenta adhæc ea in hac affectione conſtitutis quadrant, quæ ſorberi commodiſſime queunt, & ob id ſorbitiones uocantur, ouaq; ſorbilia, & amylon, placentæ quæ ex melle & ſeſamo con

ficiuntur, & ſeſama. Eiuſdem farinæ ſunt & amygdala, & coni fructus, & quæcūꝗ ex lacte cōcinnantur ſecūdæ menſæ ſeu cupediæ, quæ græce πέμματα nuncupant. Ex uinis uero, dulcia, nō perantiqua: eꝗ capitū papaueris linctus, quod medicamentū ἐκλικτὸν uocāt, & quæ adhæc cōpoſita ſunt præſidia. Quod ſi ex gelida fuerint intemperie nata hæc mala, et morbus ſit inſolubilis, permodico contentū eſſe oportet nutricatu, quā ὀλιγοσιτίαν Græci nominant. Confert item capitis, è calidis & ſubtiliū partiū rebus, nardino, rutaꝗ conſtituta circūlinitio. Irinum uero nō illiniendum ſolum, ſed & naribus inſtillandū. Perungendæ quoꝗ ſunt intus eædem thure & myrrha adiecto oleo, maxime uero eorum, qui ex frigida cauſſa coryza, hoc eſt grauedine, afflictantur. Nonnullis uero & odoramenta per reiículam (quod eſt tenuium & longo uſu attritarū ueſtium fragmentum) melanthij cremati, aut cymini, non tam deuſta inquā, quàm indita & illigata lacerato (ut diximus) panniculo, præſenti fuerunt auxilio: & ea aromatū atꝗ incenſi, qua Aegyptij ſacerdotes oblectantur, cōcinnatio, Cyphi ab illis appellata. Seliniacum autem, id eſt lunare, Cyphi hic loci exigo, quæ quidem odoribus & incenſis excipiantur, & fronti undique circumliniantur, in quam unum ex emplaſtris citra ardorem adglutinato: è quorū numero eſt Iceſios, emplaſtrum'ue Iceſij, aut oxera, aut Barbarū, aut Athena. Cæterum aduerſus quoꝗ catarrhū frigidū, Cyphi in potu ſumere expedit. Secundū uero pectus balſami ſuccus in lana ſuccida illiniendus eſt: fouendū etiam ab omni parte ipſum cum ſtyrace, & irino, & anethino, alimentis præcalidioribus, & concoctioni nihil renitentibus, utendū. Iam uero materia catarrhi cōcocta, apophlegmatiſmus ſic habentibus cōueniet, et ſmegmata capitis: uerbi cauſſa, ſapo Conſtantini, & eiuſdem farinæ facultatisꝗ cætera.

Gelidi catarrhi curatio.

Raucedinis, Arteriacorum'ue curatio.

AT qui Arteriaci Branchiꝗ uulgò dicūtur, ijs quidē, cum eis quæ mox recenſuimus, tum uero priuatim; ſi pituitoſa arteriam ac guttur occupauerit affectio, ab initio ſtatim quæ emplaſtri modo illiniuntur, ſuppetijs utendum præcipio, tantiſper dum phlegmone mediocrior reddat: cuius generis omnino ſunt paſſi Cretici, & tragacanthæ, & cōmeos, & amyli, & tenellarum palmularum denique decoctum, & dulcis radicis cum σειρῷ, ad mellis ſpiſſi craſſitudinē. Probatur etiam uſus hypoglottidū, ſic, quod ſub lingua teneant, appellatarū. Sed ante omnia à uini potu abſtinendū raucis eſt: ſuaue autem uinum ſiue paſſum, inflammatione moderata exiſtente, potui detur: ſorbitionibusꝗ ex melle & lacte cum amylo, aut pane ſiligineo, atꝗ ex amygdalis utatur: butyrum aſſumatur. Quū uero humiditas aliqua artus occupat, ea quæ maxime abſtergunt medicamenta aggredi oportet, qualia ſunt ſabulum elixum, & cum melle confecta, & braſſicæ, & ſcite elixum porrū. Pharmaca porrò magis calorifica, & quę ad πρόσβασιν faciunt. Adhæc præterea è cariarum ſiræo, & thure, & iride, & terebinthina, ſtyraceꝗ & galbano, pipere, cinamomo, caſſia, & his non diſſimilibus.

De tuſſi.

CAeterum tuſſibus pari eademq; methodo medendum eſt: illud duntaxat abſq; perpenſione prætereundum nõ eſt, per conſenſum'ne (quã συμπάθειαν grece uocant) cæterorum membrorum quis tuſſiat: uerbi cauſſa, gurgulione uuá ue inſtillante, aut capite, & an morborũ aliorũ ſymptωma ſit. Cæterum his quantum fieri poteſt, & ſecundum quem iampridem diximus, & mox enumerabimus modum, proſpiciendum & conſulendũ eſt. Compoſita uero eius mali præſidia, deinceps ſerie quadam exponam.

Catapotia, id eſt globuli medendo catarrho ac tuſſi.

CAtapotia quę utiliter contra deſtillationẽ tuſſimq; ſumuntur, recipiunt hæc: ſtyracis, myrrhæ, opij, hoc eſt ſucci papaueris, parem uniuſcuiuſque portionẽ excipiens, aut ſingula per ſe in mortario contundens, conformato orobiæa coccia, id eſt, erui inſtar granula, quas uulgò pilulas nominant, quorũ exhibe lectũ petenti tria aut quatuor, aut quinq;, paſſumq; ſorbeat. Hæc quippe ad acrem & ſubtilem faciũt fluxionẽ. Aliud: Alterũ hæc habet: herbæ apollinaris ſeminis drachmæ duodecim, ſtrobiliorũ drachmæ ſex, croci drachmę duæ, elixatione aut paſſo excipiantˉ atq; utantur.

Eligma ſeu linctus.

ACcipe mellis unciã unam, butyri ſemunciã, omnia ſimul coquantur & exhibeantur. Hyſſopi præterea & ficuum, & nucleorum pineorum, & iridos decoctum, ea affectione afflictus ſorbeat.

Catapotia pro ijs qui diutino malo uexantur.

SVmito ſtyracis drachmas ſex, myrrhæ drachmas duas & ſemiſſem, terebinthinæ, galbani, opopanacis, ireos, ſingulorũ drachmas duas, piperis albi, nitri, ſeminis herbæ apollinaris quem ὑοσκύαμον dicunt, ſucci papaueris uniuſcuiuſq; drachmam unam, his ſimul abſq; ullo humore in pila contuſis, catapotia effingito, atque eo quo docuimus modo, utitor.

Arcendis ſalebris branchi ſeu gutturis, tuſſi, cruentisq; ſputis.

ADuerſus raucedinem, tuſſim, ſpuitionesq; cruentas, efficax ſatis medicamentũ eſt, quod accipit, amygdala amara dealbata uigintiquinque, ſeminis lini torrefacti drachmas quatuor, tragacanthi drachmas duas, nuclei pinei, quod στρόβιλον dicunt, grana triginta, oui in adipe aſſati putamen: Ipſa tragacantha in aqua irrigatur, totum uero uno faſce paſſo excipitur. Quod ſi fractæ quoque uocis ſonus edatur, paſſi loco mellis aliquid cõfundito, & præſertim in quibus nonnihil ſurſum ferri & eijci expedit.

Arteriaca hypogloſſis, uoce interceptis, & branchicis.

TRagacanthes drachmæ ſex, commeos drachmæ totidem, thuris drachma una & ſemis, piperis candidi grana uiginti, croci drachma una, ſucci glycyrrhizæ drachmæ ſex, phœnicobalanorum numero tres, caro glyceos Cretici quantum ſatis eſt. Cæterum ſolus ipſe tragacanthæ ſuccus linguæ ſuppoſitus, pro cremore glycyrrhizæ, dilutumq; ipſius ad craſſitudinem uſque elixum, impendio confert. Ipſa porrò qua de agitur decoctio quadruplum abijcit.

Ad amiſſum ſonum & interceptum, extremamq; raucedinem, Phonaſcicis quoque congruens.

RETuſæ uoci curandæ, porra ſex ad defecationem ſeu apotritoſim uſque decoquito, & ipſas quidem feces porricito: liquorem uero alicæ cum melle aquæ cōmiſceto, & ouorum antea elixatorum putamina tria unà con coquito, commouens ſubinde anetho clonio.

Bechicum tuſſientibus utile.

ACcipe pulegij uncias duas, nucleorum pineæ, ſeminis cnici, ſeminis li ni, uniuſcuiuſq; unciam unam, piperis cocti uncias quatuor: quæ ſimul in melle deſpumato excipito, elixatóue. Aliud: Hyſſopi, pulegij, pipe ris, ſingulorum uncia una, petroſelini uncia ſemis, mellis hemina excepta, eis qui tuſſi uexantur plurimum auxilij conferunt.

Maturatiuum inueteratæ tuſſis.

VBi mellis drachmæ ſedecim, terebinthinæ drachmæ duæ, galbani dra chmę quatuordecim unà coxerint, in formulas digerito, quæ fabæ ma gnitudinem æquent, & inſtar nucis ponticæ, à Latinis auellanæ nuncupa-tæ, & hæc ore uolutando ſugendoq; abſumat. Aliud: Tuſſi aridæ arte riaca medentur, & urcei aquę interdum ſorbillatio: ſputum enim propter craſſitudinem pituitæ non reijcientes, liquidis aliquantulum adiuuabunt. Accōmodatiſſimum præterea hac paſſione affectis, tum hyſſopi, tum iri-dos, tum nucis pineæ decoctum.

Trochiſcus, cuius fumus aduerſus tuſſim continuam præſen-taneum eſt remedium.

STyracis, piperis, maſtiches, petroſelini, ſingulorum unciam unam, ſan-darachæ dioboloſ ſex, coccodaphna duo melle excipiens fumigato, po-nens in carbones ita, ut ex fornace fumus tuſſe laborantē petat & aſpiret. Prodeſt illud uero & quocunq; modo perfrigeratis.

De Orthopnœa, Aſthmate, id eſt anhelatione, & Diſpnœa. Cap. XXIX

EOs qui ſine febre crebra reſpiratione, tanquam à citatiore cur-ſu affli̇ctantur, ab eo qui comitatur & præſtò eſt confeſtim an-helitu & ſuſpirio, aſthmaticos nuncupant: eoſdemq; propterea quod ſtrangulari formidantes, ad reſpirationem recta ceruice, rectoq; toto pectore nituntur, orthopnoicos dicūt. Oritur aūt eadem affe-ctio, craſſis & glutinoſis humoribus oppletis fiſtuloſis pulmonum cōcaui-tatibus. Dyſpnœa uero, hoc eſt, ſpiritus & animæ difficultas, cōmune eſt ſymptωma, cum hæc tum alia plurima mala comitans. Porrò aſthmaticorū (hoc eſt ſuſpirioſorū) medendi ſcopus eſt, diſſipatio conſumptioq; uiſcidi craſſiq; humoris, id quod haud inefficaciter medicamentis attenuantibus & abſtergentibus conſequimur: Proinde acetum ſcilliticum hoc malo op-preſſis accōmodatiſſimum eſt: necnon & inde confectum oxymel in potu ſumptum: atq; ipſa quoq; ſcilla cocta, cum melle cōtrita: & ex antidotis hie ra. Neq; aliena fuerit continua uehementium pharmacorum expurgatio:

& cum raphanis citati uomitus. Eandem quoque functionem obit ariſtolochia rotunda dum bibit̃, centaurij maioris radix, ſpondylij tum ſemen tum radix, hyſſopũ, iris, & melanthiũ deniq; : Aſellorũ item ſub ſitulis xeſtam uaſi inijciens fictili, ſuper carbonibus torrefacito : ubi uero alborem quendam induere cœperint, conterito, atq; in melle deſpumato excipiens, myſtrum tam prima menſa quàm ſecunda, cum ante tum poſt aliũ cibum porrigito. Quod ſi uſus & neceſſitas expetat et urgeat, ante omnia uenam aperito, & ſecundum laborantis uires euacuato : aluus item clyſmis irritanda eſt : foris autem pectori ficus, & lolij farinam & hordeaceam cataplaſmatis modo imponito, reſinam interim habens ceram atque mel. Inſpergatur autem illi iris mannaq;. Non alienum quoque fuerit farinam hordeaceam, quam ὠμὴν λύσιν Græci uocant, cum rheſina, cera, iride, mannaq; emplaſtri more adglutinare. Circumlinitionibus præterea utendum admodum calorificis, irino uidelicet oleo, anethino item, & rutaceo. Multo autem ſecretius illud eſt, quod hæc quidem accipit: Pumicis medimnũ unum, ſphecles (quæ eſt fex uini) medimnos quatuor, ſpumæ nitri ceratium, hæc omnia cõtuſa & cribrata inunctione excipito, & cum hoc partes ad pectus attinentes perfricato : Poſtremo malagmatum quoque uſus cõmendatur, eorum potiſſimum, quæ ſanies & aquoſos ſanguinis humores, quos ἰχῶρας græce nuncupant, extrahendi poteſtatem obtinent.

Pro ſuſpirioſis potio.

ASthmaticis & anhelis hæc potio confert, quæ habet polij, abrotoni, caſtorij, chamæpityos (quæ Aiuga, coactæq; breuitatis ad terram picea Romanis dicit̃) guttæ ammoniacæ thymiamatos tantundẽ melle cõſperſa exhibeto. Aliter: Sunt nonnulli qui ſpumæ nitri cochlearium tribus aquæ mulſæ cyathis mixtum propinant. Aliud: Spumæ nitri drachmæ nouem, piperis drach. una, laſerpitij drachma ſemis, cochleario aquæ potui dentur. Aliud: Caſtorij, guttę ammoniacæ thymiamatis, ſingulorum drachmæ ſex, piperis grana quadraginta paſſo excipiantur, & fabę magnitudinẽ cum mulſo exhibeto. Aliud: Sinapeos drachma una, ſpumæ nitri triobolum, elaterij dichalcũ, quod eſt hemiobolũ, totum hoc in orbiculos (quos τροχίσκους græce, paſtillos latine nominant) octo cõformato, in ſingulos dies duos modò deglutiendos exhibeto: purgant nanq; per ſuperna ſine dolore & moleſtia. Cæterum in his qui ueluti obtorto collo tantum non ſuffocantur, dato ſpumæ nitri drachmas treis, cum hydromelitis cyathis tribus, atque cum cardamomo nõnunquam, & confeſtim opitulatur. Verum hoc plurimum quoque iſchiadicis, hoc eſt coxendice laborantibus adiumenti confert.

De peripneumonia, pulmonaria inflammatione. Cap. XXX

PVlmonaria, quam περιπνευμονίαν Gręci appellant, pulmonis inflammatio eſt, quę ex ualentiore à capite in eam partem deſtillatione, aut angina, quam συνάγχην, aut ſuſpirio, quod ἆσθμα, aut

dolore laterali, quem πλευρίτιδα grçce indigitant, aut aliĳs ex malis, magna ex parte ortum habent. Nonnunquã uero affectionis huius caput ſola eſt inflãmatio, comitaturq́ eam δύσπνοια, hoc eſt, ſpiritus ac animæ anguſtia: febris cum acuta tum adurens: grauitas item, & pectoris diſtentio, tumor, & permulta plenitudo faciei, quæ ſurſum uergere facit impetum materiæ inſtar ignis. Rubeſcunt præterea his qui hoc malo tentantur eminentiores ſub oculis partes, quas Græci μῆλα nuncupant: inflantur pariter oculi ipſi, & feruntur ſupercilia deorſum, & corneæ oculi tunicæ κεϱατοειδὲις à Græcis nuncupatç, pinguiuſculç eſſe ſeu pleniores uidentur. Porrò indicium eorũ qui in ardentiorem declinant febriculam, ignita rubedo cum inflammatione (quod græce ἐρυσιπέλας dicitur) pulmonis coniectanda eſt. In his igitur qui ex morbis aliĳs in hoc reciderũt, uenæ inciſio petenda eſt: maxime uero ſi diutius durauerit malum, aut ab initio ſanguinẽ per uenam detrahere ſuperſederint. Aluus inſuper dura & quæ difficulter deĳcit, lauaminibus quos clyſteres uocãt, in relaxationibus abluenda eſt. Aut cucurbitulç per ingentes cõpluresq́, circũciſa ſcalpello cute, pectori ſi nihil obſtet, adglutinandæ ſunt, & lateribus cõſimiliter. Quod ſi peripneumoniæ cõfeſtim ab initio fuit affectio, cõcedentibus quidem in hoc numeris, uena ſecanda eſt: ſin aũt minus, cucurbitulæ imponendç ſunt, ſanguinẽ pro uiribus laborantis euacuantes. Ad hæc ſorbitiones quoq; cremoris ptiſanæ, chondri, cum melle aſſumantur, aut ex amygdalis amaris cum ſiligine, ſimiláue, quã σεμίδαλιν Græci nominant, aut chondro, confuſis pariter potionibus aliq̃t ſuauibus, hydromalo (quæ eſt ex aqua & malomelle confectio) aut ex melle, aut hydroroſato deniq; cõfecta ſorbillamenta. Vtile fuerit impendio quoque butyrum, quantũ capiunt cochlearia tria. Bibendum autem eſt in hac affectione conſtitutis prius ius ficuum cum elixatione hyſſopi, aut ireos in mulſo percoctũ, aut iridos leuigatç tritæq́ menſura duûm cochleariorum, quç melicrato conſperſa ſint: hoc ſanè & per inferna expurgat. Cæterum quantum ad uirium cuſtodiam attinet, crebrius illis melicrati potio ſine additamento per ſe repetenda eſt, uel cum fructibus pinus, ſeu piceis, quç grçce πιτυΐδες dicuntur, & cucumere. Vniuerſo præterea thoraci, atque lateribus ipſis cerota cyprina, quæ irim admixtam habeat: aut cerota ex oleo rutaceo & iride arida confecta: aut ea quæ è cera & reſina, & medulla, & butyro, & hyſſopo, & iride, in farinam trita, & unguine nardino inſtituitur, imponenda eſt.

Hydromalũ.

De ſanguinis ſputatione. Cap. XXXI

QVod ſi ſanguinis reiectio, ruptis uiolenter uenarũ uaſculis, ſanguine inde in aſperam arteriam manante, per os fit, affatim euacuabitur, & quandoque quidem ex euidenti aliqua occaſione: uerbi cauſſa, ſi accidat ex clamore, & id genus aliĳs. Nõnunq; uero abdita quapiã cauſſa, puta plenitate aut frigiditate nimiũ iuſtũ naturç modũ tranſgrediunte: frigus nanq; intenſius uenas, teſtante Hippocrate, rumpit.

rumpit. Si uero eadem ſanguinis ſputatio ad uenarum eroſionem retulerit originem,nõ aceruatim,ſed ſenſim pedetentimq́ ſanguen excreatur: acria quædam & praua edulia præceſſerunt: aut cibi abſtinentia, quam ἀσιτίαν Græci nominãt: aut deſtillatio à capite in pectus,acrimoniam præferens. Vbi autem uaſorũ ſanguinis apertione, quam ἀναστόμωσιν græce appellant, ſputum eius humoris eĳcitur, nihil quidem eorum,quæ hactenus enumerauimus,accidit,quoniam nulla unquam ſatietas aut plenitudo præceſſit, ſed uictus ratio humidior atque calidior, lauacrorumq́ intemperatorũ uſus: & nimium calidis locis ſitum domiciliũ,ĳs mali cauſſa eſſe apparet: Et neq; in inflammationibus,neq; in febribus,neq; in doloribus fiunt,quemadmodum ĳs, qui ex eroſione in hunc affectum incidunt. Contrà uero tolerabilius habebunt,ut uериſimile eſt, euacuati. Quum porrò hæmorrhoides,purgationes'ue muliebres retentæ atque impeditæ fuerint, etiam periculis hæc liberabunt. Eadem accidit cõmoditas ĳs, qui ob redundantiam ſanguinem erumpunt,niſi propter hulcus,aut immodicam inanitionem læ dantur. Iam uero ſecundum eroſionem ſanguinis euacuatio, nunquam bene cedit. Atqui ſi per uomitionem ſurſum fertur & eĳcitur, confeſſum eſt, quod ex partibus quæ ad ſtomachum aut uentrem attinent,effertur, in quibus quod per ſeceſſum deſedit,aliquando euacuatur: ſin autem cum tuſſi, à ſpiritalibus. At ſi ſpumoſum fuerit ſputum atq; ſubcandidum, & ex interuallo abſq; ullo dolore anguſtiaq́ extrahitur, è pulmone id latũ arguit atque declarat. In quibus temporis progreſſu & febris cõtinua ſequitur,præcipue quibus propter eroſionem,aliquid ſubſtantiæ pulmonis,aut guttur, aut uena redditur. Nouimus uero quempiam ſanguinem è pulmone ſputo eĳcientem, procedente tempore cum maxima tuſſi & ſanguine copioſo lapides expuiſſe quatuor aut quinq; aſperos, ceu pumicatos,magnitudo uero ceratiorũ trium aut quatuor, & continuo quidem leuatus meliuſcule habuit: haud multo uero poſt in tabem incidit,atq; fato functus eſt. Si quando uero & pituitoſa excreantur cum leuiore tuſſicula,aut ſcreatione quoq;, tum ſpumoſum tum leue quod effertur fuerit, ex trachea, hoc eſt, aſpera arteria reĳci cognoſcito. Quod ſi ſanguis ater fuerit,atque in exigua fruſtula & quaſi minimos globulos concretus & denſatus, doloremq́ loci præferat, à pectore efferri portenditur per pulmonem ſiue guttur, facta tranſumptione. Quæ uero ſurſum uerſus cum ſcreatu fit latio, ex partibus ad guttur attinentibus,per palatum eĳcitur. Si quando autem à capite deſtillauerit, cum irritatione quadam & tuſſi redditur, defluente eo,quicquid id eſt, in guttur fauces'ue, quem λάρυγγα græce cognominant, & rurſus regurgitante. Hæc aũt acer magna ex parte catarrhus,aut capitis dolor,aut grauedo præcedit. Nõnunq; autem per palatum ſanguinis fit euacuatio,idq; appoſita hirudine tum exugente tum affixa alicui partium. Cæterum in commentariolo de letalibus uenenis ſuper hac re fuſius proſequemur.

Sanguinis ſputi ex diabroſi notæ.

Notæ ex anaſtomoſi.

Lapides è pulmone eiecti.

Curatio.

QVi catarrho afflicti ſanguinẽ expuunt,ĳs mox uenã aperire: ſi ingenti

acrimonia,ea à capite in pectus deſtillatio uacet: Et ſymmetron, hoc eſt,in
tra omnẽ exceſſum,habita diligenti uiriũ perpenſione,detrahere cõuenit.
Extremæ adhæc partes uinciendæ, cumq́ oleo ueteri calido aut ſicyonio

Victus eorum qui ſanguinem ob catarrhum expuunt.

perfricandæ, excepto capite. Alantur eſculentis quæ ſuccum aliquem au-
ſterum commixtum habeant,cuiuſmodi eſt malorum Punicorum,apiorũ,
aut eadem ipſa unà decoquito. Eunti uero iamiam dormitum,trochiſcos ex
electro cõcinnatos exhibeto. Tertio quoque die, mellis deſpumati,nõ cru
di puſillum linctui præbeto. Si hęc à morbo obſtinate permanente uincan
tur, tum detonſo capiti ſtercus ſylueſtrium columbarũ confecto medicami
ne imponito,et poſt treis horas tollens medicamentũ,in balneolum perdu 1
cito,neutiq́ tamen perungens caput: deinde ſorbillationibus enutriens,le
ctum petenti theriacã antidotũ dato: rurſumq́ poſtridie eadem præſtans,
pari modo corpus uniuerſum perfricato,dempto (ut dixi) capite, cui utiq́
cerota è thapſia imponenda eſt,aut quędam alia,rurſusq́ ſorbitiones repe
tendæ. Quibus rite perpetratis,ſi malũ perſiſtat,cucurbitulæ occipiti utili
ter adglutinent̃. Atqui ſi acutus fuerit ille catarrhus deſtillatio'ue,ſanguis
per uenam omnino detrahendus eſt. Alimentis præterea,alijsq́ pręſidijs,
quorum percõmodum uſum eſſe profligando catarrho ſuprà peculiari,&
huic rei dedicato ſermone docuimus,utendum eſt,atq́ his etiã quæ nuper

Cura ſanguinẽ ob frigus expuentium.

enumerauimus cibis. Porrò qui propter frigus ſanguinẽ expuunt,ijs ſanè 2
rebus quę etiã exiccant,pectus calfaciendum eſt: cõfectioq́ διὰ δύο πεπέρεως,
id eſt è duobus piperum generibus, ſuppeditanda, unà cum eo,qui ex ele
ctro conſtituitur,paſtillo. Iam uero ab reſpirationis & animæ inſtrumen-
tis,propter rupturam aut uaſculorũ ſanguinis apertionem,ſanguinem re-
ijcientibus,uenã ſine mora ſecato,niſi magna ſanguinis uis erumpat et eſſe
ratur. Omnes uero decumbant facito,in locis uento expoſitis,in lecto,qui
neq́ ſurſum neq́ deorſum, nec etiã ultro citroq́ moueatur, immobili ſitu,
cauentes ne uehementer uel reſpirent, uel eloquant̃. Conſpergendæ autẽ
afflictę partes ſunt,ſpongijs poſca tepida imbutis. Poſt ſeptimanã uero,la
nis ſuccidis cum roſaceo, aut myrteo,aut lentiſcino: nõnunq́ quidem cum 3
aceto,interdũ uero cum uino adſtringente acerbóue. Plurima aũt exiſtente
abundantia impetuq́ multo,pollinem & mannam adiecto etiam aceto im-
ponamus, aut alumen & acaciam, aut malicoria,aut gallam ſeu cecidia cum
aceto,aut palmulas cum farina aut malis cotonijs coctas in uino auſtero.
Poſt hæc uero et ex ſalicibus confectum,imponendũ emplaſtrũ eſt,& prę
cipue ſi mediocris fuerit eruptio ac copia. Per os autẽ hæc conferunt: Por-
tulaca commanducata,bene admodum facit: efficacior uero multo ſuccus
eius imbibitus, balauſtiũ, rubi cum fructus tum flos, quercus membrana-
ceum,& nucleus ſub putamine glandis,potiſſime uero ipſis elixis utantur:
phygi item priniq́ fruticis maior efficacia & ſtrenuitas eſt. Samius aſter, 4
ad omnem ſanguinis reiectionem facit: Lemniũ item ſigillũ,lapis hæmati-
tes leuigatiſſimus cum ſucco mali Punici,aut herbæ ſanguinalis. Lapidis
uero ſit quantitas ſcrupuli unius. Hactenus ſimplicia: compoſita uero quæ
præſidio

præsidio esse possunt in hac affectione constitutis, sunt, orbiculus ex electro, & διὰ κοραλλίου, qui è corallio conficitur, & qui ex Aegyptia acantha, & Xeriũ compositũ, eq́ terra astere & Lemnio sigillo, coralliocq́ & symphyto, amylocq́, singulorũ æquilibrio. Sed qui hoc malum erosioni, quam διάβρωσιν dicunt, acceptũ referunt, has compositiones adhibeant, maxime si catarrhus præcesserit, opĳ medimnũ semissem misceamus: Et quod accipit samĳ asteris, agerati lapidis, Lemnĳ sigilli, æquale pondus: utile est tantũ in potu sumere, quantũ capiunt cochlearia duo, in binis cremoris arnoglossę cyathis. Aliud: Accipe Lemnĳ sigilli drachmas sedecim, Samĳ asteris drachmas duodeuiginti, amyli drach. octo, sarcocollę drachmas quatuor, cõmeos drachmas duas, xerĳ cochleariũ unum, unà cum decocti palmularum cyathis duobus. Sorbeatur præterea posca egelida: aut palmularum, aut malorum, aut pirorum, aut capreolorũ uitis elixatio. Quod si robur admittat & impellat, alantur circa horam secundam aut tertiã: sin minus, circa quartã. Esto autem sic habentiũ panis lotus gelida, aut halica, aut chondrus cum succo quodam frigorifico, uerbi gratia, mali Punici, aut myrtorum, aut omphacomellis (id est acerbæ uuæ succo, quem omphacium nominant) confectus, aut oua sorbilia, aut bellariorũ quiddã quod è lacte conficitur, cum aliquo uim astringendi possidente. Ex oleribus autem, intybum, cichoriũ, plantago. Elixa sint autem hæc singula oleo crudo, hoc est, ex immaturis oliuis, atq́ aceto. Ex pomis autem, mala, pira, mespila, mala Punica, corni arboris fructus. Potio autem his qui non febriunt, uinum dilutum perexiguum esto: febricitantium autem potus sit, aliquid memoratorum poculentorũ, aut cibyraticum hydromalum. Sed eis qui sanguinẽ reĳciunt, illis ipsis agendũ: cauendum modò ne frequens nimisq́ cibi porrigatur, hisce nanq́ perfacile medicinis succurritur, quoniã præpota iampridem subsidia, planè cum ipsis sanguine manantibus membris familiaritatẽ habent. Vbi aũt sanguis uentre globulatim cõcrescit, coagulum bibendũ est, maxime uero leporinum, aut sicynum lixiuium cum aqua, aut thymum, aut thrymba cũ aceto: Aut certe lacte fissili eos aut aloë euacuare oportet.

Cibus eorũ qui sanguinem expuunt.

Potus.

In his præterea qui à palato per screationem despuunt, gargarismis inspissandi uim habentibus utendum, & fronti & capiti adhibenda ea quæ dari solent ĳs, qui sanguinẽ è naribus reddunt. Hæc ipsa hæmoptoicorũ est curatio, quã studiose exequi expedit, eo quod magnum laborantibus ex immoderata euacuatione discrimen proueniat. Multitudo nanque euacuati, quemadmodum in iugulatis, breuem ac subitam mortem inferet. Cæterũ affectionis huius diutina assiduitas & perseuerantia, in tabem quam φθίσιν græce nominant, mutationem minatur. Omnibus igitur secundum rationem perpetratis, & cessante iam sanguinis eiectione, medendi & recreandi & tanq́ in pristinum statum referendi sunt, piscem esui præbentes, & iuuenum porcorũ cum pedes tum cerebra: & ipsum corpus usq́ refricare præcipientes, lauacrorumq́ frequentem usum, potationem uini; excandescentiam & rem Veneream cauentes & effugientes.

Caute euacuandum.

De his qui ſuppuratione infeſtantur, quos ἐμπύυς Græci dicunt: & tabe, quam eadem gens φθίσιν nuncupat. Cap. XXXII

Suppurationis in pectore collectæ indicia.

EMpyema, hoc eſt, purulenta expuitio, & collectum in thorace pus, per uacua thoracis, ſiue ſuccinctum uertitur, quãdoq; quidem ſanguinis reiectione facto hulcere, neq; ad cicatricem perducto, procedens: hinc confeſtim ſequi phthiſis conſueuit, ſi ex pulmone fiat excreatio. Nõnunq; uero quum exiſtat ibidem inflammatio, deinde ex diſrupto quoq; abſceſſu ſentitur, ut in laterali dolore, quē πλευρῖτιδα græce nominant, aliquãdo accidit, aut fluxu deniq; ex capite proueniente. Signa itaq; coacti iam empyematis ſunt, grauitas thoracis, tuſſis breuis & ſicca doloribus admixta. Interdum uero humiditas quędam accedit, qua leuari nonnihil uidentur, febriculaq; intra initia ſtatim debilis & ignaua, errans abſq; ordine ſtato, & difficilis decretorij iudicationis'ue. Quum uero ruptura abſceſſus iam appetit, uehementius febriũt, cum horrore aliquo, inq; ſermone ſpiritu turbati pręcipitant. Rupto uero abſceſſu, pus reijcitur, quandoq; ſanè purum, nonnunq; uero feculentum: atq; interdũ quidem per ſuperna eliditur prorumpitq; abſceſſus, unde certe maius metuendum eſt periculum, interdum uero per inferna: atque id quidem partim in uentrem & inteſtinum recipitur, tranſumiturq; : partim uero in ueſicam, facta per uaſcula quædã tranſumptione. Febriunt aũt modis omnibus febre hectica uſq; ad repurgationem, quæ niſi accurate bonaq; fide procuretur, confeſtim collectum illud in pectore pus, in tabem quã Græci phthiſim dicunt, tranſit, pulmone exhulcerationem ſuſtinente, in qua iam cõſtitutione genæ palleſcunt, & circa frontē atq; collum undiq; ſudores profluunt, carnes contabeſcunt, ungues incuruantur, & pingues, candidi aut pallidi apparent. Malo autem ſuperante, uenter conturbatur, & hypochondriũ conuellitur, ſitisq; ſic affectos ut plurimum corripit, & anorexia, id eſt ciborũ auerſio. Reiectum porrò ingentem grauiſſimi odoris fluxum emittit.

Curatio.

IN empyematis itaq; curatione, ante omnia quidem manibus pedibusq; machinanda eſt puris in pectore collecti maturatio, idq; tum ſpongiarũ fotu, tum cataplaſmatis modo farinæ hordeaceæ coctæ applicatione, & reſina exigua, et ſtercore columbarũ, nitroq; & ebiſco additis. Salutare quoque eſt rupturæ auxiliũ, in latus incolume decubitus. Sorbeat̃ præterea ex interuallo mulſum, & ſuccus ptiſanę admixto melle: ſed quibus plus roboris ineſt, ius hyſſopi & thymi melle adiecto bibant. Suppetias item plurimas ruptioni adfert tarichophagia, id eſt ſalſamentorum eſus, & catapotia hieræ ex colocynthide cõſarcinatę, in cubilis ingreſſu ſumpta. Cęterũ quũ pus iam primũ excerni cœperit, tum denuo hyſſopi & iridos atq; glycyrrhizæ decoctũ repete. Sed elixa ſint hæc in aqua mulſa. Vel glycyrrhizã cum ſeſamo tritam, exhibe: aut pollinem in mulſo & oleo percoctum, cataplaſmatis modo illinito. Quum autem exhulceratio expurgationi renitens ægerrime expugnatur, ad compoſitorum uſum recurrendum eſt: uerbi

cauſſa

caussa, τὸ διὰ πρασίου, hoc est, q̃d magna parte ex marrubio constat, tum simplex tum compositum: Et διὰ τῶν ὀρόβων, quod est medicamentum eruorum, & quod ab ingredientium numero græce dicitur δωδεκάθεον: Et ea quæ ab autore Philoxeni nomenclaturã sortita est confectio. Porrò qui in tabem quam Græci φθίσιν uocant, incidunt, his porra capitata liquefacta cum sorbillationibus chondri ac ptisanæ dato. Iam uero & hæc per se bis decocta exhibenda ducito. Cæterũ id quod potus loco sumendum est, aqua pluuialis esto, & ex eo melicratũ, quod uulgò mulsum dicimus. Circa initia uero relaxationũ, cataplasmatis instar imponantur medicamina è semine lini & polline, rite confecta: elixatione item fœnogræci, aut maluæ, oleoq; & melle, folijsq; altheæ. Temporis uero progressu ad cerotas transeundũ, quæ cõstituunt̃ ex butyro, oleo cyprino, laurino, & iride: Et Temnasij item emplastro utiliter utendum. Fluxu autem noxij humoris in pectus destillante, cerota διὰ ἰτεῶν dicta, quod salices contineat, imponenda est. Propinanda insuper ipsis ea quæ iampridem in saniosis enumerata sunt simplicia, atque ex compositis nonnulla. Cæterum si tussis non sine molestia graui dominatur, thymum & hyssopum cum succo glycyrrhizæ melle despumato excipiens, & in habilem formam confingens, ut sub lingua contineat exhibeto. Conuenit amplius in hac affectione cõstitutis ex temporis interuallo præstita Mithridati antidotus, atq; ea quæ διὰ ἐχιδνῶν, id est ex uiperis conficitur, quam theriacã uulgò dictitant. Nobilissimũ uero utilissimumq; illis qui ita tentant̃ fuerit auxilium bolus Armenius in potu haustus: Hesdræq; antidotus ne tantillũ quidẽ minus q̃ prædicta, salutare adfert præsidium.

De dolore laterali pleuritide'ue. Cap. XXXIII

DOlor lateritius, quem grece pleuritim dicunt, proprie & exquisite lateralis membranæ costas succingentis inflãmatio est, cui adhærent anhelitus difficultas, tussis, febris cõtinua: dolor modò ad iugulum, modò ad præcordia pertingens, & omnino ut uidetur perueniens. Discerni autem pleuritis ab inflãmatione iocinoris potest, quoniã in illa omnia hæc apparent: Pleuriticos quidem dolor cõpunctuosus, quasi scilicet locus pungatur, infestat: & tussis nõnunq; arida sine sputis, quod morbũ incoctum portendit, & ob id crudam pleuritim nominant: Quandoq; uero & sputum tussiendo eijciunt, id quod humorem plane inflammationis præ se fert autorem. Rubrum etenim & sanguinolentũ, sanguinem naturæ modum exuperantem subducit & propellit: flauum uero & subflauum, flauam bilem reijci portendit: quemadmodum rursus albicans & subspumosum, pituitam. In melancholico uero humore, nigrius reijcitur sputum. Pulsus adhæc durus ac asper, & ἐμπρίων, id est, ueluti scalpens existit. In inflammatione uero hepatis, nullus dolor pungitiuus est, neq; duritiem ullam refert pulsus, sed arida tussis molestat, & nullũ reddit sputum: facies uel buxo, ut ita dicam, pallidior. Porrò quęcunq; laterũ compunctiones externorum musculorũ inflammatione fiunt, hę quidem nõ exquisitæ, sed impropriæ sunt pleuritides: neq; tussis ulla, neq; ullum eijcitur

De pleuritide notha.

ſputum,neq; duritiem pulſus præfert. Si quis manu locum affectum palpitet,dolent: & ſi quidem ſuppurata uomica ſeu tumor diſtrahatur,ſecta foris perfertur: Quoniam illa quæ ab inflammatione ſub membranula pelliculaq; coſtas ſuccingente,pleuritis fit,huc neque feratur neque uergat: illa nanq;,niſi uel foris uel intus ſuppuratio,quod empyema dicunt, expurgetur,multo ante ocyſſimeq; in peripneumoniã,hoc eſt,pulmonariam inflammationem tranſit.

Curatio Pleuritidis.

QVod ſi igitur ad iugulum uſq; dolor protendatur,uena incidenda eſt: ſi uero ad præcordia uſq; perueniat,purgandum eſt per inferna. Re- 1
centiores autẽ omnibus ſanguinem ſecta uena detrahunt, formidantes (ni fallor) purgationũ turbationem & moleſtiam. Reclamantibus autem uiribus,neq; aliud quicquã faciendum: lotionibus quos Græci κλυσμοὺς dicunt acrioribus utendum. Quod ſi dolor mediocris fuerit, poſt lotionem quod κλύσμα appellatur exhibendum eſt mulſum,ptiſanęq; aut chondri cremor. In decremento autem & deceſſione morbi, cremoribus porrum adijciendum eſt: aut nepeta,aut pulegij & urticæ (quæ cnide dicitur) ſemen, facto cum melle linctu, ſumetur. Si dolores uehementer affligũt poſt euacuationem,demulcendi & permitigandi ſunt lanę calidæ uel ſulphuratæ applicatione,aut fomentis cum milio,& furfuribus in ſacculo lineo poſitis, aut cali- 2
da aqua,ſeu oleo in ueſica excepto. Lanam præterea ſuccidam cum oleo,uinoq; marina aqua infecto dilutóue,ſiue ſalia inſternenda, aut diaſpermato cataplaſmatis modo imponendum,decoctioq; chamæmelorum & altheæ, aut ficuum aridarum quas Græci ἰσχάδας nuncupant, & ireos, & abſinthij, mellisq; parum cum oleo nardino. Circa uero quartum diem ſorbitionibus nutrito, adiecto melle perexiguo. Septem autem diebus lapſis, ecligma (ea eſt confectio quæ lingitur magis quàm deuoratur) ex amygdalis ſemineq; urticæ (quam nunc acalyphen,nunc cniden nominãt) in melle contritis, confectum offeremus: aut διὰ βουτύρου nominatum ecligma unà cum butyro melleq; decoctum: Et hypoglottide (quod medicamenti genus lin- 3
guæ ſubditum,paulatim tabeſcit) ex melle elixo deſpumatoq; utendum. Epithematis porrò,tum uidelicet quod quia fœtet δυσῶδες appellatur,tum eo quod fit ex ſampſycho,unde & διὰ σαμψύχου dicitur,& peganero emplaſtro,ſecundum affectos utamur locos. Et bulbi præterea cum axungia appoſiti, ſæpenumero ſatis præſidij tulerunt. Adhibendũ inſuper eo morbo oppreſſis διὰ βουτύρου, id eſt ex butyro medicamentum,& terebinthinæ. Cæterum omnium efficaciſſimum eclegma eſt,quod διὰ πιτυΐδων quia è pinu fit, appellatur: item quod ex amygdali amari, & ſeminis lini, & nuclei pinei, quod Strobilon nuncupant, & amyli æquilibrio cum melle fit, exhibebimus. Quos autem uigiliæ quoq; torquent, eos medicamentũ quod è papa- 4
uerum capitibus conſtitutum, διὰ κωδυῶν dicitur, lingere competit: Ex antidotisq; athanaſia, & quibuſcunq; ad hanc prouinciam medicamentis compoſitis utamur. Poſt decimum uero & quartum diem,ſi malum nõ ceſſerit,

Ecligma.

cucur-

cucurbitulæ ipſis imponendæ ſunt, et in tenuiore omnino uictus ratione af flicti obſeruandi. Deinde ubi morbus remittitur (quod tempus Græci παρακμὴν, Latini uulgò declinationem ac decrementum appellant) in lauacrum ducendi, euitantes frigidum: educatio interim ſolidior adhibenda. Quod ſi autem inflammatio ſuccingentis tunicæ, neq; diſſipata neque diſcuſſa in pus conuertatur, iam antea memoratis utendum eſt remedijs. Παρακμή.

Ad lateris ſine febre languores.

LAteritijs doloribus ſine febre bdellium ſuccurrit & coſtus, braſſicę cauliium deuſtorum cineri & adipi admixta: ualidum quidem illud eſt diaphoreticum, hoc eſt diſcutiendi uim habens medicamentum. Diaphoreticũ

De affectionibus cordis. Cap. XXXIIII

IPſum quidem hominis cor primaria affectione per ſe afflictũ, ocyus prĕſentaneum multumq; medicorum exigit præſidium, utpote acerbam & præcipitem inferens mortem. In inflammationibus quidẽ ipſius, pariter et ignitis rubedinibus, quæ eryſipelata dicũtur, uehementibusq; intemperantijs in acutiſſimis febribus, ſanguinis eruptio, quã αἱμοῤῥαγίαν uocant, uulnerata leua potiſſimũ parte uentriculi, prodeſt. Si autẽ per conſenſum, quam συμπάθειαν nuncupant, dolore afficiatur, tum in cerebro, tum iocinore, tum ore uentriculi, mœſtitia item labore, atq; metu, alijsq; compluribus ſyncopã quam uocant, inferet: quæ conferta quædam eſt uirium calamitas, quã dicunt illi καταπτῶσιν, ex ſolutionibus & animi deliquijs, tenui ac debili uenarum motione, extremarumq; partium perfrictionibus, & undique promanantibus ſudoribus ſignificata. Hæc fortior exiſtens, & ipſa earum ægritudinũ fuerit una, quibus nullis ſuppetijs ſuccurri poteſt. Adhuc uero aliquantulum conſtante uirtute, nonnunq; ſubuenire pulcherrime datur. Adhæc uero cordis quoq; ualidi ſubinde tremores oboriuntur, præ multitudine aut feruore ſanguinis, qui in ipſo cõtinetur. Cor uero ipſum ſuper excalfactum, magnam quidem & frequentem inducit reſpirationem: Refrigeratum autem exiguam atque raram ſpirationem efficit. Secundo igitur qui de febribus inſcribitur libro, omnem cardiacarum ſyncoparum emendationem recenſuimus: tantum interim hic loci mea quidem ſententia apponendum, quemadmodũ uincente ac prĕpollente ſymptomate, poſt extimarũ partium tum perfrictiones tum circumlinitiones, purificationes item pauimenti, et aliam quancunq; animi oblectationem amœnitatemq;, cataplaſmatis modo ſint ſudore manantibus corporis partibus imponenda (quiue partes eædem obſtruendæ) myrtus leuigata, aut creta cimolia, aut electrum, aut malicoria cum manna, aut terra Samia, adiecta parte cõmeos. Artus item extremi uſque ad pubem & alas perfricati, cataplaſmatis inſtar illiniendi ſunt ſinapi, aut pyrethro, aut adarce. Alimentũ eſto panis ex aqua ſeu uino frigido permixto, pedes ſuilli, ancyle, curuatura cubitus, roſtrum, uolatilia omnia frigida. Cæterum caput & frontem illinito omphacio, quod eſt, oleo ex uuis immaturis, aut aliquo ſtyptico cum cõmeos aut decoctione roſarum. Cataplaſma autem prĕ

Syncopa.

Cordis nimiũ calfacti refrigerati ue ſigna.

cordijs ſtomachoq́ꝫ, ex palmulis, quæ φοίνικοι dicũtur, roſis, œnanthe, acacia, hypocyſtide, & alumine confectum, impone.

De palpitatione cordis.

NOui quempiã, inquit Galenus, quotannis uerno tempore palpitationis cordis ſymptomate uexatum: qui quũ per integrum triennium ſe à ſanguinis detractione ſecta uena adiutũ intelligeret, anno quarto priuſq́ꝫ accidens illud denuo ipſum inuaderet, ſanguinis miſſionem repetiuit, & haud amplius eidem malo obnoxius fuit: atqꝫ ſic pluribus deinceps annis faciendo, idoneam quoqꝫ poſt ſanguinis detractionem, uictus rationem ac medicamenta adhibuit: Sed nihilominus is etiam ante ſenium morte præuentus eſt, quemadmodũ & reliquorum pleriqꝫ omnes, quorum nonnulli quidem in acutis febribus affatim ſyncopa intercepti, pari quoqꝫ modo ante ſenectutem interierunt. Quidam autem ipſorum citra ſyncopam apoplexiæ modo, hoc eſt tanquam ſyderati, ſubitò uitam in mortem cõmutarunt. Cæterũ ita affectorũ magna pars ætatem agebat quinquaginta quidem annis inferiorem, ſed quæ interim annos quadraginta excederet.

De his quæ mammas infeſtant. Cap. XXXV.

LAc à partu in caſeum ſæpenumero denſatum, circa mammas inflãmationes quas φλεγμονὰς græce dicunt, ſuſcitat. Hiſce itaqꝫ à principio ſtatim utendum: ſpongia mollis poſca tepida madi 2
data atqꝫ expreſſa imponatur, & appoſite conformando alligetur: Aut palmulæ cum pane in poſca leuigatę: Aut ouo etiam toto utendũ, admixto roſaceo cum cerota perexigua, aut alumine, & pulicari herba, q̊d Græci ψύλλιον nominãt, unà cum coriandro, aut portulaca quę cataplaſmatis modo illiniantur uel imponañt: aut Pyritem lapidẽ cum cerota contritũ imponens alligato. Cæterum diſtentione oborta, aut cõcretione in thrombos globuloſq́ꝫ facta, panẽ ex hydrelæo, aut œnomelite cataplaſmatis inſtar applicato: aut panẽ cum perdiciade uiridi atqꝫ cerota, bis in die: aut fabaceã farinã cum hydromelite aut elixatione. Quod ſi grauitatẽ nõ ferant, irrigatione olei dulcis & calidi utendũ. Fouendæ aũt ſunt ita affectæ, uapo 3
re aquæ feruidæ, aut fœnogræci decocto, aut althææ, aut ſeminis apij. Cataplaſma præterea imponendum factum è polline & ſemine lini, aut fœnogræco cum hydromelite, aut ſeſamo cum melle butyróue contrito. Exuctionẽ porrò mammarũ obſeruare expedit, eo quod ablactatio maiorem conuulſionẽ parit in ipſis. Quum aũt inflammatio mammarũ remittit atqꝫ decreſcit, iſtiuſmodi cerotis utendũ: Betam elixans oleo, uſqꝫ dum cerotæ induat cum formam tum craſſitudinem: Ipſa autem abiecta, oleo adijce ceræ ſymmetrum, hoc eſt, quantum ſatis eſt, atqꝫ utere. Aliud: Ouorum crudorum pyrrha ſeu lutea decem cerotæ commiſceto, quæ conſtet ceræ uncijs duabus & ſemiſſe, roſaceiq́ꝫ uncijs quatuor, & ſpathe cultella 4
ta, hoc eſt rude ſubigens, muriæ quantum in ſe ſuſcipere poteſt inijce, & rurſus rude inſtrumento ſubigens, utitor.

Ad mam-

Ad mammarum durities.

CAeterum ad mãmarum durities confert id, quod, quia è melle conſtat, διὰ μέλιτος appellatur, medicamentum: atque uno uerbo omnia quæ emolliendi uirtutem obtinent medicamina, uocare quæ malactica, hoc eſt *Malactica.* mollientia, medici ſolent. Sed ubi tumor in apoſtaſim tranſit, tum medicamentis quorum capite de parotidibus (quos nos ſecundum aurem abſceſſus appellamus) meminimus, & quæ deinceps in ſermone apoſtematum, hoc eſt abſceſſuum recenſebimus, ſedulò utendum.

Archigenis ſubſidium aduerſus eroſiones mammillarum cum cacoëthia, id eſt malignitate, prauóue carcinomate.

ARchigenis medicamentum quo uſus eſt uir ille contra mammarum foramina, malignaꝗ; earundem hulcera, recipit uini hadriani boni xeſtas uiginti, fluenti rhois'ue coriariorum libram unam, galbulorum cupreſſi libram unam, gallæ immaturæ atræ uncias ſex, caſſiæ tantundem: quæ ſimul contuſa, in uino diebus decem macerato, deinde coquantur, commota aſſidue rude cupreſſina tantiſper dum dimidium fermè abſumetur: tum herbas quidem porrice, ſuccus uero elixetur ad mellis uſꝗ; ſpiſſitudinem, tum deniꝗ; in uaſe uitreo reponatur. Vtere in his quæ depaſcendo erodũt, mero. At ſi craſſius fuerit, ad id factum medicamentum uino adiecto, liquidius reddatur, adꝗ; eas quæ mammas infeſtant nomas (ſic enim appellant hulcera quæ depaſcendo ſerpunt) & aures quæ cum purulentia fluunt, ulasꝗ; & gingiuas labefactas, & dyſenterias ſeu tormina conducet. Conſolatur præterea ac mitigat papillarum dolores illitum lac. Et aliȷs poſtremo mãmarum exhulcerationibus, haud aliter ſanè quàm aliȷs quibuſcunꝗ; hulceribus medendum ducito.

Diaphylactica, hoc eſt præſeruatiua mammillarum.

QVo mammę à plurimis calamitatibus tueantur, emplaſtri modo cyminum cum aqua cõtritum eiſdem impone: mox extrinſecus ſpongiam imponens, uinculis ac funiculis pectus conſtringito: tranſactis uero tribus dieculis, cymino ſublato, mammis florem bulborum cataplaſmatis inſtar cum melle illinito, & adnectens denuo laqueis per triduum finito, idꝗ; ter in menſe ſtudioſe facito. Aliud: Cicutam leuigatam ac tritam per dies nouem imponito, & foris ſpongiam ut dictum eſt, & aliquot dies relinquito. Hoc idem præſtat & naxiæ cotis ramentum, uirginumꝗ; mammas ab ingruentibus malis cuſtodit.

Aduerſus alarum graueolentias atque ſudores. Cap. XXXVI.

HIrquo, ſudoribusꝗ; ſub alis pulchre admodum hæ compoſitiones ſubueniũt: Aluminis liquidi medimnos duos, myrrhæ medimnum unum, in uino diſſoluens, quum opus fuerit utere. Aliud: Plumbaginem crematam uinoꝗ; fragrante extinctam, cum uino conterito, myrrhæ puſillum uſꝗ; ad ſtrigmenti balneorum craſſi

tudinem adijciens, utitor. Aliud: Spumæ argenti drachmas ſedecim, myrrhæ drachmas duas, amomi drachmã unam, quibus ſingulis contuſis, uino excipe. Aliud: Accipiantur aluminis liquidi drachmæ octo, amomi, myrrhæ, ſpicæ nardi, ſingulorum drachmæ quatuor, hæc uino diſſoluta, ad arcendum grauem hircinumq; fœtorẽ, necnon eas quæ turpiter ſub alis eueniunt maditates, uſui accommodato.

De his quæ præter naturam accidunt ſtomacho, præcordijs atq; uentri. Cap. XXXVII.

DE appetitus à cibis auerſione, quæ febre correptos moleſtat, & grandi fame, & appetentia canina, debilitateq; ſtomachi, & ani- 1
mi deliquio, de ſiti præterea atq; ſingultu, nauſea item ac ſyncopa, inter hæc quæ de febribus eo qui hunc antecedit libro, ſatis ſuperq; determinatum eſt. Rurſum igitur ſuper ijſdem uerba facere, non hercle puto opportunum. Cæterum inflammationes oris uentriculi, atque iocinoris, inter medendum ſemper opus habent conſtringentium rerum admixtione. Nam ſi quis chalaſtica modò, id eſt relaxanti uictus ratione mederi ſtudeat, uitam in diſcrimẽ haud leue inducet. Proinde oportet ſiue oleo foueantur & conſpergantur, ſiue cataplaſma applicetur, medicamenti quippiam cui adſtringẽdi facultas ſit, adnectere, uerbi cauſſa, abſinthiũ, aut unguentum nardinum, aut melinum, aut papauerinũ, decoquentes. Ce- 2
rota autem qua continuò utendum arbitror, eſt huiuſmodi: Sumito ceræ candidæ unciam unam, æſtatis uero tempeſtate drachmas ſeptem, aloës, maſtiches, uniuſcuiuſq; drachmam unam, olei uuarum nondum maturarũ, aut melini & nardini, prout uſus & res ipſa exigit, quantũ ſatis eſt ad concretionẽ & coagmentũ. Quod ſi adhuc copioſiore ſtypticitate indiget uentriculus, ut qui alimẽtis ſuperior eſſe nõ poſſit, admiſceto prædictis quoq; olei omphacini drachmam unam, aut abſinthij etiam æquilibrium, ad hæc tertiam partẽ hypocyſtidis, & œnanthes, quod eſt floris labruſcæ, & cremoris rhu. Addere autẽ & in medium deducere oportet cerotæ copiam, numero alijs medicaminibus proportione reſpondens. 3

Ad ſtomachi, præcordiorumq;, & uentris diutinas inflammationes.

QVod ſi præterea inflammatio diutule perſeueret, atq; indureſcat, iam ſanè medicamẽta diuerſi magis generis ſunt adhibenda, quæ aromatum nonnihil emolliendiq; & diſijciendi poteſtatem habeant. Cuius farinæ quidem eſt id, quod per melilotum confectum eſt medicamentum, atq; ipſum quoq; Philagrianũ, atq; illud quod à fragrantia nimirũ Grȩci εὐώδης, Latini uero perodoratum nominant, uiridisq; iaſpidis funiculus ſeu catenula collo appenſa, ita quidem ut ſtomachum attingat, magnifice confert, Verum in calidis ſtomachi intemperiebus & ardentibus, cum ſolutione, aut aliqua cibi fuga & inappetentia, nulla omnino cauſſa excepta quàm fe- 4
bris, aquam gelidam potui dato, cremore uuæ immaturæ adiecto, aut malorum cotoneorum elixationem, aut capreoli uitis, aut ſeminis cucumeris:

uel

uel contere cum frigida. Stomacho præterea ueſicã gelida aqua fartam, aut cucurbitæ ſtrigmenta imponito. Catapotia item (quas uulgus pilulas à rotunditate uocat) quæ extinguendi ſitim potentiam habent, ἄδιψα appellata, ceu iam pridem in capite de ſiti memoratum eſt, exhibita, præſentaneo ſemper remedio ſunt.

Frigorificum & humectiuum flaccidi & cum infirmitate humentis ſtomachi.

STomachus uero cum humore flacceſcens, languens ac dilabãs propemodum, refrigeratur & humectatur medicamento quod recipit foliorũ roſarũ uiridium drachmas ſex, glycyrrhizæ cremoris drachmas quatuor, quæ uino dulci excipiantur, & hypoglottida (hoc eſt medicamentorũ ſpecies quæ linguæ cõmode poſſunt ſubdi) cõcinnentur. Sed in affectionibus quæ propter craſſitudinẽ pituitæ calorificis & incidentibus opus habent, utile hoc fuerit atq; accommodatiſſimum, quod ſuccedit præſidium. Accipe corticis radicis fœniculi uncias duas, aceti xeſtam unam, aloës uncias tres, mellis libras quatuor: Radices cum aceto elixę exprimũtur, porriciunturq;: mel uero iniectum decoquitur uſq; ad craſſitudinem et cõcretionem, & tum denique aloë leuigata inditur informaturq;: Exhibe cochliaria tria cum aqua. Nõnulli uero & abſq; aloë cõficiunt hoc medicamentum. Et id, quod quia è nepeta conſtituitur διὰ καλαμίνθης appellatur, in his qui ita afficiuntur expediens & idoneum eſt. Cæterum in quibus cibus aceſcit, ſeminis coriani aut coriandri drachmam unam polentæ inſtar ſubigens, & glutinoſum reddens, aqua potui dato: ſiue maſtiches cochliarium unum: ſiue lactucę candidæ cochliaria duo. Hactenus incompoſita. Connexũ aũt è multis illud probatur, quod habet piperis drachmam unam, ſeminis anethi drachmas treis, cymini drachmas quatuor: quibus contritis exhibebis in lecti, ut uulgò dicunt, ingreſſu cochliarium unum in uino mixto. In quibus porrò atra bilis naſcitur, ſtomachusq; inflatur, in diſtentionibus & uehementia, ſpongias acerrimo aceto intinctas imponito. Quod ſi his quoq; accurate tranſactis omnibus, nihil ceſſerit malum, alumen cum ære leuigato melle exceptum imponito. Bibat autem in ea paſſione conſtitutus intybi ſuccum, aut potioni mentam inſerat. Quibus uero ſtomachus flatulentus atq; diſtentus eſt, nepetam decocto miſcens, mellis & piperis ſymmetrum, hoc eſt, moderatum præbeto. Super hæc autem ad ſtomachi ſubuerſiones ſucci acinorum mali Punici acidi medimnos treis, cremoris mentæ medimnum, unum coquito uſque ad concretionem & compactionem, atq; ubi opus fuerit, ante cibum myſtrum unum potui exhibeto.

Ad Sieliſmum ſtomachi.

QVi ſtomachũ ſpumoſum habẽt, aceto ſcillino, aut oliuarũ ſalſarũ et cõditarũ iure, aut thalliæ (hoc eſt ſummitatis nouæ germinationis oleæ) decocto abluant, aut eius quamminimũ bibant: Nihil uero tãtopere, quàm aloë aqua irrigata confert. Atqui ad curationẽ eorũ qui cibũ cõtinere non poſſunt, quos ueteres proprie ſtomachicos nũcupant, fœnograeci farinam

melli mixtam, & maluæ semen contritũ in farinam aridam, cataplasmatis modo stomacho imponito. Cerota uero quæ è cæra cõstituitur & oleo irino cum iusto pondere, & castorio, bene ad idem facit.

Stomachici.

De appetitus à cibis auersione.

ANorexia inappetentiá ue, est à cibis appetitus omnia respuente stomacho auersio: uel à stomachi & circumiacentium partium intemperatura, uel ab exuperanti humorum copia proueniens. Deprehendet autem quispiam haud obscure distemperamentũ eius uisceris æstuosum, tum siti, tum nidorosis & fœtulentis eructuationibus, si quippiã coacti sumpserit, tum promptiore frigidarũ admodum rerum & coctu difficilium coctura. 1
Gelidam è diuerso stomachi intemperiem contrarijs omnino conditionibus cognosces: neq; enim sic affecti sitiunt, & à frigidis, quæ tolerare nequeunt, offenduntur, & acida interdum subinde eructuant.

Signa calidæ distemperãtiæ stomachi.

Signa frigidæ.

De ciborum fastidio ex nimietate humorum.

CAeterum qui ad humores, ciborum auersionem referunt, hi sanè qui propter subtiles atq; mordaces succos hoc mali patiuntur, mordentur stomacho, nausea afficiuntur, uehementioreq; siti premuntur. Quibus uero putrescunt in uentriculo humores, febriunt interdum præter cætera. Qui autem crassis glutinosisq; ac tenacibus stomachi humoribus anorexiam acceptam referunt, morsu quidem atq; siti omnino carent, sed com- 2
mune omnibus accidens est nausea. Cæterum si quidem concauitatem ac imum uentriculi, humores occuparint, ab ijsdem euomũt: Sin autem in tunicis ipsius impacti atque impulsi fuerint, nauseant modò, neq; quicquam euomunt, præterquam cibos, si quos sumpserint. Quocirca eis qui ob egelidam distemperantiam cibos horrent, frigidam uictus rationem præscribere, & præcipue ea quæ condiuntur aceto, panem proinde posca maceratum ita habentibus dare, atq; ipsam quoque poscam, lac item acetosum, & eam quã uulgo Romani melcam nominant, potare expedit. Probatur præterea obsonium quoddã, quod, quia è lacte fit, διὰ γάλακτος appellatur, intybaq; & lactuca, & nõnunquam aqua gelida, omniaq; mediocriter, secun- 3
dum eius quæ iustum naturæ modum excedit temperaturæ contrarietatem: quoniam immodicus horum usus non modò non conducit, sed medicamentis omnibus inexpugnabilem reddit affectionem. Qui contrà algore escas fastidiunt, contrarijs omnino medendi sunt: uinumq; peranti quum potui, conditum item & hydrogarum, anisi præterea ac rutæ, petroseliniq; decoctum, exhibendum est. Piper quoq; è communi aqua calida, atq; ipsum quoq; quod à tribus piperum generibus nomen habet διὰ τριῶν πεπέρεων, aut quod è nepeta constitutum Græcis διὰ καλαμίνθης appellatur, magna cum utilitate offertur. Dabis adhæc & uiperarum theriacam, quæ utiq; etiam his qui ad humorum copiam inappetentiam referũt, aliena non 4
est. Allia quoq; in hac affectione constitutis, cum tanquam nutrimentum, tum tanquam medicamentum, accommodatissima censentur.

Curatio horroris epularum propter frigus

Quum

De anorexia ex humorum copia.

Quum autem ex humorum multitudine, in eiuſmodi omnia reſpuentis ſtomachi quis inciderit affectionem, tenues quidem atque mordaces humores euacuabis, idq; uel per uomitionem, uel aluum inferiorem: Vomitionibus quidem facile, ſi temperatam ac tepidam aquam, aut mulſum plurima admodum aqua dilutum, antea laborans hauriat. Præſtantius uero, ſi ante hæc humectantē exhibeas alimoniam: cuius farinæ eſt ptiſanæ cremor, aut ouorum putamina, quas λεκίθους Græci nuncupant. Qua autem ratione facilem quis uomitum conciliat, uolumine huius operis primo affatim prædictū eſt. At ſi non niſi ægerrime, magnoq; cum diſcrimine ægrotans euomat, præſtat medicus materiam in aluum inferiorem dirigat, humectās antea languentes copioſiore & temperato cibo. Sed catharticum, hoc eſt purgandi facultatem habens medicamentum, uel ex amaritudine aloës, uel ex malis cotoneis conficiatur, quod & ſcammoniam admixtam habeat, uel è rhodomelite. Quod ſi abſq; ſcāmonia fieri poſſit, aloës maiore copia ipſos euacuare ſatius eſt: quoniam ſcammoniæ uſus ſtomacho plurimum officit. Qui uero propter craſſos & tenaces humores anorexia torquentur, his attenuando & incidendo ſuccurremus, cumq; oxymelite, & ex hoc, muriaq; compoſitis, uelut cappari, oleis, ſinapi, & conſimilibus. Neq; uero aliena his ſunt ea quoq;, quorum in illis qui ſimili malo præ gelida intemperie tentantur, meminimus, præcipue uero poſt euacuationem: euacuabis autem eo quod ad Iulianum refertur, oxymelite. Foris præterea quæ tum calfaciendi tum roborandi ſtomachum potentiam continent, adhibenda ſunt: ungentaq; & malagmata, cuiuſmodi ſunt potiſſime, id quod ἀπὸ τῆς ὄμφακος, id eſt, ex uua acerba & immatura contexitur: & quod μαρκιάτον græco uocabulo appellatur: & quæ ſolenniter applicantur unguina græce μύρα nuncupata. Epithematis porrò utendum, tum ea ſcilicet compoſitione, cui nomen inditū Baion eſt, tum ea quod εὐώδης, hoc eſt odoriferū, appellationem obtinuit, atq; eius claſſis cætera. Exercitationes item atq; frictiones ſimiliter cumprimis adhibeantur. Porrò autem eorum curationi qui male concoquunt, pariterq; ea ſtomachi quæ eſcas omnes faſtidit affectione propter frigidum ſimul & humidum ſuccum, aut eiuſdem qualitatis intemperiem tentantur, medicamenta quæ ἀπὸ τῶν κυδωνίων μήλων, hoc eſt, è malis cotoneis conſiſtunt, apprime cōueniunt: dico autem id cui Maloplacuntium cognomentum eſt, atq; id quoq; quod è ſucco malorum conſtat, necnon & eorundem carnibus, cytrioq; malo confectum. Malagmata uero quæ ad rem faciunt, ſunt marciatum, & quod ex acerbæ & non maturæ uuæ cremore conſtitutum, omphacinum uocatur: Baion item & polyarchium, & quæ ſunt eiuſdem generis cætera. Quod ſi hulcus uel ſtomachum uel uentrem occupet, ut ab omnibus quidem acribus tum eſculentis, tum poculentis, tum medicamentis abſtinendum eſt, ita manſuetis & mitigantibus utendum: Verbi cauſſa, ſorbitionibus abſque oleo, & quæ fiunt ex amylo, & terra Samia, ac Lemnio ſigillo, lacte item melleq; quamminimo, ita ut ſine moleſtia, & citra morſum perpurget. Epithe-

Catharticum.

Scammonia nocet ſtomacho.

ma autem functioni huic accommodum est διὰ φοινίκων, & κυδωνίων ἀλφίτων, quod est si interpretere, ex palmulis, cotoneorumq; farina siue polenta con cinnatum. Cerota in hoc malo constitutis congruit è melino aut rosaceo, cum gutta ammoniaca & thure cõposita: Item epithema Nilei. Emplastro rum insuper usus in cibi auersionis curatione expediunt, tum eius uidelicet quod διὰ τῶν ἰτεῶν, quia salices continet, appellatum est: tum quod ab autore Icesion cognomentum habet. Dinosces autem hulceris speciem uel ex san guinis, uel ex puris, uel ex ramentorum deniq; uomitione.

Ad fractum & imbecillum stomachum.

STomachis fractis & debilibus, & ob id functionem suam in coquendo 1
minime obire potentibus, aut qui cibum assumptum euomunt, meden dis, sumito aloës, suffitus masucha, mastiches, styracis singulorum uncias duas, absinthij uncias quatuor, œnanthes uncias treis, confectionis gleuci ni uncias sex, ungenti melini uncias treis, uini quantum satis est, à quibusdã cõfectionis Cyphios rosarumq;, uniuscuiusq; unciæ duæ adijciuntur. Hęc omnia pariter leuigata purpura, aut lana excipiunt, stomachoq; imponunt. Nõnulli uero ceræ quoq; uncias sex antea adijcientes, epithema cõcinnãt.

Ad uoluulum stomachi, quas Græci ἰλεώδεις τοῦ στομάχου διαθέσεις nominant.

CVrandis iliosis stomachi affectionibus, quod est uehementibus dolo 2
ribus & plurimum conuellentibus spasmosis'ue, nobilissimum utilissi mumq; medicamentũ est pastillus Amazonum. Cęterum cum huius, tum aliorum quæ ad stomachum pertinent commixtorum materiam, & in uolu mine quo de cõpositis medicaminibus agitur, absoluto ac profluenti ferè sermone descriptam comperies.

De uentris inflatione. Cap. XXXVIII

ELatuum in uentre prouentus siue generatio, ex humoribus uel alimentis in uapores præ tepida quadã caliditate resolutis, com mouetur: Frigiditas nanq;, eo quod sua natura nequit attenuare

Neq; gelu neq; ardor ingẽs fla tuũ parens, sed mediocris cali ditas.

atque discutere, nullos producit spiritus, sed uehemens acriorq; 3
caliditas non extenuans solum, sed disijciens etiam penitus, flatus conspira tionem prohibet. Minor uero caliditas, alimentũ in stomacho liquefacit ac disijcit quidem, et permutat etiã, sed remissius atq; minore id efficacia: inde flatus excitatio omnis procreatur. Attenuare igitur ipsos medicamentis ca lorificis competit, elixantes oleo semen cymini, apij, herbæ rutinalis, quod σπονδύλιον græce nuncupant, & dauci deniq; semen. Frigore autem af fectioni accedente, rutam, baccas lauri, nigellam nigrum'ue papauer, quod μελάνθιον à Græcis dicit, fœniculũq; oleo elixato, bitumenq; cum oleo lauri no admisceto. Si uero inflãmatio cũ doloribus copulata sit, pro calfacienti
bus chalastica, hoc est quæ relaxando remittendoq; mitigãt, adhibeas: ane 4
thum uidelicet coquens, & adipem gallinæ & anseris admisce. Perq; utilis pręterea flatus in corpore & uentre potissimũ excitationibus obnoxijs, po lij fasciculus percoctus habetur; siue decoctum nepetæ admixto mellis exi

guo

guo, aut piperis drachma una: hæc quidem dolore acriore infestante, adhi
benda sunt: sed in mediocri sufficit fotus (quæ græce πυρία dicitur) milij.
Cucurbitula uero amplissima umbilicum uniuersum & cumulatim comple
ctens, sæpenumero liberauit hoc symptωmate. Remedio quoq; haud me-
diocri est castorium, cum posca epotum, & foris cum oleo sicyonio impo-
situm: Et si cum tormine doloreq; circa umbilicū, omneq; id spacium quod
in anteriore parte hominis uentriculi ostio, & umbilici partibus interiacet,
(quod mali genus Græci στρόφον nominant) flatuū collectiones contingant, Στρόφοι.
medetur. Suillus porrò astragalus crematus, & in potu sumptus, cum tor-
minibus qui ab ostio uentriculi usq; ad umbilici partes excruciant, tum fla-
tulentis, quasiq; uentis in interiore parte oppressis, succurrit, aristolochiaq;
rotunda. Cæterū doloribus, quibus uenter nonunq; propter obstructio
nes torquet, aut ex crassitudine obortis inflationibus, aut ob frigiditatem,
uinū meracius post cibum epotum, præsidio fuit, somnoq; succedente exa-
cte ipsas uindicauit atque discussit.

De Cholera. Cap. XXXIX

CHolera est immoderata uentris perturbatio, quę multo bilis flu
xu, cum alui deiectione tum uomitu fit, inhærente ciborū in sto
macho cruditate: cibos autem non conficiunt, interdum quidē
propter multam cibariorum prauitatem, nōnunquam uero ob
prauos humores aggestos. Quocirca si quidē fastidiosus & uellicatus fue
rit ægrotans, manentibus etiamdum crudis in uentre dapibus, uomitus ci-
endi gratia aquam tepidam haurire iubebimus, ac digitos insuper aut pen
nas inserere. Opitulandum adhæc & alui quoque excretione. Post uero su
peruacaneorū excrementorum euacuationem, cum tranquillitate tum fo-
tu & calfactione circa præcordiorum partes utendum, & dulci pręterea o-
leo, cum uino non multo, aut mastichino, aut nardino etiam, si tempus fue-
rit brumale. Somnus item inducendus, cui pro arbitrio cuiusque indulgen
dum. Lauacris præterea post ad unguem factam cōcoctionem, danda est
opera, & boni succi alimentis utendum. Atqui cum excessu facta euacuatio
ne, ab initio quidem ea quæ suprà libro secundo de turbatione uentris me-
morauimus, satis sufficiūt. Quum uero exitiū permanserit, aluusq; eadem
calamitate afficitur, & pulsus minuitur densiorq; euadit, cataplasmatis mo
do διὰ φοινίκων cum œnanthe, acacia, hypocistidis liquore, & malicorio im-
ponito. Aquæ porrò mediocriter frigidæ cyathum ad sorbendum exhibe
to. Ius uero rosarum, aut œnanthes, aut rhu, aut capreolorum uitis, utilius
fuerit: aut liquor qui ex malo Punico acidę dulcedinis expressus est, propi
nandus, pusillo mentæ insparso. Vbi uero quæ excernuntur acriora extite
rint, feruore sitiq; superueniente, cucumeris semen cum aquæ cyathis tri-
bus offerendum est: intybaq; & lactucas in posca elixas, cibi loco sumant.
Incoërcito autem impetu existente, uinum aliquod austerum. Quos nulla
quidem febris infestat, palmatianum, aut amineum, aut spathiten, aut om-
phacomeliten exhibeto: Febricitantibus uero, uinum ex malis granatis,

aut ex myrto, aut cibyraticum hydromalum poculentum, & cum micis tripolióue, aut halica, aut chondro. Quod si esculenta fastidiant, aliquid fructuum cõmanducantes, mespilorum, aut pirorũ, aut cotoneorum, aut malorum granatorũ, carnosum & durum expuent. Porrò si cibum assumptum non cõtineant, cucurbitula quãmaxima leuis stomacho est adglutinanda. Hac autem iam adglutinata, aliquo ex prædictis nutriendi sunt. Cæterum ad conuulsas titillationes contractiones'ue, linteola oleo imbuta musculis calida circumponito, cerotasq́ue liquidas castorij quippiam et sicyonij complectentes. Sed priusquã hæc aggrediantur, membra sunt aqua calida perfundenda. Si peruigiles reddantur, ijs utique remedijs quę uigilijs suo loco conducere docuimus, utendum: non uero prohibente uirtute, & διὰ κωδύων confectionem, aut syrupum (ut dicunt) bibant. Decremento autem iam facto, & ut uulgò aiunt declinatione, in lauacrum ducendi sunt, & recreandi alitibus, pullis columbarum, aut pedibus suum, aut consimilibus ferculis.

Post uigorem quid agendũ.

Profusus uero alui fluor, absque exhulceratione inflammationeque, quã græce διάρροιαν uocant, cibos corrumpens, magna quidem parte sua sponte cessat, nihil alimenti sumentibus ægris usque ad consummatã tum cocturã tum euacuationem corruptorũ nutrimentorum. Permanente autem fluore, ijsdem præsidijs quibus choleræ occurrendum.

De intestinorum leuore lienteriáue, & affectione cœliaca. Cap. XL

Duplex leuoris intestinorum (quam Græci λειεντερίαν nominant) genus est: Alterum quidem, quod ex intestinorũ exhulcerationibus, earumque cicatricibus oritur: quod mali genus intestinorum tormina plerũque sequit̃, aut ex alijs destillationibus rheumatisque inducitur: Alterũ uero, quod ex infirmitate languoreque uirium, quę alimenta in stomacho distinent, prouenit. Hanc secundam quidem differentiam cum cœliaca, ut uocant, dispositione confundi & misceri arbitror. In qua utique languente & imbecilla stomachi uirtute, cibi neque coquunt̃, neque perferuntur, concoctiue distrahuntur, sed molles, crudi, perliquidi, imperfectique euadunt, continuo fluxu tentata aluo. Sed in intestinorũ leuore celerius quàm in cœliacis quæ assumpta sunt alimenta deijciuntur, tamque graui cruditate, ut assumpti quoque nutrimenti genus liquidò inde cognoscatur: Et his quidem cœliaci discernũtur. Semen igitur lini cum palmulis siue dactylis, hac affectione obnoxijs cataplasmatis instar imponatur. Summe uero prodest & lentiscus & rubus, unà cum oxymelite decocti. Interna uero flatus collectione existente, cyminum quoque & anethum & ruta commiscenda. Quum autem magis magisque destillatio rheumatismus'ue increscit, inferimus mala cydonia, alumen liquidum, acaciam, hypocystida, gallam, aut horum nonnulla, aut pariter omnia. Cerotæ præterea ex myrteo & uino quopiam astringente ac styptico. Vsui sunt insuper & epithemata calorifica quidem magis, cum id quod (quia è baccis lauri cõstituitur) διὰ δαφνίδων appellatur, tum διὰ σπερμάτων, hoc est, quod è seminibus cõstat. Vehementius uero adstringentia quæ styptica uulgò uocantur, tum διὰ οἰνάνθης, id est confectio

Ventralis affectio.

fectio quæ ex œnanthe herba floréue labruſcæ conficitur, tum compoſitio ex malòrum granatorum acinis cōcinnata, diagigarton appellata: & quæ fit ex amylo. Sed ex erythria compoſitum admiratione dignum eſt. Longo uero iam tempore inueterata ægritudine, dropace unguento aluus illiniatur, & ex ſinapi cerota, necnon & ipſo per ſe ſinapi. Potiones porrò quibus in hac affectione utendum, ſimplices quidē ſunt, ſemē plantaginis, quod ἀρνογλώσσον græce nominant, aut ſemen rumicis lapathíue, aut mali granati cortices, uuæ aridæ, aut omphax aridus ex Aminea uua triboli quantitate. Non febrientibus cum uini adſtringentis auſteriq; cyathis ſex: Febricitantibus uero cum aqua pluuia. Minus uero ſtomachum ſuccendit gallinarū uētriculus ſiccus potui inſparſus. Adijcienda quoq; ſunt quæ cient lotia διουρητικὰ appellata: uerbi cauſſa, apiū, adianton, & id genus alia in potu ſumpta, translationem efficiunt & ſubducunt. Cōpoſitæ uero potiones quarum utilis uſus eſt, ſunt tum Polyidi, id eſt, diuerſæ ſpeciei ſigillum: tum paſtillus ex electro compoſitus: tum ex Aegyptia acantha & quod clidion appellatur: & confectio ex ſeminibus diaſpermatum nuncupatum. Cęterū hoc primā habet bonitatis æſtimationē: Lapathi ſylueſtris ſeminis unciam unā & ſemiſſem, arnogloſſi ſeminis tantūdem, hypocyſtidos ſucci drachmas ſex, commeos ſiue acaciæ tantundē, excipe malorū cotoneorum expreſſorū elixatione. Aliud: Accipe cymini, piperis, rhois ſyriaces, floris ſylueſtris Punici, quem balauſtium dicūt, ſingulorū unciam unam & ſemiſſem, corticū malorū granatorum unciam unam, laſerpitij unciam dimidiā, aut aridi drachmā unam: hæc potioni inſerito, aut oxymelite cum mane tum ueſpere miſce. Aliud: Sumito myrtorū nigrorum cochliarium unum & dimidium, aniſi, roſarū ſiccarū, œnanthes, uniuſcuiusq; cochliarij ſemiſſem, phœnicobalanos uiginti: formentur paſtilli, atq; drachmam unam cum aqua potui dato, aut cum cramate, hoc eſt uino plus ſatis diluto. Cæterū inter omnia pręſidia quæ hac affectione oppreſſis miniſtrari poſſunt, palmā ſanè obtinet ea quę è uiperis concinnatur theriaca. Porrò quod ad alimenta attinet, id eſto eiuſmodi: Vbi quæ egerūtur excrementa odoris grauiſſimi, ac bilioſa fuerint, cibis è chondro pariter et oriza, alicaq; & conſimilibus alantur, concoctis interim unà cum aliquo adſtringendi facultate natura prædito, puta piro, fungóue ſeu apio, malo cotoneo, meſpila, & id genus alijs. Lac quoq; excoctū atq; purum ſalutare ac præſtans quidem ſic affectis eſt auxilium. Potus aūt eſto uinū dilutum & tenue, aut aliqua dulcis potio. At ſi quæ excernuntur, à leuitate inteſtinorum affectis, fuerint pituitoſiora, diuerſam omnino educationē cibumq; præſcribendo, in contraria tranſducemus, ſemina quædam quę ſtomachū adiuuant, admiſcentes: uerbi cauſſa, aniſum, aut cyminum, aut apij ſemen. Verum et lens quoq; denuo recocta ſæpenumero hac paſſione oppreſſis ſubuenit, cum aceto exiguo manſa, aut oxymelite. Braſſicæ etiam ipſæ bis coctæ auxilio ſunt. Præſtat autem alteram eorundem elixationē in poſca fieri. Cæterum uinum uetus aliquod calidumq; bibant.

Diuretica.

Victus lienteriorum.

De Teneſmo, hoc eſt crebra & inani egerendi uoluntate. Cap. XLI.

MVltus deſidendi impetus & cupiditas, paucis admodũ ſequentibus excremẽtis (quem τεινεσμὸν Græci uocant) quandoq; quidem inteſtinorum tormina præcedit. Sæpe uero numero ſolus ipſe per ſe ortus aliquantulumq́; progreſſus, cõquieſcit. Eſt uero hic morbus creber et implacabilis ad deijciendum impetus ac deſiderium, aliud nihil præter exigua cruenta quædam uel mucoſa agens; quæ tantum nõ totius mali cauſſam cõſtituunt: factaq́; in longanone tumida inflãmatio, hęrentiũ illic excrementorũ opinionẽ, et excernendi ea cupiditatẽ inducit.
Galenus uero ſcribit, à forti eiuſmodi excernendi conatu lapillum quem- 1
piam ex ſede deiectum. Plerunq; uero etiam propter tenuis inteſtini ſtatum ſtercore obſtructo, teneſmus ſecutus eſt, Ex ſtypticis quidem & paremplaſticis obſtringentibus'ue pluſculum adaugetur: ex clyſteribus uero (quæ & κλύσματα dicuntur) acrioribus, uerbi cauſſa, mulſo, adiectis interim ſalibus, aut aliquibus eorũ quæ per os emolliũt, cuiuſmodi ſunt Damaſcena, aut ficus aridæ, mercurialis, ſerum lactis, excreto ſtercore illico quieſcit. Quocirca ſi citra eiuſcemodi cauſſam prompta hæc egerendi ſine affectu uoluntas atq; conatus uſuueniat, conſolandi languentes phlegmone ſunt hordeaceis polentis (quas ὠμηλύσεις Græci dicunt) calidis, & aſper-
ginibus, quæ ἐμβροχαὶ appellantur, tum ex uino, tum ex oleo myrteo, aut 2
roſaceo, aut omphacino confectis, lumbisq́; ac pectini applicatis. Cæterum mucoſa quæ inteſtinum rectum opplent atq; obſtruunt, mulſi quoque infuſione abſtergito. Sed & muria nõ raro indita, id quod res ipſa expoſtulat, perficit. Satis uero ſunt ſalis drachmæ ſex, cum aquæ calidæ acetabulo ſumptæ. Mitigantur præterea dolores & diſtentiones encathiſmatis quę è fœnogræco, aut malua, aut ſemine lini fiunt. Quidam uero ſæpius & hoc uſurparũt encathiſma: Rubi, myrthi, cytini, lauri & cupreſſi uiridium æquales portiones in aqua decoquunt: eſt aũt Marcellium. At ſi in profundo inflammatio & irritationes iniuriæq́; exiſtant, frumẽtacei liquores, unà
cum quibuſdam ſtypticis percoctis infundendi ſunt. Oleum uero dulce im- 3
miſſum, atq; plurimis horis detentum, dolorem quo affliguntur hoc malo tentati, diſcutit atque ſoluit. Si autem crebro quis ad oletandum exurgat, glomerem ex ſtypticis rebus calidis ano inſerito: uel furfures calidi in ligamento aut ſpongia, aut aliud quiddam eius generis apponatur.

Medicamentũ Marcellij.

De Dyſenteria quod eſt inteſtinorum torminibus. Cap. LXII.

DYſenteria, quam Romani tormen nuncupant, inteſtinorum exhulceratio eſt, nũc quidẽ ex ceſſante teneſmo, aut uentris præmemorata quapiã fractura perturbationéue prognata, nunc uero inde morbus originẽ habet, ubi magna excrementorũ quaſi
lerna eſt: Quæ primũ quidẽ bilioſa ſunt, & uaria, deinde iuxta proportio- 4
nem cruenta, & poſtremo purulenta, cuiuſmodi ex cadaueribus, effluere conſueuerũt. Sed quæ ad atram bilem ortũ refert dyſenteria, exitialis eſt, cum exhulceratione cancrũ inſinuans. Quod ſi igitũ cum ſtercore mixta exhulce-

hulcerationis ſigna cum labore & circa umbilicum tormine excernantur, in gracilibus inteſtinis exhulcerationem eſſe cognoſcito. Tum quidem remedia quæ per os ſumenda ſunt, cumprimis expediunt. Sin uero abſq; ullius rei communione immixtum oletum egeratur, craſſorum inteſtinorum eſt, engmatis magis obtemperatura: ubi autẽ plurimus ſanguis ſolus deijcitur, eam affectionem Hæmatirã uocitant dyſenteriam. Excernitur quippe aliquando nigrior ſolito ſanguis, iocinore exceptum alimentum non ſatis cõmode concoquente: & ob contentricis uel alteratricis ipſius facultatis infirmitatem, ſæpenumero è uentre haud abſimile quiddã eis, quę ex ablutis carnibus eijciũtur recẽtibus, egeritur: Hepaterã aũt hanc dyſenteriam indigitant, de qua uberius in ſermone de iecore dicetur. Communi itaque curatione, iiſdemq; præſidiis, quibus in uẽtralibus cœliacis'ue, ac aliis pręter naturam excretionibus, utendum eſt. Propria uero curatione, Lemnia ſigillata ſiue pota ſiue immiſſa, cõcinnato prius ex aqua mulſa clyſtere, depaſcenti dyſenteriæ medetur. Deinde muria & portulacę ſuccus potus, dyſentericis peraccõmodus eſt: atq; ipſa etiam per ſe portulaca in poſca elixa manſaq;. Plantago quoq; rubiq; cum fructus tum folia: necnõ & althæę radicis elixatio conueniunt. Hippuris præterea, hoc eſt cauda equina ex aqua uel uino pota, eiusq; cremor. Mori item immaturus fructus ubi aruerit: adhuc etiam uehementius rubi mora conſimiliter arefacta, proſunt. Quin & oua quoq; ex aceto toſta & manſa, alui fluores exiccant. Satius uero fuerit, ſi his alia quędam quæ ad tormina ſpectant admixtis, in ſartagine torrefacias, atq; eſui exhibeas. Præſtantiſſimum uero omnium eſt omphacium, rhus ruber, atq; cremor eiuſdem, malicoria, quod eſt mali Punici granatiue cortices, galla, gigarta, meſpila, myrta, crania, omnium cochlearum toſtarum cinis. Compoſitum uero illud eſt: Cochlearũ cineris medimnos quatuor, gallæ medimnos duos, piperis partem unam, in puluerem contundens, obſoniis immitte: aut in aqua uinóue candido diluto potandum exhibe: egregie iuuat dyſentericos quibus nondum hulcus contabuit. Et canum oſſa uorantium ſtercus aridum cum lacte coagulato, & in caſeũ iam denſeſcente, per teſtudinum κάθεσιν hauſtum mirifice prodeſt. Compoſita porrò quorũ magna in hoc malo eſt commoditas, ſunt ex Aegyptia acantha paſtillus, atq; Philippi: item qui è cornu ceruino cõponitur, et qui ex ſeminibus, unde διασπερμάτων dictus, & trigonos, catapotiaq; ex macere conſarcinata, admirandæ uirtutis ſunt. Præſtantiſſimus etiam eſt, qui hoc modo conficitur: Opii, croci, lycii Indici, acaciæ, rhoos, thuris, gallę, hypocyſtidis, corticum malorum granatorum, myrrhæ, aloës, ęquis partibus, prębe triobolum. Aliud: Accipe rhoos drachmas octo, gallæ, malicorii, ſingulorum drachmas quatuor, dato cochliarium unum in uino. Aliud: Rhois drachmæ octo, gallæ, acaciæ, cõmeos, uniuſcuiuſq; drachmæ duæ, opii drachma una, miſceãtur, & drachma una in uino temperato exhibeatur. Cæterũ ecligma quæ dyſentericis cõuenit, hoc eſt: Sumito myrtorum nigrorũ xeſtam unam, rhu Siriaci tantundem, palmularum Thebaicarum

libras duas, carnium malorum cotoneorũ libram unam, mali granati aci-
di unà cum corticibus decem, uini aſtringentis naturæ xeſtas duodecim,
coquito uſque dum tertia modò pars relinquatur: & ubi colaris, inijce
mellis libras ſex: coctumq; ad craſſitudinem mellis ſpiſſi, lingendum ex-
hibe. Liquidò uero conſtat, quod cataplaſmata quoque ex adſtringenti-
bus, quorum materiam habes, uſui erunt. Enemata porrò dyſentericis
propter turbatos ac defatigatos teneſmos competunt, ſucci oryzes, aut
chondri, ſiue id genus alicuius, cum adipe caprino, ſiue hircino, & quæcun
que in capite de teneſmo memorata tenentur. Quod ſi ſanguis excerna-
tur, polygoni ſuccus immittendus eſt, aut plãtaginis cum acacia, uel hypo-
cyſtidis, uel alius eiuſmodi. Quin ſi urgeat ac moleſtet, eorũ quippiam quæ
ſanguen attenuant ac comprimunt, ἴχαισμα græce appellata, immittito:
uerbi cauſſa, lanæ ſuccidæ ac immundæ cinerem, uel ſpongiæ inanis pice
liquida irrigatæ, ſeu ſanguine bouillo, aut alumine liquido crematæ, aut
onidis cremore. Porrò Andronius etiam paſtillus præſtans medicamen-
tum eſt, atque ipſius quoq; Muſæ, & his non abſimiles: Necnon & ea quæ
deinceps ſequũtur collyria multò efficaciſſima habentur, præſertim in qui-
bus cum laboribus alui excrementa eijciuntur. Sed hulcus'ne depaſcendo
ſerpens (quã Græci νόμην appellant) inteſtina occupet, deprehendemus
graueolentia, & putrefactione retrimentorũ, & quod non ab initio ſtatim, 2
ſed interpoſito tandem tempore, ortum ſit: clyſteribus cruſtam inducenti-
bus utamur: cuius farinæ ſunt paſtilli qui Fauſtiani cognomentum obti-
nent, & διὰ χάρτου, paſtillusq; cognomẽto Bithynus & Thronius: διὰ τ φελλῶν
item, hoc eſt ex ſubere confectus, cum lentis elixatione, aut aſtringentium
quopiam immiſſi. Cæterum & hoc ſæpius à me expertum eſt enema, om-
phacidis crematæ. Eſt præterea cauum, unde glans quercus enata eſt,
quo utique coriarij utuntur. Auripigmenti, Symphyti, rhu Siriaci, æ-
quas horum concuſſorum partes, quantum uidelicet duo capiunt cochlia-
ria oryzæ ſucco excipiens, & cremore herbæ anchuſæ ſpinoſa grandiaq;
& nigra folia habentis, quam chœroſpelethon nuncupant. Ouorum item 3
albugini ex æquo pondo uncias duas, aut treis immitte. Epithemata porrò
quorũ facta eſt in uentratis mentio, atq; ſecundum uentrem catachriſmata
è materia quæ aſtringendi arefaciendiq; poteſtatẽ habent conflata, cum ali
quo glutinũ habente, parteq; cõmeos, thuris, glutini taurini, quã taurocol-
lam nominant, pollinis, in id genus cataplaſmatis locum habeant. Alimen-
Dyſentericis quæ uictus ratio conueniat. tum ſic habentibus principio eſto ὠόγαλα, mox inde è frumentaceis ſorbil-
lationes, cum per ſe tum unà cum lacte elixa. Sed & lac quoq; modice de-
coctum præſtantiſſimum eſt. Cæterum holerum uſus neutiquam neceſſa-
rius: poſſunt tamen guſtari cichorij elixi, & intybi, & plantaginis, & braſ-
ſicæ bis coctæ, & pomorũ aſtringentiũ ſucci, carnes ipſorũ expuendo, aut 4
quę aliâs aſperiora reddant inteſtina. Quod ſi calor in multã uenerit intem
periem, intybũ crudum exhibendũ erit: aquam egelidam abſorbeant: po
tum alioqui præſtet aqua pluuialis; ſtomacho uero quoq; affecto, etiam ui-
num.

num: Volucres denicꝗ aridiores, & quæ concoctioni nihil renituntur, dyſenterico morbo oppreſſi manducēt. Lauacris utantur ex aquis dulcibus. At ſi fluxu etiam noxij alicuius humoris tentātur, prægrandem ſpongiam, uel micas panis ſiliginei irrigans & macerans uino Aſcalonite, aut aliquo calido adſtringentis naturæ, aluo appone, uinculisꝗ alligato, atque ita tandem lauari præcipito.

De ægritudine Colica. Cap. XLIII.

COlon craſſi inteſtini laxior pars eſt, à dextris quidem ilibus oriens, in modum zonæ ſeu cinguli in ſiniſtra excurrit. Dolores in eo pluribus de cauſſis ſuſcitantur immenſi: aut enim propter craſſum pituitoſumꝗ humorē inibi cōprehenſum intra ipſius tuniculas, aut propter ſpiritū etiam craſſum ac turgidum inflatumꝗ, & exitum unde erumpat non habentem, aut propter phlegmonen inteſtini, aut propter acutos denicꝗ & uellicantes humores inſurgentes. Quibus itacꝗ craſſus pituitoſusꝗ humor ęgritudinis huius cauſſa exiſtit, his dolor certe per uniuerſum funditus quidem epigaſtrium, hoc eſt omnem eam uentris partem quæ umbilico undicꝗ adiacet, diffunditur, præcipue uero ubi ſtata coli poſitio eſt, tantus quidem ut quaſi perforari ſentiantur inteſtina. Strophi hos, hoc eſt torſiones inteſtinorum circa umbilicum excruciant: ructus item & nauſeæ, uomitionesꝗ uariæ, ſed in primis pituitæ: uenter ipſis tam ægre cōtinetur, ut ne flatus quidem euadat: Excretum autem oletulum bubulo ſtercori par omnino uidetur, non tam leue, quàm inflatione refertum. Hæc uero præcedunt maxime, gelidorum, craſſiꝗ humoris eſculentorum iugis admiſſio, ſatietas, coctricis facultatis debilitas & proſtratio, otium item ſegnities'ue, & id genus alia. Eis uero qui dolorem ſuum flatulento ſpiritui acceptum referunt, extenſionis, potius ſenſus oboritur. Quibus autem ob loci feruoris inflammationē ſenſus eſt, & febris uexat inſignis, unacꝗ cum ſtercore lotium retinetur, & pulſus iuxta uentrem perturbationem commouet, ſitis æſtusꝗ hos ac nauſeæ infeſtant, & uomitiones bilis potiſſimum, quæ tamen nihil quicquam malum ſubleuant. Ea quidem, ut uno uerbo eloquar, omnium infeſtiſſima eſt colicarum ægritudinum affectio, futuram in gracilioris inteſtini morbum, quem εἰλεὸν Græci nuncupant, mutationem minitans. His præterea qui propter acres & uellicantes afficiuntur humores, perinde atcꝗ quum ſubeſt inflammatio, æſtus & ſitis & uigilia exurgūt. Febriūt aūt modis omnibus minus quàm illi, lotiumꝗ acre emittūt, & bilioſum deijciunt, & ſæpenumero in alui deiectione plurimū torquentur, & ſi quando edulia calidiora, eiuſdemꝗ qualitatis potiones admiſerint, magis magisꝗ irritanē. Quocirca medelis ſuccurrentes, ijs qui colicum dolorem ad gelidos, tenaces, & craſſos humores referunt, in primis quidem prouidendū ne uehementer calida adhibeamus remedia, nam ab admodum calorificis plurimum liquefiunt, magisꝗ inflanē humores huiuſcemodi, quos circa morbi ſtatim exordia me-

Epigaſtrium.

Quæ pernicioſiſſima colica.

dicamentis minime inflantibus, attenuatoriæ & ſiccificæ naturæ, abſque immodica calfactione, interſecare & concoquere expedit. Proinde ex aluo oletum clyſteribus huic ægritudini idoneis educentes, iugiter adhibendum eſt oleum in quo elixum ſit cyminum, aut ruta, cum adipe anſerino, uel gallinaceo, ex radicibus'ue ſylueſtris cucumeris elixatio, myrrhæꝗ drachma una, cum melle & oleo. Atqui oleo etiam ſæpe communi adiecto, pituita uitri formam præferens egeritur, infeſtantemꝗ protinus dolorem mitigat ſedatꝗ. Sed ſi nimio dolore ea affectione oppreſſi conſternantur, enemaꝗ immiſſum non reddant, balneum eis adhibendum eſt ex melle, cymino, nitro, rutæ ſemine, aridæ braſſicæ caule, probe feruefacto, & muria 1
irrigato: uel braſſicę cinere melle tẽperato, aut colocynthide trita cum melle nitroꝗ atꝗ cymino. Cæterũ lauacra quibus in hac affectione utendum eſt, ſex dactylorum, altitudine ſunto, ut ſuperent et tranſgediantur inſidentis podicem. Anus præterea cyclamini cremore, & nitro, uel cẽtaurio cum melle & nitro illiniendus eſt. Perdurante autem his peractis etiamdum doloris tractu, præmemoratis rebus adijcienda ſunt, reſinæ terebinthinæ uncia una, ſiue opopanacis drachma una, aut galbanes drachmæ quatuor, bituminis æqua portio, cum nitri drachma una, aquæ uncia una, & olei rutacei uncijs quinque, uel plus: languẽtiumꝗ partes ex oleo cymini uel anethino uel cucumerino irrigãdę ſunt. Cataplaſmata inſuper diatriſpermon, 2
quod eſt è tribus ſeminum generibus, cum cymino, baccis lauri, & ſemine apij, imponantur. Porrò epithemata quorum in hac ægritudine uſus commẽdatur, διὰ σπερμάτων, hoc eſt ex ſeminibus ſint, & διὰ δαφνίδων, id eſt è baccis lauri, & διὰ μελιλώτων, quod eſt ex melilotis concinnata, atꝗ Polyarchiũ. Collocandi item colico morbo poſſeſſi in fœnogræci, altheæ, chamæmelorum, artemiſiæ, anethorum, lauri, & id genus aliorum decocto. In oleum inſuper calidum uel hydrelæum ijs deſcendendum iudico. Potiones porrò ſint abſinthium & cyminum æquis portionibus, aut panax cum aqua uel caſtorij uel aniſi, piperisꝗ drachma una cum oxymelite. Quod ſi dolor nihil remittatur, potionandi ſunt confectione, quæ quia è tribus piperũ 3
Sinapiſmus. generibus cõſtat, διὰ τριῶν πεπέρεων appellatur, uel theriaca. Sinapiſmo (quo nomine exhulcerationẽ, quam impoſito aliqua corporis parte ſinapi efficit, medici ſignificãt) adhæc & dropace unguento in remiſſionibus utendũ, & ſua ſponte emergentibus naturalibusꝗ lauacris. Cæterũ ex aqua potabili lauacra effugiant, niſi ob doloris afflictionẽ cogantur. Quo quidem tempore antequam prædicta medicamina adhibeantur, lauacris immittendi ſunt, foueriꝗ ac calfieri in calidis ignitis'ue parietibus iubeto, intercalatis ac inſertis aliquibus nitroſis ſmegmatibus. Quod ſi dolor uehementior excruciat eo malo poſſeſſos, tum mediocriter conſolari & reficere potentibus utendum, cuiuſmodi cenſetur è caſtorio confectus orbiculus paſtillus'ue 4
cum eliquatus tum in potu ſumptus, & huiuſmodi medicamenta. Enimuero à narcoticis uehementibus, hoc eſt quæ ſtuporem inducũt, ſummopere

cauendum

cauendum eſt, quæ nonnihil quidem reficient, ſed diuturniorem affectio- nem reddent, craſſiorem faciendo materiam, meatusq́ inteſtini reddendo denſiores. Pituita uero attenuata, hiera alata, uel globulis (qui quoniam de- uorantur, καταπότια dicuntur) huiuſmodi purgare expedit: Accipe aloës, euphorbij, cocci gnidij puri, ſcãmonię, æquas partes: exhibendi ſunt ſcru- puli duo. Adhæc præterea uictus ratio calidior & aridior colica ægrimo- nia obnoxijs conuenit. A primordio quidem morbi, genius defraudandus eſt, inediaq́ perferenda, mox inde acriora manducanda: porra itaq́ toſta, eiuſmodi afflictioni detentis eſui dentur, cum cõdito. Apia quoq́ & elium, aſparagus, allia cruda, præcipue eis qui hæc minime faſtidiunt, neq́ offen duntur. Verum cõditum ipſum quoq́ potent, panemq́ admixtũ unà cum ipſo ſumant. Eſcas deniq́ etiam reliquas probi & inculpati ſucci, et conco- ctioni nihil renitẽtes, utiliter exhibebimus. Auertẽda manibus pedibusq́ eſt non tam ſatietas, quàm ipſa quoq́ cruditas.

Narcotica.

Catapotia.

Victus colicorum.

Curatio colicæ ex uentis natæ.

VBi uero flatulentus ſpiritus dolorẽ ſuſcitauerit, poſt ea quæ nihil flatus habent eſculenta, poculentaq́, cucurbitulæ quoq́ perquam ingentes ſuccenſæ inanes adglutinatæ uniuerſo uentri, nonnunquã ad placandum morbum ſatis adminiculi præſtiterunt. Quod ſi inteſtinũ occupat inflam- matio, è cubito magna cum utilitate ſanguinem detrahemus. Quin ſi mi- ctionis difficultas, quæ δυσουρία à Græcis nũcupatur, in hac ægritudine do- minetur, uenam in malleolis ſecabimus, atque iampridem enumeratis ute- mur adminiculis, exceptis acrimonia præditis & uehementius expurgan- tibus. Sed lenientia potius mitigantiaq́ cataplaſmata, & irrigationes uſur- pemus. In oleum quoq́ deſcenſus, quã ἔμβασιν græce dicunt, cõmendatur. Cucurbitulas interim iſtac ęgrimonia poſſeſſis utiliter adglutinabimus, ce rotamq́ epigaſtrio uentriculóue applicabimus, quæ ceræ quidem habeat uncias quinq́, chamæmeli uncias duas, roſacei uncias totidem, fabaceæ fa rinæ unciam dimidiam, lutea ouorum quinq́, cremoris ſeminis lini, uel leui gati chymam. Tenuis item & febricitantium, ſic habentibus pręſcribenda eſt uictus ratio, abſq́ inflammationis ſolutione.

Cura colici affectus ex acutis & mordacibus humoribus.

QVod ſi acres & uellicantes humores tam mali doloris cauſſa extite- rint, immittendi ſunt oleo in quo elixa ſint fœnogræcum, aut althęa, cum ſimplici adipe recentis anſeris, ſiue gallinę, uel cremore quoq́ ptiſanę cum roſaceo, aut ſeminis etiam lini liquore ac ſucco. Potionandi uero ſunt colici antidoto ex aloë amara. Lauacris porrò ex aquis dulcibus danda eſt opera. Cibis uero utendum qui ſorberi commode poſſint (unde & ſorbitio nes uulgò à medicis uocantur) ex chondro ſeu ptiſana, piſcibusq́ ſaxa- tilibus, & ut rem uniuerſam uno uerbo perſtringam, omnis uictus ratio humidior frigidiorq́ eſto. Cauendum eſt modis omnibus à cunctis acri- bus & acutis cum dapibus tum medicamentis, irrigationibusq́, & catapla-

ſmatis calentibus, fotúue eorum quæ cataplaſmatis modo imponunt̃, nec nō & uini potatione, in primis autem perantiqui. Quod ſi dolor admodū uiolentus ſit, & quaſi tyrannidem in laborantem exerceat, ijs quæ ſtuporem inducunt, ναρκωτικὰ à Græcis appellata, utendum: neꝗ enim quicquam lædunt in id genus ægritudinibus craſſeſcentia & modice frigorifica tenues uellicantesꝗ humores. Cæterum etiam hac noſtra ætate, mea quidem ſententia, ex talibus humoribus colica interdum ægritudo naſcitur. Quum morbus quidem ille cœpiſſet à finitimis regionibus Italiæ, & pleraꝗ alia Romani imperij loca, inſtar peſtiferi cuiuſdam contagionis peragraſſet, unde non paucis quidem in morbū comitialem, alijs uero in membrorum reſolutionem, quam græce παράλυσιν nominant, ſuperſtite tamen & incolumi ſenſu: nonnullis autem in utrunꝗ delapſis, magna pars eorum qui ex hac ęgrimonia in comitialem morbum ceciderant, uitam in mortem commutabant. Quorum uero morbus in paralyſim tranſierat, pleriꝗ euaſerunt, perinde atꝗ in decretorio criſiúe, tranſmutatione cauſſæ. Hoc itaꝗ modo affectis medicus quidam per Italiam curam adhibuit: ſuſpectam ſanè atque infidelem quandam frigorificam commentus & exercens curationis methodū, temerariamꝗ magis educationē. Lactucas nanꝗ eis crudas refrigerans, intybaꝗ conſimiliter, uel ultra ſaturitatem etiam commedendū exhibuit, præterea uuas, & mala, durioriſꝗ carnis piſces, & quæcunꝗ habent cutē cruſtaceam, quę Græci ὀστρακόδερμα uocant, boum pedes, bulbosꝗ & id genus quæꝗ alia, nō modo natura potētiaꝗ, ſed tactu etiam perfrigida. Vinum ſanè non niſi rarenter admodum admittebat: aut ſi interdum, aqua gelida dilutum exhibebat. Aquam item egelidam propinabat, & poſcam (quod melicratum græce nominant) frigidā. Ab alimento præterea omni calido, mediæꝗ temperaturæ, uehementer abſtinebat. Atque cōplures aliquot hoc tam temerario abſurdoꝗ, & à morbo ſanè præſenti (ut uidetur) alieniſſimo nutricatu ſeruauit, priſtinęꝗ ſaluti ad unguem, ut ſic dicam, reſtituit: quoſpiam ex illis etiam qui iamiam in Herculeū morbum, quam Græci ἐπιληψίαν indigitant, reſolutionemꝗ neruorū labi cœperunt, pulchre auertit & liberauit.

Paradoxa curatio ægritudinis colicæ.

De gracilioris inteſtini ægritudine, quem ileum dicunt uulgò medici. Cap. XLIIII.

Acutiſſimum, & quod implacabiles grauiſſimosꝗ dolores facit malum, ileon eſt, periculo grauius ſecum ferens ſymptωma, hoc eſt caſum: miſerabili ſiquidē morte tandem enecātur eo morbo detenti, alui retrimenta per os reddentes. Conſtat uero iſthæc affectio cruditatibus, & obſtructo excrementorū exitu, retentis quæ iam corrupta ſunt: Cæterū letaliū quoꝗ uenenorū potu nōnunꝗ hic morbus oritur, atꝗ in ſcortū deſcendentibus inteſtinis, inteſtinorumꝗ inflāmatione, potiſſimū ſub colicæ affectionis exortu. Pueri igit̃ hoc malo oppreſſi irrigationib. embrochis'ue, cataplaſmatis item, & clyſteribus, balaniſmisꝗ, atꝗ

atq; pyrijs, quemadmodũ in colicis memoratũ eſt, medendi ſunt. Adoleſcentibus autem puberibusq; ſanguis ſecta uena audacter detrahẽdus eſt: Sin minus, cucurbitulæ toti uentriculo epigaſtrióue multę atq; inanes ſunt adglutinandæ, & circa dolentes partes cum ſcarificatione eædem ſunt imponendæ. Membra porrò ipſorum perfricanda atq; conſtringenda: clyſteribusq; & enematis utendum: embaſibus item inſeſſúue olei calidi, antidotis, & expurgationibus, & ut uno uerbo expediam, omnibus quorum uſus eſt, in colica ægritudine affectis, exemptis his qui ad acutos & uellicantes humores colicum dolorem referunt. Mirifice præterea conducit ipſis ſi euomuerint, anethum elixum & epotum. Confeſtim uero à potu pane in calidam aquam immiſſo manducandam bucceam eius calidam ileoſis porrigito. Sed cibum non continentibus, rhun & cyminum terendo in oxymelite, potui præbeto cyathos ſex. Porrò eos qui in exitioſum ac letalem inciderũt ileum, aquæ calidæ potu uomere cogito. Cæterũ omnium letalium uenenorum ſumptorũ notificationem ac ſignum habes uolumine huius operis quinto. Deinde bibendum quoq; oleum calidum, aut ius pingue, quo denuo ciatur uomitio. Poſt aliquot dies theriaca in potu ſumenda. Perſeuerante autẽ oppilatione, lacte ſciſſo, cum exigua ſcammonia, uel aloë, aut purgante aliqua materia aluus euacuanda eſt. Quod ſi ob id quod in ſcrotum deſcendant inteſtina, eadem fit affectio, collocantes eos quamprimum ſupinos, in pubem bubonem'ue delapſum inteſtinũ reprimemus, uinculoq; & ligamento illud ne recidat, contineamus.

De renum ueſicæq; affectionibus & primitus de calculorum morbo quæ λιθίασις nominatur. Cap. XLV.

MOrborum germanitas atq; cognatio, ut ſeriem noſtræ doctrinæ proſequar, compellit. Commune quippe colica ægritudine, renumq; calculo laborantiũ eſt, intra primordia ſtatim uentrem cohiberi, grauiq; dolore opprimi, & appetentiam profligari, atque circa umbilicum inteſtinorũ torminibus torqueri. Peculiare uero colicis, in his omnibus longe magis extendi. Nephriticis aũt, hoc eſt dolentibus ex renibus, minus. Colicos præterea dolor quidem potius in dextris ilibus uexat, atq; ad ſtomachum uſque penetrat, iecur item atque lienem: oletum omnino nullum redditur, ita ut neq; inflatũ euadat, & quando neceſſariò excernatur, flatulentum ſit, & nequaquam abſimile ſtercori bubulo: Nonnunquam etiam pituita uitroſa deijciatur, lotijq; plus, quod etiam ipſum pituitoſum editur. Nephriticis autem in ipſis renibus dolor quaſi fixus hæret grauis, inſtar paxilli perforantis, & ex aduerſo teſticulus dolore afficitur, fœmur ſtupeſcit circa lumbos ſeu ilia, deijcitq; excrementum ſua ſponte rariuſcule. Cæterum clyſteribus omnino aluus inflata, ſtercus bilioſum edit, lotium exiguum ac ſabuloſum magis redditur, meatusq; urinæ conſtipatur: Hæc habentur in renum calculis indicia, quę uiris utiq; ipſis, ætatiq; perfectæ potius eueniunt. Atqui in ueſica calculorum concretio, puerilem ætatem uexat frequentius. His autem arguũtur notis,

lotium editur crudum & ſubalbidum continue, cum ſabuloſo ſedimine, contrectant ſubinde uerenda atq; intendunt, identidemq; in lotium urgentur, & ſtrangulatur urina, quod mali genus στραγγουρίαν Græci nominant. Materiata itaq; gignẽdis calculis occaſio eſt, craſſus & humoſus terreſtris' ue humor: effectrix uero, flagrans renũ ardor, ſiue ueſicæ. Cęterum in renibus quæ calculos comminuant, atterant, incîdantq;, utendum medicamentis eſt, neq; tamen immodice & excellenter calorificis: cuius farinæ utiq; ſunt, Baſilicorũ aſparagorum radices, rubiq;, uitrum item cõcrematum, & graminis (quæ agroſtis dicitur) radix, & adiantum, bdellium, lauri radicis cortex, althææ ſemen, cicerum nigrorum ius, ſpongiarum calculi, ſcilleticum acetum, mium, aſarum, carpiſia, ſarxiphages, ſium præterea cum manſum tum potum, ſcolymiq; radix, irion, prionites: lauacriſq; iugiter utantur, & à lauacro confeſtim eorum aliquid quæ memorata ſunt, potent. Embrochis inſuper cataplaſmatiſq; & calfactionibus, quas πυρίας Græci nominant, inſeſſibuſq; balneorum: Et his præterea, quæ omnes iam græce uocare chalaſtica, hoc eſt relaxantia ſolent, atque ĳs quæ ſolatio ſunt placantq;, utendũ, huc ex affectione colica aſſumendo. Cõpoſitæ autem potiones, quarũ uſus in huius morbi curatione probaт̃, hac ratione concinnantur: Rutæ agreſtis, & maluæ ſylueſtris, apĳq; radices cum uino elixato, liquoremq; expreſſum aquæ confundens, cochliaria duo exhibeto. Macerato uero hoc in emplaſtrum: Balſami fructus, calculi qui in ſpongĳs, pulegĳ aridi, maluæ ſylueſtris ſeminis, æquas portiones ſectas, cochliarium, cum uini diluti cochliarĳs duobus propinato: arefactumq; ſanguinem hircinũ, cicadas aridas demptis alis ac pedibus: Et tecolithi ex œnomelite in lauacri calido ſolio exhibeantur: & quæ ex illis cõponuntur mixta medicamina, atq; fuſca emplaſtra nephretica, necnon & quæ ad eam functionem comparata ſunt condita. Troglodites præterea auis ex his quę cumprimis maximeq; adminiculo ſunt, eſſe cenſetur. Eſt autem hæc paſſerculorum inter omnes auiculas minima, ſolo eo, cui Baſiliſci nomen eſt inditum, dempto: minima nãq; auicula quũ ſit, hac ſola eſt maior, & colore cõpar ac ſimilis, inter cineritium & uiridem medio, tenuis paruiq; roſtri, parietibus ſepimentiſq; maxime agens, quæ ſale tota condita, & cruda iugiter comeſta, concretos iam calculos lotio expellit, atque deinceps ne renaſcantur, prohibet. Cremata item hæc tota cum alis ſuis uiua in cinerem, cinis uniuerſus cum per ſe tum adiecto pipere & folio moderato, ex eucratomelite, quaſi bene temperato melle dicas, epota, hoc ipſum facere cenſuerunt. Cæterum ad dolorum acredinem & acerbitatem uigiliamq;, tum Sotira, tum Philonis probantur medicamenta. Dolorem præterea ſæpenumero placauit ſanguinis opportuna detractio, ocyſſime ad excretionem propellendo calculum.

Troglodites auis.

Prophylactica generationis calculorum.

QVò uero nulli in renibus calculi gignantur, cuſtodia quadam acurata, ut reor, prouidendum eſt. Ad quam rem optime facit cumprimis, ut probi

probi quidem ſucci, ita & moderatum alimentum, necnon exercitia, iugis leguminum omnium frumentaceorumq; uſus faceſſat. Caſeus item & lac, quæq; inde fiunt obſonia, uinum adhæc atrum & carnium abundantia, & ut ſemel omnia complectar, cuncta quæ craſſum generant ſuccum, quæq; admodum calidæ ſunt poteſtatis & acria, hydrogara inquam, atq; condita, & id genus alia, hæc cane peius & angue auertenda ſunt omnia. Haud enimuero hæc modò nondum natos calculos ſiſti prohibent, ſed iam etiam ortos comminuere, aut excernere poſſunt. Bibant uero oxymel, adiecto aliquo ex ſimplicibus quæ lotij proritandi uim obtinent, puta adianti, apij, graminis decocto: Poſtq; balneum ieiuni ante uinum, pulchre temperatam aquam hauriant, & in medio prandio gelidam, niſi quid impediat, ſorbeant. Quod ſi prauorum humorũ copiam olfecerint, ſenſuq; perceperint, ſanguinis uena ſecta detractione, aut expurgatione euacuentur. Verum ad cuſtodiendum ne gignantur calculi, primum inter remedia bonitatis honorem meruit, poſt balneum ante uinum nutrimentumq;, puræ aquæ tepidæ potus. Sed in ueſicis puerorũ calculi, efficacioribus & uehementioribus adminiculis ſuperantur & conficiuntur: quæ quidem è prædictis ſunt ſeligenda. Quod ſi ſupra modum calculus creuerit, & ceruix ueſicæ obturata fuerit, per quaſſationes καθαιτηρισμῶ, uel lithotomia, perinde atq; in uolumine de chirurgia dicetur, utendum.

De renum inflammatione.

QVod ſi inflammationem renum aut ueſicæ ex lotij ponderoſo feruore cruciatuq;, & ex eo quod febricitant, ceſpitãt, inſaniunt'ue, & quod bilioſa ſyncera euomunt, & meiere nequeunt, præſertim ueſica phlegmone oppreſſa, deprehendes, ſanguinis detractione quamprimũ erit occurrendum: & placabilibus, aſperginibusq;, & cataplaſmatis utendum, ruta, anetho, fœnogræco, altheæq; radice cõſtantibus. Clyſteria porrò in ea affectione probantur mollia clementiaq;, necnon enemata quę ex oleo, & papauere, & adipe anſerina conſtituuntur. Verum in ueſica ſi fuerit inflammatio, opij quoq; obolus ſemis cum myrrha crocoq; ac oleo ſedi immitendus: Melicratum ipſis propinandũ, abſtinentes à ualde lotium cientibus, multaq; potione: niſi acris ac bilioſus humor naturę modum nimium excedens abundauerit tum: quippe copioſiori potui indulgendum, & confertim ſemel eorum quippiam quæ urinam abſque uellicatione morſuq; propellunt, hauriendũ. Potent præterea ſemen lini pondo medimnos duos, amyli medimnum unum & coclearium in aqua: Sumatur item cucumeris atq; peponis ſemen. Feruida autẽ ignitaq; planè ſenſatione renes adiacentesq; eorum partes occupante, linteola quæ græce ῥάκη dicuntur, uino roſaceo aut aqua roſacea melinóue intincta, inijciẽda ſunt: uel cerota, cera, roſaceoq; & chamæmelino oleo cõſtante, ſiue melino, & ouorum luteis, cum aceto perexiguo: aut ſeminalis, quod polygonũ nominatur, cremore compoſita. Poſtremo aũt ea quoq; quæ ex ſuccis cum chamæmelino concinnatur cõfectione utendũ. Sed auertẽda ſunt nimis calida, propter mutationẽ

in pus, nimirum consimiliter frigorifica, renes nanq; promptissime sub illis obdurescunt. Abstinendum uero à lauacris est, imminente ac iam auspicante phlegmone. Et uictus deniq; ratione, quæ febricitantibus conducit, & ἀφλεγμάντων appellatur, utendum.

De urinariarum partium abscessu, & exhulceratione.

APostasim renibus subesse portendūt dolores iliorū & lumborū, turbatiq; & interpollati horrores, & febres quædā inordinatæ. Abscessum uero uesicę & finitimorū locorū, pręter ea quæ memorauimus signa, dolor etiam partis insinuat. Renem porrò affectum deprehendes ex eo, quod homo in sanum decumbens latus, circa oppositum doloris ueluti suspensi renis sensum percipiat. In quorum sanè curatione insessibus ex hydrelęo pręparatis utendum est, cataplasmatisq; ex polline, & oleo ac resina confectis, aut farina orobina, melle, aut cardamomo, aut stercore columbino cum caricis seu ficubus. Pus uero cum lotio affatim mictū, ruptū abscessum, atq; in particula hulcus esse declarat. Quū uero etiā absq; ullo abscessu, rupto uase, uel propter sanguinis profusionē, parte acriore materia exesa, aut calculo atterēte exhulcerant̄ urinarij meatus, distinguenda est in renibus exhulceratio, ab ea quę circa uesicā aut urinarios meatus fit, ad hūc modū. Quando renes ex aliqua occasione exhulcerant̄, dolor cum quadā grauitate partes circa lūbos creberrime uexat, & citra impedimentū emingūt, atq; cum lotio pus aliquando excernit̄, exiguæq; carunculæ cum urina nōnunq; expelli uidentur. At si uesica hulcere intentet̄, uehemens admodū dolor pectinem hypogastriumq; impetit: urina magna cum anxietate redditur, et post mictionem pus in fundo matulæ subsidet, squamulæq; in ipsa tetri odoris, aut laminę circunferuntur. Furfureæ uero hypostases uesicam scabie laborare significant. Quando aūt meatus qui è renibus urinam ferūt, qui græce οὐρητῆρες dicuntur, hulceribus infestantur, tum lotium pus intercalatum atq; cōmixtum possidet, & capillis quædam persimilia interdum in urinis apparent, & dolor in loco inter renes atq; uesicam excruciat. Cæterū pus, aut sanguis etiam nonnunq; solus absq; lotio excernitur, & sine ulla earum rerum quas hactenus recēsuimus: idq; haud obscure in pudendis exhulcerationem consistere indicat. Potionandi sunt itaque secundum ureteras exhulcerati, mulso, uel fœnogræci decocto, unà cum melle, aut cucumeris semine cum passo. His uero quibus pus lotio excernitur, bolus Armenus exhibendus est, uel ferularū crematarum cinis, quantum tribus digitis capitur cum passo. Sed & galactoposia, hoc est, lactipotatio magnifice sic affectis opitulata plerunq; est. Hactenus simplicia, mixta aūt hæc sunt. Sumito seminis lini, seminis cucumeris, tragacanthæ, singulorū drachmas duas, ex quibus pastillos conformato. Aliud: Strobili nuclei pinei uiginti, cucumeris satiui cochliaria quadraginta, seminis uidelicet, amyli drachmā unam, excipe in heminas duas, elixationis nardi, seminis apij, uniuscuiusq; pondo drachmarū quinque. Verum Archigenes in epistola quam scribit ad Atticū, dysuria (inquit) urgente ac infestante, accipito seminis papaueris albi

Abscessus uesicæ indicia.

Notæ renis affecti.

Inter exhulcerationē renum & uesicæ discrimen.

Signa hulceris quod οὐρητῆρες occupat.

albi in cinerem redacti & cõtriti drachmã unam, iunci odorati rotundi,uel calami,aut glycyrrhizæ decocto,inſperſam. Exhulceratos aũt urinariarũ partium dolores illud adimit: Semina cucumeris repurgati numero triginta,nucleorum pineorum duodecim,amygdalarum amararum cortice dempto trigintaquinque,croci quantum ſatis eſt ad inducendũ colorem,utitor ieiunus quotidie cum lacte ſiue protropo, hoc eſt uino quod antequã uuæ calcentur defluit. πρότροπον Mitius ſanè ac blandius omnino fuerit,ſi loco ſtrobilorũ tantundem ſeminis maluæ accipias. Sanare præterea idem affirmat exhulcerationes ueſicæ poſſe confectionem Cyphi, & cyphoidoſas antidotos. Nos uero in uetuſtioribus hoc uſi medicamento, neutiquam amplius plurifario neq; exquiſitiore egebamus: Chamædryos, chamæpityos,ſingulorum drachmas uigintiquatuor,aſari,piperis albi,uniuſcuiuſq; drachmas ſeptem,cinnamomi drachmã unã, q̃ fieri poteſt leuigatiſſimi accipimus: huius cõpoſitionis cochliaria duo exhibemus, cum paſſo Cretẽſi: at ſi febricitent,cum aquę cyathis tribus. Quod ſi morſus hulceroſus excruciat,amyli cotylas duas, & ſeminũ cucumeris quindecim adijciẽtes, uoti uſq; omnino cõpotes reddimur. Hactenus quidem ex decretis Archigenis. Sed ad inflationes ſi referuntur dolores,medicamenta,tum quæ ex ſyluestris maluæ ſemine conſtituitur antidotus,tum διὰ τραγημάτων, hoc eſt quæ ex bellarijs conſit, utilia ſunt. Porrò in ita habentibus, epithematis quoque circa orron,portionem quæ teſticulos interiacet atque ſumen, quorum alterum ſanè Græci περίναιον, alterum ἦτρον nuncupant, utendum. Cerotis quidem ex hyſſopo & butyro, adipeq; anſerina, atq; ſtyrace. In ueſicam uero clyſteridio inſtrumento mulſum ſuauiſſimũ infundentes, ſeu lac cum perquam exiguo melle, aut cucumeris ſemine: aut alborem oui cum ſpodio, quod πομφόλυξ appellatur, aut aliorũ deniq; prædictorũ medicaminũ aliquo. Atqui hulcere paſcendo ſerpente, paſtillus è charta immittendus eſt, aut Bythinius. Poſtremo cataplaſmatis etiam modo imponatur διὰ φοινίκων, necnõ διὰ σταφίδων (quorũ illud è palmulę dactylis,hoc ex uuis paſſis,unde & nomina ſortiunt,confectũ eſt) cum galla,acacia, hypocyſtide, & alumine.

De eruptione ſanguinis renum.

RENes haud raro propter imbecillitatem ſuam nequeunt lotia cõtinere: ſed latiores exiſtentes,è uenis ſanguinis aliquid excernũt,aliasq; craſſitudines mittunt. Sæpenumero copioſum etiã ſanguinẽ renes effundũt,& id quidem per circuitum,perinde atq; ipſæ quoq; hæmorrhoides conſueuerunt: euacuati uero ſubleuantur & cõmulcent. In quo utiq; affectu nihil confeſtim obturbandum eſt, rurſus ſanguine miſſo ſiue concreto: Quod ſi permanet, ſanguis ex uena cubiti detrahendus eſt. Cæterũ, ut ſemel dicam,in renum atq; ueſicæ profuſa ſanguinis effuſione,ijſdem medicamentis utendum,quorũ ſolennis uſus eſt in hæmoptoicis,id eſt ſanguinẽ ſcreatu eijcientibus, & alijs hæmorrhagijs, quod eſt ſanguinis eruptionibus. Sed in primis ſymphyti radix,ac tragacãtha uino macerata, in eiuſmodi affectione conſtitutis exhibenda eſt, ſeminalisq; & plantaginis ſuccus,cum

poſca, aut amygdala amara cum paſſo. Aut illud: Aluminis fiſſilis drachma una, tragacanthæ drachmæ duæ, commeos oboli quinq; cum paſſo. Cataplaſmatisq; more hordeacea polẽta ex poſca & roſaceo imponẽda eſt: aut confectio ex palmulis, diaphœnicon appellata, & ſiligineo, cum acacia aut hypocyſtide in uino aſtringente, aut oxycrato elixis. In ueſica prӕterea ſanguinis eruptione tentata, cucurbitulæ quoq; ilibus, & natibus, coxendicibus'ue ſunt adglutinandæ. Quod porrò membrum ſanguinem reddat, loci dolore deprehendes, & excretione ſanguinis lotio commixti, aut non: quemadmodum de pure memoratum eſt ſuprà. Quum uero ſanguis in ueſica in grumos uocatos concreſcit & conglobatur: deprehendes autem illud non ſolum, quod poſt redditum ea parte ſanguinem penitus urina ſupprimitur, uerum quod etiam color quidam ſanguinem præ ſe ferens, ut conſentaneum uidetur, prorumpit, aut cruenta quæpiam humiditas: potui decoctionem artemiſiæ porrigito, heliochryſiq;, aut conyzæ, aut raphani ſemen, aut ſuccum laſerpitij, ſiue cyrenaicum, ſiue apij cremorem, in aceto mixtis ſingulis, uel erinacei coagulum, uel hinnuli, uel hœdi in oxymelite: ſtacten'ue (quæ myrrhæ expreſſæ pinguiſſimus flos & liquor eſt) cum oleo exhibeto: aut ſpongiæ foris ex ſalſore, ſtactéue calida adhibendæ. Quod ſi his quoq; rite peractis nõ ſoluatur, ſecanda eſt ea inter teſtes particula, quem taurum uocant, græce uero perinæum, perinde atq; in his qui laborãt calculo. Deriuato aũt & exhauſto ſanguine in fruſtula conglobato, concinniter, ut expedit, medetor.

De renum duritie.

CAeterum quæcũq; durities in renũ ſedibus ſuſcitantur, dolore quidem haud amplius excruciant, ſed uident̃ ipſis quaſi ex ilibus ſuſpenſi eſſe, & ſtupidi quidẽ ſunt lumbis ilijs'ue, debilesq; cruribus: lotij nõ niſi paululum emittunt, uniuerſusq; corporis habitus aqua intercute laborantibus ſimilis eſt. Hos cerotis mollefacito, & malagmatis, frictionibus, atq; fomentis: adhæc quæ ciere urinam poſſunt offerto, uentremq; ſubluito.

De Diabete.

DIabetes (quod urinæ profluuiũ ſonat) pernix aſſumptorũ potuũ tranſitus eſt, exuperãter redditis omnibus quӕ bibita ſunt, nihil à ſua qualitate mutatis: quapropter ſupra modũ in ea affectione conſtituti, ſitiunt: unde dipſacon quoq; eandem ægritudinẽ appellant: Ad contentricis uirtutis renum imbecillitatẽ, huius mali cauſſa referẽda eſt: potentia uero attractrice interim robuſtiore, atq; uniuerſam quoq; corporis molem, propter immodicum calorẽ exiccante. Huic itaq; morbo renitentes, aut pro uirili obſiſtentes, alimenta pluria, tranſmutationiq; reſiſtentia, neq; admodũ humida exhibeamus: puta halicã, quã Græci ἄλικα dicunt, cum roſato, aut rhodomalo, aut hydromalo, aut uino horno, aut quopiam alioqui calido: ſortitus in eum quoq; ordinem intyba, cichorium, lactucas, piſcesq; ſaxatiles, & ſuũ cum pedes tum uuluas, piraq; ἀπίας appellatos, & mala, malaq; Punica, & potionẽ gelidӕ. Potionandi præterea ſunt diabetici cremore polygo

Dipſacos.

ni,

ni, hoc eſt ſeminalis, & enula cãpana in uino nigro, palmularũ item diluto (quod græce apobregma nuncupať) myrtorumq́. Cataplaſmatũ inſuper modo præcordijs ac renibus applicãda ſunt, farina in oxyrhodino, hoc eſt aceto roſaceo, foliaq́ uitis, & umbilici Veneris, & elxines, necnon portulacæ. Adhæc ſudores ſic affectis ciere ac uomitus: à frigido potu, & omnibus quæ urinam proritant, abſtinere expedit. Intra uero initia ſtatim ſanguinem detrahere, neq; abhorrens neq; abſurdum in ea afflictione fuerit.

De ſtillicidio urinæ, difficultateq́ meiendi, quorum illud quidem græce στραγγουρίαν, hoc uero δυσουρίαν nominant.

QVod ſi neq; phlegmone, neq; calculo, neq; quopiam prædictorũ alio præſente, lotij acrimonia uexet, uniuerſusq́ corporis habitus, & reliqua indicia bilem ſubeſſe præferãt, ea ſanè uel dyſuriæ, uel ſtrãguriæ cauſſa conſiſtit: iam tum utiq; cum ijs quæ hanc alterare, tum quæ temperare eandem queunt, uti cõuenit, ptiſanæq́ cremore, ac piſcibus, & balneis, congruaq́ uictus ratione: Ab acribus uinoq; abſtinendũ: exercitijs item pariter & ira, & ſeræ cõcoctionis dapibus. Si uero lotij tenuitas fuerit cum albore cõiuncta, ceteræq́ notæ gelidã agant intemperiẽ, uinũ calidũ cõuenit & cõdita, & quæ urinã proritare poſſunt medicamenta, & eiuſdem facultatis eſculenta, inſeſſusq́ calidi. Quod ſi lotiũ appareat cum cãdore craſſius, phlegmaticũ humorẽ collum ueſicæ obſtruxiſſe colligito, atq; ob id quidẽ oxymelite utitor, elixationibusq́ ex hyſſopo, & pulegio, aut origano, aut thymo, uel laſerpitio in aqua mulſa, & irrigationibus calidioribus: At ſi humor craſſus, ſiue calculus, ſiue ſanguis cõcretus, ſiue id genus quippiam oppilans impediat urinæ exitũ, purgandi utiq; ei conſtitutioni obnoxij ſunt, niſi inflammatio quoq; membrũ occupet atq; infeſtet. Cæterũ ſi febris difficultati urinæ adſit, huic erit irrigationibus ex rutæ ſeu anethino, ſeu perueteri oleo medendũ. Quũ uero aluus fuerit aſtricta, fœnogræci aut maluæ decoctũ injciatur: Foueanturq́ dicta affectione oppreſſi hydrelæo, uel elixatione prędictarũ ſpecierũ aliqua cum oleo. Cerota uero ſic habẽtibus congruet eiuſmodi: Syluestris maluæ radices in cucumerino oleo cum exigua aqua elixantes donec frigant: atqui illæ quidem abijciantur, oleo uero cremor rutæ, ex parte quarta, & cerę, & caſtorij quantum res ipſa uidetur poſtulare, admiſceatur.

Notæ ex lotio

De ueſica conuulſa.

NOnnunq́ quidm urinæ difficultas, interdum uero lotij inuoluntaria atq; adeò inuita mictio, rationem curationemq́ iampridem de paralyſi memoratam ſequitur.

De meientibus intro.

LAnguor depreſſióue muſculi ueſicæ circa collum, eam affectionẽ facit, qua afflicti introrſum urinã reddere ſolẽt, quapropter pueris pręcipue accidere conſueuit: proinde ijs cõmuniter quæ robur inferũt, quammaxime utendum, puta œnelæo calido, atq; conſimilibus, cauentes quæ ualide refrigerant: fouentes uero undiq; magis, quantum fieri poteſt, calidis.

Nam frigiditas tanquam resolutionis, quam paralysim dicunt, uim habet.
Tu uero isthæc physice perpetrato: Galli guttur crematũ aqua tepida ieiu-
no potui exhibeto: siue leucanthemi flores, modo non absimili: aut erinacei
testiculũ in uino bene fragranti friatũ bibendũ porrige: nepetam item atq;
myrrhã sub somnũ, aut rutæ syluestris semen frictũ per triduũ propinato.
Pudẽda deniq; eo malo tẽtati creta cimolia cũ succo perdiciadis circũlinito.

De iocinoris affectibus. Cap. XLVI.

HEcur uarijs admodũ tentatˉ morbis, nam imbecillitate, inflãma-
tionibus, & erysipelatibus, hoc est ignitis rubedinibus cum in-
flãmatione, & scirrhis, & abscessibus corporis quæ apostemata 1
dicuntˉ, hulceribusq; & oppilationibus deniq; corripitˉ. Super
debilitate itaq; ipsius uerba ante omnia sunt faciẽda, qua laborãtes, hepati-
Hepatici. cos, hoc est iocinorosos proprie nũcupare assolent. Quod si igitˉ in chylum
uersa quidẽ excremẽta euacuat: liquidiora uero transmissione in hepar de-
bilius uel nõ omnino peracta, uẽtre in totũ ægritudine uacãte, iocinoris at-
tractricẽ potentiã infirmã esse ducito. At si ablutioni recẽtis carnis cõparia
uideantˉ retrimenta, cum alteratricem, tum sanguinis effectricẽ debilẽ exi-
stima. Vbi aũt ad calidã intemperiẽ referenda est infirmitas: primũ putre-
factiones fiunt humorũ, progressu tẽporis excrementũ feculẽtius apparet,
teterrimiq; odoris: bilis in oculi pupilla crassa & affluens colore. Iam uero 2
hepatis substantia contabefacta, uniuersum etiam cõtabescit corpus, & fe-
briunt afflicti, & cibi appetẽtia carent, bilemq; euomũt. Sin gelidũ distem-
peramentũ fuerit, neq; iuges continuæq; excretiones, neq; cõplures fiunt:
perseuerabit malũ diutius, diebusq; aliquot cumulatius uenter deijciet, mi-
nus uero graueolẽs, instar luti sanguinis crassi, atrę bili finitimũ. Multi prę
terea ac uarij colores frigidã declarant intẽperiẽ, febrisq; obscura cõparet,
& uultus constãs casibus uacat, & cibũ magis appetũt. Harũ aũt omnium
distẽperantiarũ qualis qualis fuerit, si ariditas cõplicatˉ, secessus apparebũt
aridiores, & maiore siti premuntˉ. Si humiditas subsit, liquidiora & plura
apparent excrementa, minusq; sunt sitibundi. Inflãmato aũt iocinore, com 3
muniter quidẽ omnibus dolor oritur in dextris præcordijs sursum uergẽs,
& ad iugulũ usq; humerũq; eiusdẽ lateris, quã Græci corporis partẽ κλεῖδα
nominant, tendẽs: deorsum uero ad lateris usq; nothas costas pertingens.
Febris prętereà infestat acuta, tussisq; sicca, ac sitis, horror item cibi, & dy-
spnœa, quod est irruptũ suspiriũ: lingua porrò principio rubra, mox uero
deinde nigra conspicitˉ, bilemq; euomũt, aluus astringitˉ. Indicia ferme sunt,
ijs qui costali morbo laborãt similia: quanto aũt discrimine inter se diriman
Erysipelas iocinoris. tur, differuimus. Quũ uero erysipelas constiterit in hepate, igneæ inflãma-
tiones (quas phlogoses dicunt) intenduntur & æstuant, marasmusq;, hoc
est flaccitas tabesq; insurgit: proprie uero quæ in simis iocinoris partibus 4
eueniunt inflãmationes, nauseã, uomitiones, à cibis appetitus auersiones,
& phlogoses inflãmatas maiore uehemẽtia inducũt, animæ item deliquia,
refrigerãturq; in ea affectione cõstituti sæpissime, ita ut hinc aqua inter cu-

tem

tem, hoc est hydropicus morbus auspicetur. Sed quum in gibbis huius uisceris partibus inflãmatio oritur, præter ea quæ memorauimus, tumor euidens in liniamento turget, uisus tactusq; sensibus minime obscurus: hæc quippe si grauis ac ingẽs infestat inflãmatio: At si tenuior quædã & obscurior extiterit, iubebimus languentẽ summo cõatu magnũ'ue respirare. Et si in dextro præcordio, quod hypochondrion dicũt, dolor uexet, iecoris mediocrem subesse inflãmationẽ colligendũ est: sin iuxta thesim ac positũ subiectorũ musculorũ pergrãdis ac amplus phlegmones tumor appareat, neque quicquã interim memoratorũ præstò sit, eosdem ipsos inflammari cognoscamus. Quod si pondus seu grauitas cum diatasi, quod est distentione & dolore in dextro hypochondrio absq; tumore ac febre sentiatur, uenarũ obstructionẽ præfert, qua parte se cõtingunt hæ, quæ circũ caua sunt hepatis, & quæ circa sinus in gibbis. Quũ aũt in abscessum uertit inflãmatio, dolor cum tenore increscit & auget, & temerarij præter rationẽ oriuntur rigores, atq; in leuũ latus inclinari ac decũbere hepate impensius laborantes nequeũt. Disrupto aũt abscessu, uel per lotium, uel per uentrẽ, excrementũ perq; purulentũ excernit. Quod si in affectionẽ duram tumor deciderit, dolores quidẽ cõminuunt, tumor uero euidens est cum duritie, at circumiacentia corpora attenuant. Progressu autem temporis cognitu fuerit difficile, q̃d aqua inter cutẽ fieri properet, uniuersumq; hypochondriũ sub humore abscondat. Quò calidæ itaq; iocinoris intẽperiei succurrat, frigorificis, & intestinũ mediocriter roborantibus utendũ: è quorũ numero est seris & cichorium mansum, nõnunq; crudum, interdum uero cum coriano elixum: eius item elixatio, succusq;: quinetiam Aridum posca appositum: Ad calidã uero et frigidã iecoris distemperaturã, cõducit intybũ manducatum, & sonchus, & quæ sunt eiusmodi. Prodest præterea huic affectui cremoris citri cyathus in posca sumptus, & filicis succus pari modo haustus. Si aũt intẽperatura modice obstruet, ex uino quopiã tenui, & cum ijs quæ lotiũ proritãt, exhibeant. Catapotiumq; q̃d sumit cichorij drach. quatuor, chamæpityos radicis drach. totidẽ, in melle decoctas, nucis ponticę quantitatem exhibe: & aqua sorbeat calida: ex opij, seminisq; Apollinaris herbæ potione propinandum: & ipsa quoq; Philonis antidotus: Sed in quibus calor intendit, etiã rosaceũ, ut pręsentaneũ ipsis, aut melinũ potui ministrandũ. Alimentũ aũt succus ptisanæ, uel chondri, cum hydrorosato præbeat, & panis cõsimiliter ex aqua, cum aliquo id genus dulciũ potionũ: & ut summatim dicã, cibi q mediocriter citra oppilationẽ infrigidãt, assumantur. A uino prorsus abstinendũ, nisi alia obstet caussa, puta stomachi debilitas, tum quidẽ utendũ, sed tenui tamen, & nullarũ fermè uiriũ, aqua probe tẽperato, quod genus Græci ὀλιγοφόρον, quasi pauciferũ dicas nominãt. Porrò iocinoris erysipelati pari propemodũ ratione medendum. Gelido uero distemperamento existente per cõtraria eundum est. Panis igitur cum uino exhibẽdus est, & bis ter'ue cocta brassica: castaneas gustet, uuasq;, cum gallinaceis ac pullis quantũ satis uidebitur: Vino minime abstineãt: propi-

Notæ diuersarum affectionũ hepatis.

Rupti apostematis in iocinore indicia.

Iecoris erysipelatis curatio.

nandum tamen ipsis potissimū est eupatoriū, seu asarū, aut quæ contexit ex pipere confectio: atq; in primis quæ antea cœliacis & dysentericis cōgrue re tradidimus, accōmoda sunt: Sed cyphoides appellatæ cōfectiones, ut ad calidas distemperantias nihil omnino cōgruunt, nisi modicus quidā calor cum humiditate copiosiore cōiunctus fuerit, ita gelidis intēperiebus præstantissima ac præsentissima sunt præsidia: præsertim si eiusmodi mala temperatura cum iecoris humiditate & oppilatione copulet. Cæterū si obstructio fuerit ex crassis & glutinosis humoribus, myacanthā, atq; eius fructū in primis exhibe, lauriq; radicis corticē: eupatoriū item ex oxymelite, amarorum'ue lupinorū elixatione, cum ruta, ac pipere: cōfert etiam farina lupinorum pota, & capparis radicis medimni duo, costi medimnus unus cum uino: & confectio ex glandibus ad crassorū uiscidorumq; humorū obstructiones, tum iris, tū pistaciorū fructus, tum cortex, marrubiūq;, & amygdala amara, et ex ijsdem pastillus, dracontij, ariq; radix, necnō agaricū, et scilliticū non tam acetū, q̃ oxymel: Iecur uero lupi aridum friatum ac liquefactum, cochliarijq; quantitate sumptum, omnibus iocinoris morbis cōgruit & conducit cum uino passo suauiq;: atq; Theodoretos insuper antidotus omniū nobilissimū utilissimūq; censetur medicamentū. In iocinoris porrò oppilationibus & scirrhis, hoc est duritiebus, ac inueteratis inflāmationibus, inq; morbo colico, atq; etiam regio pariter ex oxymelite picra conuenit. Iam uero cibaria sic affectis exhibenda sunt calidioris potentiæ, & non oppilantia: uerbi caussa. Porra ex oxymelite, & oleū asparagi, & capparis consimiliter, & cætera obsonia cum aliquot calidis & non obstruentibus cōdimentis elixa, uinū tenue ac uetus. Cauēda sunt quę crassum humorem comesta relinquunt, & balnea cōtinua à cibo potissime. Affectione autem inueterata, nō phlebotomiā, quod est sanguinis detractionē modò, uerum purgationem quoq; sumendam, nullo impediente ducito. Quod si inflammatum fuerit hepar, uena in dextro cubito indubitanter secta, sanguis auferendus est, & uirtute cōstante atq; sufficiente, affatim sanguinē copiosum detrahito. Porrò foris huic uisceri cataplasmatis instar adglutinanda est farina hordeacea, & fœnogræci, aut seminis lini, cum dactylis palmulæ, aut malis cotoneis, & meliloti floribus & absinthio, & chamæmelino: atque in uniuersum, cum emolliētibus cōfundenda sunt adstringētia. Epithemata aūt huc faciunt, Nilei, & εὐώδης, hoc est odoriferū, item Philagrianum, & Apollophanis, & διὰ μελιλώτων, id est medicamentum ex sertula campana confectum, & κοπτόν. Sed ad peringentes inflāmationes, multa admodū experientia cōprobatū est illud præsentaneū esse remediū, comæ absinthij, nardi Gallicę, asari, croci, singulorū uncia una, iris, myrrhæ, styracis, bdellij, guttæ ammoniacæ thymiamatis, uniuscuiusq; unciæ duæ, medullæ uituli unciæ quatuor, cerotæ lentiscinæ libræ quatuor. Et oxymel eisdem exhibendum est, simpliciaq; iuuamina, puta: Asarū, nardus Gallica & Indica, iuncus odoratus rotundus, petroselinū. Aluum adhæc ciere expedit cum urtica, herbáue mercuriali, elixis & manducatis. Declinationis uero tempore,

Iecoris ex humoribus oppilati curatio:

Nutricatus hepaticorum.

pore,epithymus quoq; & polypodiũ in mulſo danda ſunt. Clyſtere etiam aluus euacuãda eſt,ab initio quidem ex mulſo,cum ſale ſeu nitro: Facta aũt remiſſione uigoris,miſce hyſſopũ, uel origanũ,uel cnicũ, uel centauriũ,uel colocynthida. Et in ſumma, ſima hepatis per aluũ,gibba uero conuexáue, quæ Græci κυρτὰ indigitant,per lotia purgenť. Poſthæc cibi loco dandus eſt cremor ptiſanæ in quo elixum ſit apium. Quod ſi eryſipelatoſa fuerit inflãmatio,curationẽ ſuperius edocuimus. Quin ſi abſceſſus obortus fuerit,ruptura ſuccurrendum, cataplaſmate quidẽ triſpermo cum reſina, manna,pice,althææ radicibus,ſtercore colũbino,caprarũ excrementis, ſpyrathis'ue applicato;potando prius poliȷ decoctũ,fumariæq; herbę,& ad tertias decoctã thlapſis elixationẽ (quam herbam pedẽ gallinaceũ quidã latinorum nominant)aut cichoriȷ,& chamædryos radicis decoctum. Quod ſi fractura præſtò iam ſit, mulſum, & quæ de renibus exhulceratis memorata ſunt,exhibe. Extrinſecus autem compoſitionem Mnaſæi, & reliqua emolliendi uim habentia, adhæc medicamen hicedion imponendum, aut compoſitio,quæ,quod ſalices contineat, διὰ τῶν ἰτεῶν nuncupatur. Quod ſi tumor durus,quem Græci ſcirrhon uocant conſtiterit in iocinore, exigua curationis ſpes eſt, quum in aquam intercutem deciderit affectio: æque tamen mollientibus admiſcenda gutta ammoniaca,bdellium,medullę,& adipes,quæq; eandem uim obtinent. Potanda item ſunt quæ oppilationem diſcutiunt,& abſtergũt inteſtinum: Quod genus ſunt quæ lotium proritant, & quæ calculos atterunt, cum his quę paulo ante ad huius uiſceris obturationem conferre diximus,atq; alimento uidelicet inuicem congruente.

De Cachexia. Cap. XLVII.

HYdropicorum morborum caput dicere Cachexiam conſueuimus. Medicamentis tamen huic affectioni ſuccurrendũ eſt: ſanguinis ſcilicet detractione,ſi nihil prohibeat,diuiſim et particulatim ad tertium uſque ac quartũ diem detractionem facientes. Euacuandi præterea maxime ſunt,qui per hæmorrhoidarũ aut menſtrualis expurgationis retentionem in hanc affectionẽ incidunt: Quemadmodum contrà, iȷs qui ob plenitudinem in hoc malum inciderint, ab euacuatione per phlebotomiam abſtinendũ:omnino uero hiera ex colocynthide cõſtituta purgandũ. Victus ratio in hac affectione cõſtitutis tenuis & ſiccifica eſto: Vſus naturalium aquarum,maxime quę aluminis & nitri mixtura conſtant,probatur: deinde quæ ſulphuris naturam habent: aliud uero lauacrũ nõ niſi ex diuturniore temporis interuallo admittatur. Variȷs exercitationum generibus exercitentur: ſed in primis iȷs, quæ iatralipta uocantur. Poſtremo uero ueratro utantur. Mirifice autem eo malo oppreſſos iuuit propotiſmus abſinthiȷ,et cottabiſmi luſus amatoriȷ,& dropaces: Quod ſi autem æger in aquam intercutem deciderit, tum hydropicorum curatione,eo quem mox perſcribemus modo,ſuccurrendum.

Diæta Cachecticorum.

De intercute, hoc eſt morbo hydropico. Cap. XLVIII.

HYdrops protopathia quidẽ ſuſcitat̃, iocinore uehementer frigefacto, aut inflãmato, aut ſcirrho obdurato, aut quoquo alio modo languente: Per ſocietatẽ uero aliorũ mẽbrorũ, quũ accidit ut nõ procedat ſanguificatio: et appellat̃ morbus ille hyderus. In q̊ quãdoq; quidẽ multitudo ſpiritus cũ exiguo aquoſo humore, inter peritonæũ & partes ei ſubiacentes congregat̃, ita ut ſi pulſetur uenter inferior, ſonitũ inſtar tympani propemodũ edat: proinde & tympanias hydrops appellat̃, ab inflationibus quæ circa ſtomachũ, aluũ, & colon inteſtinũ, & inueteratis febribus cõſiſtens: Interdũ à duritia peritonæi, aut in mulieribus 1 uuluæ, aut ſcirrho: nõnunq; è cõtrario ingens humoris copia cum perexiguo ſpiritu in eiſdem locis coaceruat̃, perinde atq; in ἀσκῷ, id eſt utre quopiam cõſeruatus: hinc ægritudo ἀσκίτης ὕδερος, id eſt aſcites humor nomẽ habet: qui utiq; etiam ipſus è cauſſis iampridẽ enumeratis conficit̃. A duritia uero ac ſcirrho magna ex parte, quæ lienẽ atq; hepar moleſtãt, necnõ fluxibus circa inteſtina diuturnis, præ quibus uenter turgere, reliquũ corpus nihil altũ eliquari cõſueuit. Quãdoq; ſanè in uniuerſæ corporeæ molis tumorẽ frigidius ac pituitoſius ſanguen cõtinetur, partim quidem ab hepatis eiuſmodi cõſtitutione delatũ, partim uero ab uniuerſa corporis carne, tanq̃ aqua ſtillante natũ, ut pallidum atq; pituitoſum, mortuo compar appareat. 2

Tympanites unde.

Leucophlegmatias & anaſarca.

Leucophlegmatiasq; hypoſarcidis hyderus, aut anaſarca nuncupatur, qui ex longis febribus, & ſtomachi prauo habitu, retentisq; diutinis hæmorrhoidibus, & fluxu muliebri, & reſpirationis anguſtia, uigilijsq; iniquis, atq; id genus deniq; alijs de cauſſis, conſtat. Quibus igitur ſi curationis manum admouere fert animus, cõmuniter ab euacuatione fuerit auſpicandũ. Sed in Aſcite, atq; Tympanite medicamẽtis utemur aquagijs, hoc eſt aqueũ humorẽ prolicientibus educentibusq;. Verũ in Anaſarca medebimur ſanguinem detrahendo, maxime ſi huius mali cauſſa fuerit hæmorrhoidum retentio, aut q̃d menſtrui languoris expurgatio hæſerit, niſi in praua habitudine anteceſſerit ſanguinis diminutio. Deinde igit̃ queãdmodũ in cache- 3 cticis, oportet particulatim euacuationẽ adminiſtrare, poſtea excrementũ bouis armentarij arefactũ, accurate eliquatũ in poſca, aut oxymelite elixari, & ſulphuris quarta parte adiecta, inde emplaſtrum toti uentri applicari: Aut ſpyrathũ capræ in pueri lotio: uel capræ uiſcidam pinguedinẽ cataplaſmatis more uentri imponito, hæc uehementer expurgant. Cæterũ ex fermento quoq; ficisq; aridis, & calce, & nitro, & iri, cardamomoq;, ac ſulphure ignẽ non experto, & gutta ammoniaca, item baccis lauri, & ſyluestri ſtaphide, necnõ agreſtium columbarũ ſtercore, uel uno faſce oĩbus, uel ex his aliquibus ex aceto mulſo utendũ cataplaſmatis. Cum fimo caprino, ſpongiũ appellatũ epithema, miro quodam modo humorẽ per abditos 4 & incertos meatus, uentrẽq; educit. Poſtremo ſiccifica imponẽda ſunt emplaſtra, διὰ ἰτεῶν, Iceſium, uel Cureos, uel διὰ δαφνίδων, uel polyarchium, uel diaſpermaton epithema. Sed & illud mirifice humores exhaurit: Habet id qui-

id quidẽ,lapidis pyriti drachmas duodecim,ſulphuris uiui tantundẽ,guttę ammoniacæ thymiamatis drachmas duodecim,cymini drachmas ſedecim, nitri drachmas duodecim, quæ omnia exigua cæra, & terebinthina reſina excipito,& in cutem impingẽs per uniuerſum uentrẽ explicato. Potionandi tamen prius ſunt radice actææ in uino decocta: aut cucumeris ſyluestris in uino adſtringente per dies treis macerati,dato cyathũ unum, unoquoq; die addẽdo ad cyathos uſq; treis. Fiat præterea mixtura hæc: Balſami,nardi,caſiæ,cymini, glycyrrhizæ, hyperici,rotundi iunci odorati, aſari,dauci,amomi,myrrhę,petroſelini,calami odorati,piperis,ſeſeleos,ſpondyli, æquæ portiones ſumantur. Conducũt hæc ſingula ſine additamento, pariter & quæcunq; lotiũ proritant. Sed abſq; grauitate moleq; mictionẽ ſcilla toſta cum melle eliquata promouet,& eligmatis modo exhibita: Verum potaturis coquaẗ in aqua. Cæterũ & illud impendiò conferet: Viſceris interni ſcillæ libras duas,in uini auſteri xeſtis tribus elixato uſq; ad tertias,datoq; ex uino quotidie, incipiẽdo à myſtro ad unciã uſq; unã. Diureticum præterea illud quoq; perq; præſentaneũ eſt: Aluminis liquidi quantitatẽ fabæ aqua diſſoluẽs macerãsq;,ex linteo potui dato per triduũ,alternis'ue diebus. Expedit porrò ea affectione poſſeſſis picra,hoc eſt amara,ex oxymelite conſtans, & Theodoretus, atq; ex amaris amygdalis paſtillus.

Ὑδραγωγά.

Aquagia uero, hoc eſt aqueũ humorẽ prolicientia & educẽtia,ſunt propemodũ innumera: ſed hæc experiẽtia magis cõprobata: Cocci gnidij quadraginta aut quinquaginta,uel lathyrides uiginti aut triginta, uel euphorbij ceratia quinq; aut ſeptem, uel ſquamæ æris drachmæ duæ ſeu tres cum micis ſumptę,& in globulos redactę: quæ græce dicunt καταπότια: Aut ſambuci radicis corticis ſuccus cum condito potus: uel oleaginis foliorum & æris cremati ceratia quinq;,aniſi tantundẽ in aqua adminiſtrato, intra primordia quidẽ drach. unã,interpoſito uero temporis ſpacio duas,& plures. Atq; hæc quoq; admiratione digna ac præſentanea ſunt catapotia: Aloes, euphorbij,cocci gnidij,ſingulorũ unciã unã,rhei unciæ ſemiſſem,braſſicæ cremore excipito,& redige in pilulas, ceratia ſeptẽ ſiue nouẽ exhibe: Atq; ipſa quoq; ex caryophyllo antidotus miro quodã modo citat. Vinũ præterea penetrãs aquamq; proliciẽs atq; educens præbendũ. Primas aũt tenuerit medicamentũ illud: Scillæ unciæ tres,ſeminis apij, capparis radicis corticis, piperis, uniuſcuiuſq; drach. quatuor, cocci gnidij decorticati drach. una,folij drach. una,malabathri pilulæ duæ, uini quãoptimi cotylæ duodecim,mellis crudi libræ ſex,incidantur, & cribrentur, & in uino macerentur: ſcillam uero leuigato: Doſis ſunt cyathi tres. Cæterum poſt humoris euacuationem,theriaca quoq; utendũ: ſtercoris uero bubuli cõbuſti menſura cochliarij ex uino quotidie pota magnifice opitulaẗ. Porrò acrioribus quoq; clyſteribus in hoc morbo uti conuenit, niſi aluus ſua ſponte humectetur,tum quippe exiccanda potius ea quàm humectanda fuerit. Atqui in mulieribus hydrope oppreſſis,peſſi quoq; huiuſmodi uſus cum primis cõmendatur: Aniſi,cardamomi,cymini,nitri,ariſtolochiæ,fœnogræci,pule=

gij, ficuũ interanei ſiue medullæ æquę portiones lilino exceptę, apponant. Poſt hæc naturalibus aquis conſtanter utendum, pariter & pſammiſmo, aliјs uero lauacris abſtinendũ. Quod ſi quando lauerint, in lauacro empaſmatis ex nitro, ſale, ſinapi, calce, atq; id genus aliјs, utantur. Hæc quidem & ſine lauacro ſunt utilia, aridaq; cum oleo uentri impacta & impreſſa. In anaſarca aũt & reliquis partibus enudentur, quantumq; fieri poteſt in ſole rebus aridis perfricent. Reliqua uictus ratio aridior eſto: ſalſamenta itaq; edenda ſunt, & ſinapi, & allia, & uolucres ſylueſtres & aridæ: Ex holeribus aſparagũ comedant, & gingida, porra, ſinapi, caucalidas, & cętera ſylueſtria, & ſalia τῶν θηριακῶν, ἢ τῶν ἰαμβλίχων obſoniјs admiſceantur, uinoq; tenui utant̃ uetuſto lotium proritãte, ſi modò ad manũ hoc ſit: marina quoq; aqua admiſcenda eſt. Multa quidẽ potio auertenda, aquæ uero nihil prorſus guſtandũ. Quod ſi cum hydrope febris quoq; infeſtat, à calidioribus, multæq; acredinis eſculentis, aliјsq; adminiculis abſtinendũ, mixtimq; eis utendũ, ad id quod urget inſtantes. Verũ in tympanite, ea quæ purgandi uim obtinent, καθαρτικὰ Græcis appellata, & quæ totum corpus eliquant ac conficiunt, συντηκτικὰ Græci uocant, eligenda ſunt, ex his quibus lotiũ cietur, efficacia: adhæc quę flatus ſeu ſpiritus attenuare atq; diſiјcere poſſunt, tam intus quàm foris uti expedit. Cucurbitulę iugiter inanes uniuerſo uentri imponantur. Qui poſtremo aſcite oppreſſi tenentur, niſi ſuperioribus ſuppetiјs manum dederint, in paracenteſim, nulli aliæ hydropis ſpeciei congruã, ducendæ ſunt.

καθαρτικά. συντηκτικά.

De affectibus lienis. Cap. XLIX.

Quod ſi lienis (cõparati ab iocinore humorẽ attrahere atrebilarium, qui ſanguinis ueluti fex atq; cœnũ eſt) attractrix facultas infrigat̃ debiliteturq;, aut meatus ille obſtruatur per quem melancholicũ humorẽ attrahebat, ater morbus regius (qui ἴκτερος à Græcis uocatur) ſanguine impuro per uniuerſam corporis molem dilabante, ſuſcitat̃. At ſi pondus quidẽ contenſioq; ſeu tenor ſplenem infeſtet, ſiue etiam dolor, obturatio ſignificat̃. Sin aũt neq; quicq; horum, attrahendi uero potentię infirmitas, atræq; bilis uomitio citra febrim ingruat, ac aliã cacoëthes qualitatẽ, lienis amplectricẽ poteſtatẽ debilitari portẽdit. Quod ſi expellendi uirium debilitas à cibis appetitus auerſionẽ inducat, neq; de more melancholici humoris ſuperfluens retrimentum ad os uentris deferatur, ut appetitum ſuſcitet atq; extimulet, oppilato in ipſo liene atræ bilis humore, primũ quidem inflãmatio oboritur, cum feruore, tum dolore, tum diſtenſione indicata: Poſterius aũt in ſcirrhum duritiem non ſenſilem tranſit, feruore unà cum afflictione placato, tumore autẽ duritiaq; perſiſtente. His nimirũ ob id os graueolẽs redditur, gingiuæq; abrodunt̃, & cruribus hulcera abſq; cicatrice permanẽt, in quibus iocinore per conſenſum ſimul languente, intercus (ueluti dictũ eſt) naſcitur. Huius uiſceris intẽperiei perinde atq; iocinoris medemur. Phlegmone aũt infeſtante, è uena læui cubiti ſanguinẽ detrahe, ſiue in extrema manu, quò ex eminentiore intercapedine

ne fiat conuulſio, diuerſioúe, quam Græci nominant ἀντίσπασιν, uel propter quampiā quæ ſecundum naturā eſt germanitatem atq; cognationem. Deinde cataplaſmatis modo applicanda ſunt medicamenta, quę extenuandi uim poſſident, abſq; euidenti ardore uiq; calfaciendi, aſtringentia quædam adglutinando. Eiuſmodi uero eſt natura, quod ſalis flos nuncupatur. Id uero cataplaſma admirandæ quoq; in ea re uirtutis eſt: Accipito fœnogræci uncias quatuor, hordeaceæ, cardamomi, uniuſcuiuſq; unciā unā, ficuum pinguiū libram unā, uerbenacæ herbæ aridæ unciā unā: ſed ficus irrigādę ſunt aceto acerrimo, cumq; alijs iam diſciſſis elixādę. Inde rurſum ſtercus caprinū cum polenta hordeacea coquito in poſca, factoq; inde cataplaſmate imponito: habeat aūt, ſi uidet̃, ſalis quoq; florem prӕcalfactū. Iis aūt quæ cyprino cōſtant, cum exiguo aceto in malagmatis utitor: Primitus quidē ſimplicioribus, cuius farinę cenſetur illud: Sumito ceræ librā unā & ſemiſſem, taurij tantundē, nitri quadrantem, reſinæ terebinthinæ, ſeminis agni, hoc eſt uiticis, capparis radicis corticis, ſingulorū quincūcem, coquito liquefacta & macerata, inde inſpargito arida. Sed Nilei bonitatis principatū tenet. Cęterū ſi inflāmatio in duritiē aridā ſenſuq; nō perceptibilē incidat, uehementioribus maiorumq; uiriū opitulamētis utendū, quo ſuperficies remollita lanietur: è quorū numero eſt, cum διὰ τ̃ σφυράθων τ̃ αἰγέων, hoc eſt quod ex caprarum oleto conſtituitur cataplaſma, tum ipſum quoq; citrinum. Inter hæc uero ſunt, tum Machærionis emplaſtrū, tum Curei, tum quod è baccis lauri, tum quod quia è ſalicibus fit, διὰ ἰτέων appellat̃. Hoc uero & à me experientia cōprobatum eſt: Auri pigmenti, ſandaraches, ſingulorū uncias duas, fauorū terebinthinæ librā unam, picis aridæ tantundem, galbani, opopanacis, uniuſcuiuſq; unciā unā, corticis radicis capparis, myrobalani, ſingulorum uncias quatuor, guttæ ammoniacę thymiamatis drachmam unā, olei nardini aut cyprini ſcrupulos duos. Verū gutta ammoniaca cum aceto illita lienis partibus, ſæpenumero præſentaneū fuit auxilium. Atqui potum etiam trium aut quatuor diobolorū pondere, cum grāmate uno caſtorij, in inſidentia balnei, ficū prius aridā mandentibus, & expuentibus manſam: aut guttæ ammoniacæ medimnū unum, caſtorij tantūdem, confundēs dato drachmā unā: hæc duritiei quoq;, quē ſcirrhū dicūt, opitulantur, ueluti & capparis cortex aceto maceratus, & in cataplaſma redactus: qui ſanè etiam ex aceto hauſtus, ſeu oxymelite, craſſos ac uiſcidos humores exhaurit: quandoq; uero etiam ſanguinē euacuat: Necnō & ſalicis cortex in eundem uſum ſimiliter illinit̃: cinisq; χαλκέων cum farina hordeacea ex oxymelite cōquaſſatus: Item cētaurij cremor extrinſecus impoſitus atq; potus, & lupinorū amarorū elixatio cum ruta ac pipere pota, farinaq; ipſorū cataplaſmatis modo impacta. Aqua præterea in qua ſæpe candens ferrū extinctū ſit, febricitantibus quidē cyathis tribus ſola exhibita, nō febrientibus uero cum uino acetoq; cyathus unus: aut ſylueſtris rumicis (q̃d lapathum dicunt) radicis cum ſcilla triobolus, aut trixaginis ſiue ſerpilli oxybaphū totum, oxymelitis'ue anagallidos obſcuri coloris florē habentis

Quæ emolliendo exhulcerāt.

ſucci diobolũ, potui præbeto cum poſca: uel acetum ſcilliticum, aut oxymel exhibeto. Cõpoſita uero hæc ſunt: Panacis radicis, guttæ ammoniacæ thymiamatis, corticis radicis caparis, ſtruthij, ſcillæ toſtæ interaneum, æquis portionibus drachmam unam propinato. Confert etiam hoc ſuſpirioſis, quos aſthmaticos dicunt, hydropicisqꝫ. Aliud: Accipe myricæ fructus drachmas quatuor, piperis tantundem, ſpicę nardi drachmas duas, ammoniaci thymiamatis drachmas totidem, aceto ſcillitico eliquato: de qua quidem cõpoſitione drachmã unã in oxymelite, ubi res monet, adminiſtrato.

Ad lienem duritia callatum.

SVmito cyclamini drachmas uiginti, bryoniæ drachmas treis, dictamni 1
drachmas duas, ſcillæ toſtæ drachmas octo, ſtruthij drachmas ſex, caparis radicis tantundem, dato paſtillum triobolarem in oxymelite. Sed ex erica quoqꝫ factus paſtillus accõmodus eſt. Alimenta porrò ita languentibus attenuatorię poteſtatis, acria, aridaqꝫ: potus modicus, exercitationesqꝫ, & frictiones, ſinapiſmiqꝫ aſſumantur. Eſt etiam quando & cucurbitulæ cum ſcarificatione probantur.

De morbo Regio. Cap. L.

ARquatus quidem (quem ἴκτερον græce appellant) bilis eſt per uniuerſum corpus ſuffuſio, interdum quidem atrę, qua ſuper in lienoſis uerba ſeruimus, nonnunquã uero etiam flauæ. Harum 2
uticꝫ ſuffuſionum cõpluria habentur diſcrimina, quarũ cauſſæ notæqꝫ ſunt eædem. Nam ſi in febrili languore confeſtim oriatur aurugo, pacauerit febrim. Indicio eſt, ex profundo in cutis ſuperficiẽ mutatã ſeſe recepiſſe materiã, neqꝫ ulla magnopere medicamẽta efflagitare, ſed lauacris, mediocriqꝫ fricatione mox opus habere. Quod ſi cum febre fellis fiat ſuffuſio, & cum deiectionibus bilioſis, grauitate quidẽ exiſtente in præcordijs dextris, inflammatio feruens iocinoris oſtenditur, per quam bilioſus ſanguis per uniuerſum corpus transfunditur. Si uero abſqꝫ grauitate feruor in ipſo extiterit, ex ſola calida hepatis intemperie conſtiterit affectio. Quod
ſi citra febrim accidat, candicantibus corporis deiectionibus, ueſicæ flauæ 3
bilis folliculi languorem ſignificat, ſiue meatuũ ipſius, ſi grauitas fuerit ad præcordia dextra oppilatorũ: citra uero hanc, robore imbecillo atqꝫ etiam ſubuulſo, ſiue uirtutem iocinoris attrahentis attractricem, ſiue excernendi expellendiqꝫ, & quaſi in inteſtina detrudentis facultatem mancam. Sanguis nanqꝫ niſi purgatus fuerit, quicquid bilis cõplectitur, per uniuerſum corpus ſpargitur, quemadmodũ de atra aurugine prædiximus: ocyus uero his affatim bilioſiſſimũ redditur lotium. Naſcitur etiam morbus regius è feruido diſtemperamento ſolidorũ corporum, id quod alimenti ratione locoqꝫ erat exhibitum, in bilem cõmutantium, ueluti in phlegmaticum hu-
morem intercus anaſarca, nutrimentũ ingeſtum permutat. Deprehenden 4
dus aũt eiuſmodi arquatus eſt, ex eo quod non collectim, uerum particulatim fiat, nullo planè eorum quæ memorauimus præſente: & ob potionem letalis alicuius medicamenti, necnon propter uirus, foris ab aliquo peſtifero

Arquati indicia.

fero iniectum felle, ſuffuſorum conſtiterit affectio. De calidæ itaq; temperaturæ hepatis, atq; ipſius quoq; inflammationis, potentiarumq; infirmitatis curatione, haud multo prius, in ſermone huic rei conſecrato, peregimus, quæ huc nullo diſcrimine euariante transferenda eſt, ne eadem ſubinde iterando battologiſemus. Quod ſi meatus ueſiculæ in qua fel excipitur uterq;, aut alter ex his obſtruantur, ſanguis de cubito dextro detrahendus eſt. Nōnulli aūt regio morbo ob inflāmationē hepatis laborantiū, iuxta paruū dextræ manus digitulū ſecta uena ſanguinē detrahunt. Catapla ſmatis præterea feruore deſtitutis utendū. Cum hiera confectione purgandi ſunt. Idonei quoq; habent in eadē hepatis affectione clyſteres. Potionādi uero ſunt felle ſuffuſi, apij, ſeu adianti, ſeu rumicis, ſeu ſerpilli, ad tertias uſq; iure decocto: uel abſinthiū potui inſere. Summopere autē conducunt radiculæ, quē ῥαφανὸν dicunt, cremoris gemini cyathi, cum uno uini cyatho poti: Succi item cichorij cyathi duo aut tres ſeorſim per ſe, aut cū uino ſumpti. Ob inflāmationē porrò iocinoris felle ſuffuſos potionato œnomelite, uel elixatione tenuis ariſtolochiæ, aut hyperici, aut adianti, aut ſtruthij, aut rubiæ ſatiuæ ſimiliter, aut ramenti cornu cerui drach. una cum uino, aut iure ſtaphylino in uino ad tertias uſq; elixo: Vel ſulphuris ignem nō experti drach. una in ouis abſorbeat. Hæc & in obturatione iocinoris magnifice opitulantur. Seminis adhęc atriplicis dioboli octo cum chryſattico aut alio quopiam dulci paſſóue in balnei inſeſſu poti, quantū ſatis eſt exhauriunt. Magna item cum utilitate picra, hoc eſt amara exhibet, ipſaq; xera, id eſt arida, & ex oxymelite confectio, necnon Theodoretus, atq; ex amygdalis amaris conſtitutus paſtillus. Cinnamomi inſuper quantum tribus digitis comprehendi poteſt, in œnomelitis cyatho uno, aut aqua diluto exhibeto: Vel myrrham fabæ magnitudine cum piperis granis quinq;, & cinnamomi tantundem. Eis uero qui ad calidam ſolidorum membrorum diſtemperaturam Arquatū referūt, lenes frictiones, exercitationesq; mediocres, illinitiones item, lauacraq; ſerio præſcribenda ſunt. Cibo alantur humectante & modice frigorifico, ſucco ptiſanæ, intyborum, ſeris, cichorij: piſcibusq;, & uino tenui aqua temperato. Cæterū de his qui peſtifera letaliq; potione, aut morſu eorum quę ictu uenenum relinquunt, in Arquatum incidunt, libro quinto mentionem faciemus. Bile uero partes circa oculos, uultusq; obſidente, naribus in balneo elaterium erui quantitate cum lacte muliebri inſtillato: quamprimumq; in embaſim, hoc eſt balnei inſeſſum collocandi ſunt, præcipiendo ne caput immergant: poſt ipſum uero lauacrum uictus ratio reſtituendis uiribus apta focillatrixq; præſcribenda. Rurſus in ſole arinum infunde. Confert item cyclamini ſuccus, pariter & marrubij, & melanthij. Acetum quoq; acerrimum laborans in lauacri ſolio conſtitutus, naribus attrahat, atq; ſic aliquandiu preſſis naribus contineat, atque ſuſpiciendo quodammodo euacuabitur.

Auruginis ex hepatis phlegmone cura.

Icteri ex calida partium intemperie curatio.

De procidentia umbilici. Cap. LI.

EMinentię procidentis umbilici cauſſam, chirurgicamq́; curationem, in libro de manu medica diſſeremus. Sed quoniam nonnulli ex medicamento quoq; in eam affectionem pręter naturã incidunt, de hac in præſentia dicendum eſt. Aluminis ſciſſilis drachmas quinq;, fecis uini drachmas octo, roſacei drachmam unam, gallarum immaturarum drachmas duas uino macerans irrigansq́;, & ad mellis redigens craſſitudinem, irrigato, & conſpergito. Extrinſecus impingens exiguam ſpongiam oxycrato imbutam, faſcia ac ligamento complectere. Aliud: Accipe teſtarum eregmi, & gallarum, & balauſtij, æquas 1
portiones, coquito in aqua: ubi uero diſſoluatur, ſtudioſe conterens, cum ſpongia, quẽadmodũ prædictum eſt, imponito. Aliud: Scobis plumbi drachmas ſedecim, cicutæ, mãnæ, ceruſſæ, hypocyſtidos cremoris, ſingulorũ drach. unã uino eliquato, ac diſſoluito, atq; eo q̃ dictũ eſt modo, utere.

Ad eos qui longo tempore manent impubes & imberbes, atq; partiũ & didymorum cuſtodias, inibiq́; etiam pſilothra. Cap. LII.

CRetam cimoliam & ceruſſam æquis portionibus alterci ſucco excipe, ita ut ſtrigmenti balneorum craſſitudinem induat: deinde inijciens olei lentiſcini quantum ſatis eſt, contunde & utere. Aliud: Cicutæ ſuccum, ſolamq́;, & herbæ apollinaris, & lupi- 2
ni tenellorum foliorum, & pſillij, æquas partes conterens, utere: loco prius terſo lotoq́;: Oportet uero laborantem ante dies hydropotam agere.

Pſilothrum demoliens pilos.

ACcipe oniſcorum domiportarum rotundarum didrachmum, ſandaraches drachmas duas, calcis uiuæ drachmas octo, aceti ueteris cyathum unum, lixiuij cucumerini cyathum unum, quibus in aulula decoctis, in balneo utendũ. Aliud: Pulueris ſeu cineris calcis medimnos duos, auripigmenti tantundẽ, cretæ cimoliæ medimnũ unũ, coquito in aqua, ceu proditũ eſt utere. Aliud: Simplex & inodorũ, cineris calcis xeſta una, ſandaraches uncia una elixetur, quemadmodũ indicauimus, atq; uſui, quũ 3
res exiget, adhibeat̃. Cęterũ atricha in ophthalmicis memorata ſunt ſuprà.

De bubonocele, & enterocele, & hydrocele, herniáue. Cap. LIII.

QVum diſrupto quidẽ peritoneo inteſtina delabuntur, nimium ſanè curatu difficiles ſunt: quũ uero extenſo peritoneo laxum redditur inteſtinum, ſanabiliores. Puerulis magis tanquam humidis accidunt, & plerunq; abſq; manu medica impoſitu medicamentorum & accommoda ligatione, curãtur. Verum ſuppetijs poteſtatibusq́; ſubſcriptis utendum. Hoc duntaxat neminem lateat, quod huiuſmodi affectiones, alioquin cognatæ, ſolo loco diſſident, diuerſamq́; ſortiũtur appellationem: nam ſi in inguine ſubſederit malum, βουβωνοκήλη, hoc eſt inguinis 4
ramex: ſi autem in ſcortum iam deſcenderit, γατροκήλη, id eſt inteſtinorũ ramex appellabitur. Mali igitur granati corticis drachmas decem, gallæ immaturæ drachmas quinq;, coquito in uini auſteri cyathis tribus, mollificandoq́;

doq; imponito, confricando prius inteſtinum, & gelida antea aqua conſpergendo, diſſolue per dies decem, manente in lecto eo cui medetur diebus triginta, bibatq; cupreſſi decoctum cum uino, aut galbulorum cupreſſi triobolum in cramate, hoc eſt uino plus ſatis diluto. Hoc uero medicamentum pueris confert. Aliud: Alterum ſane quod imponi poteſt ex eorum numero eſt, quæ Græcorum medici ἀνακολλήματα uocant. Conſtat ex ſymphyti radice, marrubij cremore, amygdalis amaris, cōmeos, æquis portionibus. Aliud: Accipe terebinthinæ reſinæ unciam unam & ſemiſſem, ceræ, thuris, myrti, glutini piſcium, quã ichthyocollam dicunt, cochliarū cum teſtis, ſingulorū unciam unam: cæterū ichthyocollam in aceto per triduum macerato. Aliud: Pilularum arboris cupreſſi unciam unam, gallarum tantundem, corticum mali punici ſemunciam, glutini taurini (quod ταυροκόλλα dicitur) quadrantem, mannæ, thuris, unciæ ſemiſſem, ſymphyti tantundem, cochliarum cum teſtis unciam unam. Galbulos & mali granati cortices uino aſtringente coquito quamplurimū, & eliquato magis reliqua, & excipiens utere. Aliud: Aloës, corticis mali Punici, thuris, hypocyſtidis ſucci, glutini fabrilis, picis bituminis, ſingulorum unciam unam & ſemiſſem, uini dulcis quantū ſatis eſt. Alterum pluribus modis confert etiam abſolutis, non tamen inueteratis: habet chryſocollæ (id eſt auri glutini) taurocollæ, ſarcocollæ, ichthyocollæ, lapidis gagatis, lapidis hæmatitis, rhu Syriaci coriarij, acaciæ, ſingulorum unciam unam, lapidis pyritis, apyri, magnetis, aluminis ſciſſilis, mannæ, thuris uniuſcuiuſque unciam unam, picis Brytiæ quincuncem, cochliarum cum teſtis unciam unam, helcyſmatos uncias quatuor, gallarum unciam unam, ſquamulæ ſtomomatis unciam unam, æris tantundem, bituminis uncias ſex, myrſinati quantum ſatis eſt, uino adſtringente arida excipens & amolynto, utere. Quod ſi autem decumbere nequeant, triangulari eos faſcia ac uinculo craſſiore & potente cōſtringere atq; coagulare inteſtinum, abſq; periculo ligato. Auertantur nutrimenta quæ flatum inducunt, & uini copia, perpetuaq; balnea, & motus intenſus: uerbi cauſſa, curſus, ſaltus, uociferatio, atq; id genus pleraq; alia.

De Hydrocele, & quomodo euacuandus ſit humor.

HErniæ aquoſæ medendæ compoſitiones quæ ſequuntur maxime expediunt. Accipe piperis grana centum, baccarum lauri octoginta, nitri drachmas decem, ceræ drachmas quadraginta, olei cotylæ ſemiſſe excipiens, utere. Alia compoſitio utiliſſima: Floris Aſij lapidis drachmas ſex, uuarū paſſarū ab acinis mundatarū libras duas, cymini Aethiopici drachmas octo, nitri rubei tantundem, trita & leuigata impone, fouens ſero ac mane: Non deſunt uero qui ſulphuris quoque drachmas octo adijciant. Alia: Calcem aqua non reſtinctam ſtrigmento balneorum excipito, atq; cum cerota imponito, & pauculum nitri calci uiuæ miſceto. Alia: Radicum braſſicæ deuſtarum cinerem adipe ſuillo uetere eliquato excipe: diſſolue uero cōfectionem tertio quoque die. Cæterum ad non admodum

magnam aquæ collectionem,utere malagmate iſto : Sumantur ceræ libræ
duæ cum ſemiſſe,picis unciæ quatuor, guttę ammoniacæ thymiamatis un-
ciæ totidem,aluminis liquidi ſeſquiuncia: Cõducit autem & διαχυλῶν,& re
liqua quæ cogendi & quaſi ex alto in ſuperiorẽ exteriorem'ue partem euel
lendi & attrahendi poteſtate regnant.

De inflammatione didymi,& ſcroti,atq; aliæ quædam eorundem affectiones. Cap. LIIII.

SCorti quidem (quem ὄσχεον Græci uocant)inflammationem de-
prehendes,propterea quod ad primum ſtatim manus attactum
dolore languentes afficiuntur,quodq; feruorem ac duritiem in- 1
tenſam præferũt. Didymo uero inflãmato, ad ſuſpenſæ manus
palpitationẽ minime dolitant:uerum illiſis impactisq; digitis,& rubor atq;
duritia ipſius in ſuperficie minor uidetᷓ: durities uero illa alliſu innixuq; in
imo profundo obuiat,& febris nõnunq; oboritᷓ. Proinde peculiariter qui-
dem didymorum inflammationibus conuenit ſanguinis, ſecundum malleo
los ſecta uena, detractio : Communiter uero omnibus cataplaſmata & ce-
rotæ expediunt. Cataplaſmatis itaq; modo farina fabacea cum uuis paſſis
pinguibus ab acinis purgatis , in uino plus ſatis aqua temperato (quod
κρᾶμα Græci uocant) decocta , cymini aut aſphodeli radices coctas & eli-
quatas miſce : tenuiſſimum farinæ pollinem eodem omnino modo empla- 2
ſtri inſtar adglutinato:aut ſemen lini in cramate:aut fœnogræcum in aqua
mulſa:aut liliĳ radicem in mulſo,aut fece horni ſeu recentis uini cum tenuiſſi
mo farinæ floſculo,quam παιπάλην gręce nuncupant : aut ſenecionẽ (quam
Græci ἠριγέροντα dicunt) herbam:& corianũ uiride cum uuis paſſis,electis
atq; adeò demptis acinis. Quod ſi ingens fuerit ardor & incendium (quę
πύρωσις appellatur à Græcis) folia alterci cum farina tritici , aut cicerum
cataplaſmatis modo impone : ſiue calami odorati folia : aut cucurbitam
(quam κολοκύνθην nominant)crudam. Quod ſi longa diuturnaq; ægritudo
conſtiterit cum duritia,cucumeris ſylueſtris radicem in mulſo elixato,atq;
eliquatam contritamq; cum lolleacea farina haud aliter quàm cataplaſma 3
impone. Verum in illo nihil minus eſt ſubſidĳ, quod accipit uuarum paſ-
ſarum demptis acinis quincuncem, cicerum efferuefactorũ ſeſquiunciam,
cymini unciam unam , ſulphuris uncias nouem , reſinæ uncias treis cum
ſemiſſe,quibus ſingulis contritis & eliquatis cum melle & cataplaſmate,in
hac affectione utere. Cerotæ uero quæ ad rem faciunt eiuſmodi ſunt : Olei
cyathum unum , colophoniæ uncias ſex , plumbaginis mymini , uuarum
paſſarum , fabaceæ farinæ, ſingulorum uncias quatuor,ceræ uncias duas:
Plumbaginẽ cum oleo decoquito uſq; ad aliquantulam craſſitudinem con
cretionemq;, deinde tandem adĳce ceram ac reſinam , & tollens ab igne
tepidum,uuis paſſis maceratis, farinæq; infundito. Aliud: Olei ane- 4
thini & roſacei, ceræ, reſinæ piceæ , ſingulorum quincuncem, cymini un-
cias duas cum ſemiſſe,ſtercoris aſinini unciam unam & ſemiſſem, contere
cum aſonide cyminũ, & refrigeratam cerotam miſce & mollefacito, dein-
de

Si longa ægritudo cum duritia.

de indito in linteolo utere, deſuper lanam imponẽs: Oleo omphacino, ſiue butyro, & reſina æquis portionibus utitor. At ſi ex ſudoribus hulcera in ſcroto naſcantur, gallam maceratam tritam'ue aut alumen inſere pinguedini & bili hircinæ, & ſcrotum circumlinito. Cæterum ad accenſos didymos cretam cimoliam cum aqua præilliniens, ſinito areſieri, calidaq; aqua abluito, myrtum aridam, ſmirnijq; perexiguum friatum emplaſtri ritu imponito. Iam uero excreſcentis carnis didymorum uitium (quæ ἐκσάρκωσις dicitur) ſanat cinis uitis centurionalis, nitro & aqua maceratus, cataplaſmaq; inde factum & applicatum. Quod ſi prurigo ſcortum adiacentesq; partes infeſtat, nitrum, ſtaphidam ſylueſtrem, alumen liquidum aceto eliquato, atque cum roſaceo in balneo illinito: A lotione poſtremo oui albore cum melle pruriginoſam partem perungito.

Ecſarcoſis didymorũ cura.
Prurigo ſcorti

De incõtinentia prolifici ſeminis & libidinoſis inſomnijs, quorum alterum quidem uitium γονοῤῥοίαν, alterum uero ὀνειρογμὸν græce nuncupant. Cap. LV.

GOnorrhœa eſt nimia præter uoluntatẽ genituræ profuſio, quæ continuo abſq; pudendorum intenſione, ex imbecillitate retentricis potentiæ naſcitur: cui ſanè obnoxij in quiete ſeruãdi ſunt, contegendo interim cum lumbos, tum ephebæa, quod eſt pubem ac pectinem. Exhibeatur conſtrictionis gratia uinum, & melinum, & œnanthinum, hoc eſt ex labruſca: deinde uero fiant cataplaſmata diaphœnicon, malorum, œnanthes, acaciæ, hypocyſtidis, rhois, atq; id genus aliorum. Collocandi ſunt inſuper in lentiſci, rubi, atq; conſimilium elixationibus in uino, uel etiam aquis. Alimentis præterea utendum eſt ſiccificis. Poſt prima deinde tempora in exercitatiuam inſtitutionem ducantur, quo totum corpus, & languentes partes in ſanitatem perducantur. Porrò de his quæ ad ſeminis abundantiam attinent in ſalubribus, ſatis primo uolumine diſſeruimus, ubi & ſuper his quoq; qui in Venerem congredi ac futuere nequeunt, ſcriptum eſt. Cæterum ad Veneris inſomnia, libidinisq; in ſomno imaginationes, quos Græci ὀνειρογμοὺς uocant, contulerit grabatum frigidius, decubitusq; corporis in latus dextrum, ſiue læuum: profuerint etiam cuncta medicamenta frigorifica lumbis natibus'ue ſubillita: cuius farinæ ſunt, corianũ, & cicuta, & ceruſſa, quæ pſymmithiũ appellatur, necnon portulaca: omnia uero quæ in hunc uſum adhibentur, acetum admixtum habeant.

Onirogmi curatio.

De Satyriaſi, id eſt ueretri palpitatione & inflatione. Cap. LVI.

SAtyriaſis eſt pudendorum palpitatio, phlegmonoſam quandam ſeminalium uaſorum affectionem, arrigente & intendente interim ſe hominis genitali, ſequens: & niſi leniatur ac deſinat palpitatio illa, in languorem & reſolutionem (quam πάρεσιν dicunt) ſeminariorũ uaſculorũ euadere & graſſari id malũ cõſueuit, aut neruorum diſtentionem ſpaſmum'ue inuehere, atq; deinde quamprimum necare, nõ ſine alui tumore, frigidoq; ſudore. Rara uero auis hic morbus eſt,

Sine Cerere et Baccho friget venus.

& mulieribus pręcipue. In cuius curatione cõfeſtim ſecanda uena eſt: Educatioq; tenuis, menſaq;, ut ſic dicam, canina ita languentis eſto, & cotidie quidẽ minime gentiũ ualide, ſed quiete agendũ. Antecedit utilitate longe cuncta alia in ueretri inflationis, palmiq; curatione, beta, & malua, & mercurialis herbæ puſillũ, & ius cochlearũ. Probantur etiam ſimplices clyſteres. Ea uero quę lotij ciendi poteſtatem habent, prohibenda. Prodeſt item lumbis natibusq; frigorifica applicare: uerbi cauſſa, ſolani cremorem, aut portulacæ, aut alterci, aut cicutæ. Penem præterea adiacẽtes q; partes blandis admodum refrigerantibus oblinire expedit: puta ſpuma argenti, creta cimolia, ceruſſa, aceto eliquatis in aqua, aut uino dulci, aut ſiræo. Supinum quieſcere pernicioſum eſt: nympheæ radix, & iris, & adiantum, rutæq; cremor, cum ei qui genitali profluuio, tum qui ueretri palpitatione laborant, potanda ſunt. Alimentũ inſuper his parca manu ſuggerere, ſitimq; tolerare confert. Perſeuerante aũt diutius languore, inciſa ſumma prius cute ſcalpello, cucurbitulę ſunt adglutinandę. Quod ſi multitudo exurat, & hirudinibus euacuãdi ſunt, & aluus deniq; cataplaſmate farinæ hordei perliniatũ.

De Priapiſmo. Cap. LVII.

PRiapiſmus uitium penis eſt, quo membrum genitale iugiter in longitudinem & in gyrum latitudinem'ue explicatur: Turget enim nullo ueneriorum ſtimulante deſiderio. Inflatio uero euidens eſt, quum uidelicet ea corporis pars ſpiritu turget. Fit aũt ex humoribus tenacibus craſſisq;, cum calore mediocri. Perſpicuum ſanè eſt, quod in eo malo membra calfacienda non ſunt, ſed rebus frigidis appoſite occurrendum, roſacea nempe cerota cum aqua diſciſſa: & ex chamæmelo coli quoq; & lumbis epithemata ſunt imponenda: medicamenta extenuatoriæ uirtutis inducenda, abſq; calore manifeſto: magna item utilitate adhibentur quę naturaliter operantũ, ἀπὸ τῆς πείρας dicta. Potare nympheam expedit: atq; ſemẽ uiticis, rutæq; uiridis obſonijs admiſcendũ. Hoc tamen neutiquam exhibendũ intra mali ſtatim eſt primordia, quoniam calfacit nimium: ſed poſterius poſt uſum aliorũ attenuãdi poteſtatẽ habentium. Euacuatione uero utendũ, eaq; uomitione machinanda: nam per inferiorẽ uentris ſtillant ſępenumero uicinę partes. Exercitationes pręterea frictionesq; ſunt eligendæ, propter ſpirituũ diſtractionẽ. Venus nemini proxime memoratis ægritudinibus obnoxio cõgruit, præterq; in quibus propter coitus abſtinentiam, ſeminis redundantiam aliquam coniecturamus.

De ignauis corporis partibus, rebus gerendis ineptis. Cap. LVIII.

QVicunq; hoc morbo oppreſſi tenentur, nulla libidine, nulloq; deſiderio ſtimulantur in Venerem, & animo deiecto ob id, triſtiq; omnino ſunt. Horũ aũt ratio, partium eſt παράλυσις, hoc eſt diſſolutio, aut ſeminis genitalis inopia atq; defectus. De genitura igitur ſanorum in primo uolumine qui de tuenda ſanitate agit, ſimpliciq; medicamentorũ uirtute eorum, qui impetu quodam feruntur in libidinem, docuimus. Valentiora in præſentia ponenda ſunt. Communi itaque curatio-

curatione, in hoc quoq; affectu ijsdem remedijs indolorijs, quæ ἄκοπα græce dicunt, utendũ ducito. Priuata uero curatione & quasi peculiariter huic languori dedicata, stellionẽ crematũ leuigato, deinde oleo adiecto, magnũ dextri pedis digitum oblinito, atque tum quidem in Venerem congreditor. Quod si quiescere iam, ac cessare uoluerit, digitum lotione purgato: sed medicamentum illud è stellionibus lacertis'ue commixtum, ualde efficax habetur. Potionandi uero sunt intensiuis seu entaticis, cuiusmodi primum fuerit illud: Piperis, coriani, petroselini, ramenti pudendi ceruini, terebinthinæ, æquas portiones melle excipito. Aliud: Accipe cicerum crudorũ conariorũ, singulorũ uncias duas, erucæ piperis uniuscuiusq; unciã unã, quæ melle excepta, didrachmũ cum uino exhibeto. Satyriaca item appellata in hac affectione constitutis cõgruit, & id genus alia innumera. Cõsiderãdæ præterea sunt aliæ quoq; lãguoris caussæ, & mutuo inter sese inferẽda reparatio, quasiq; afflictarũ partiũ in integrũ restitutio erectioq;.

De his quæ pudendis, sediq; adnascuntur. Cap. LIX.

HVlcera quæ genitalibus, sediq; adnascuntur, si citra inflãmationẽ fuerint, arefacientibus medicamentis indigent: cuius generis sunt, compositio ex charta combusta, & anethum crematum aridum, & cucurbita (colocynthe appellata) deusta. At si hulcera arida, & absq; omni humore, recentiaq; extiterint, aloë quoq; præsenti est remedio, arida quidem & puluerulenta cataplasmatis modo impacta. Omnium uero maxime indolorium existit, neq; uel tantillum inefficacius medicamentũ præstat pompholyx. Quod si humoris plus hulceribus adsit, piceæ cortex per se, & lapis hæmatites, primas curandi partes obtinent. Si uero quod altius foramen, aut profunditas aliqua cum prædictis copulet, manna utendũ. Noma autẽ infestante, cataplasma fiat ex lenticula cum corticibus mali granati: coraco præterea ex oxymelite cognominato utendum, necnon bithyno, atq; ipso etiam διὰ χάρτου. Quin si rimæ, quas Græci ῥαγάδας uocant, uel naturalia, uel sedem arent, medebitur illis resina fricta cum rosaceo cõtrita, ita ut lubricum atq; uiscosum reddatur, admixto oui putamine, & opio: siue hederæ folijs aridis crematis, cinis eliquatus cum rosaceo, in plumbeo mortario, exhibeatur. Adhæc ex œnolæo constitutus pastillus, necnon lithophrygiũ, modis omnibus frugifera atq; peraccõmoda putato. Et ad rhagadas quoq; quibus cutis dehiscit, & sordida putridaq; circa ani coronam hulcera, præsertim quæ detrahi quasiq; desquamari nequeunt. *Rhagadum curatio.*

Alterum simplex, & acuties hebetans & retundens.

ACcipe cadmię, & piperis uncias duas, rosarũ abiectis folijs uncias sex, quorum farinam insere, abluens prius apio. Cæterum ad condylomata quæ in extrema ani corona, aut naturalibus insurgũt, illud conducit: Sumito chalcitim, hyssopũ, medullam ceruinam, rubi folia, æquis portionibus cum cerota, & œnelęo consimiliter. Quod si autem circa colem intra uerendorũ foramen abditum hulcus insurgat, deprehenditur ex puris aut

ſanguinis citra mictionem, euacuatione. Cui malo medendo præcipuum quidem locum habet, ſi mulſo aqueo abluantur: proximum uero ſi lacte fiat ablutio: ab hoc collyrium aſteris lacti utiliter commiſcetur, ſeu albus paſtillus: uel διὰ λωταρείων orbiculum in pilam plumbeam mittito: uel pennã etiam intingens perungito: deinde tenuem panem ſubcineritiũ illitum imponito. Omniũ autẽ probatiſſimũ eſt, q̊d cõſtat ex gallę, & pompholygis, amylíq;, ac aloës æquis portionibus, roſacea & arnogloſſi cremore eliquatis.

Ad pudendorum dolores.

SI ea humani corporis particula quæ uerecunde nominari non poteſt afficitur, butyri ac reſinæ æquas partes ſcite ſubactas liquefactasq́; emplaſtri more illinito, aut ſeminis lini cremore, myrrhę & reſinæ frictæ tantundem macerato, atq; imponito. Atqui ad colem uerendũ'ue turgidum, mollium foliorum uitis drachmam unam, ceruſſæ drachmas quinq; contritas cataplaſmatis modo impone. Vtere præterea conſperſione & fotu marinæ gelidæ, atque ceſſabit dolor, reſtitueturq́; in integrum penis. Porrò

Thymi hulcera.

autem thymos hulcuſcula uerruculas'ue in hominis genitalibus & ſede ſanat, neq; recreſcere, neque repullulare quidem ſinit cinis pampini, ac uitis, quod græce κλῆμα nuncupatur, cum aceto cataplaſmatis inſtar impoſitus: corticis item ſalicis deuſti cinis. In uniuerſum aũt (ut paucis expediam) nõ tam thymus q̃ formica, ſed & uerruca (quæ ἀκροχορδὼν appellatur) pariter medicamentis quidem ualidæ ac nimium exhulcerantibus cõuelletur, erodentibus uero enecabitur atq; areſcet. Priuatim autem elaterium cum ſalibus impoſitum id mali compeſcit: groſſi, qui græce olynthi dicuntur, cum aceto & nitro atq; farina: ſuccusq́; fici illitus: Smaridis item piſciculi caput muria ſaléue ſalſum & cõbuſtum: Rubigo cum ſulphure uiuo ignem nondum experto cremata: tithymalli cremor illitus: ocimi folia cum atramento ſutorio: aut heliotropij maioris fructus unà cum uino cataplaſmatis more adglutinatus.

Ad inflammationem ani, orbísq́; eius.

SEdi, quam dactylion dicunt, inflãmatæ ita ſubueniunt: Ceruſſæ uncias quatuor, pompholygis unciam unã, aut cadmiæ tenerę, thuris unciam unam, ſucci ſereos cotylam unam, dimitte puſillum, ſuccum inijciens donec conſumatur: deinde facta ex ceræ uncijs duabus & roſacei libra una cerota, eradendo cõmiſce, acriterq́; & bonis (ut ſic dicam) lateribus ſubigens ac mollefaciens. Immitte autem & διὰ πυουλκοῦ, atq; ſuperne illigato. Confert autem iſtæc compoſitio non huic modò phlegmonæ, ſed rimis quoq; in corona ani uerendisq́; cum inflammatione enatis: necnon cum ignito quaſi feruore, aut cum morſu quæ in ſede exurgũt hulcerationibus.

Ad ignitos ani rubores, quæ eryſipelata dicuntur.

HVlcera ſedis quæ ſuper inflãmationẽ rubor ambit, hiſce curanť: Sumito cõfectionis è ſuccis librã unã, roſacei quantũ ſatis eſt, panis puri lib. unã, croci unciã unã, opij tantundẽ, cæterũ crocus & opiũ paſſo macerenť, panis uero aqua irrigeť: deinde eliquatis iam iſtis, illa quæ ex ſuccis fit cõ-

poſitio

positio διὰ χυλῶν appellata immittitur, atq; rosaceum, subigitur item, euaditq; liquidius. Facit autem ad calidas etiam podagras. Aliud: Conducit etiam plurimum ad inflammationem dactylij, cerussa uino & rosaceo in parua pila plumbea, & cocleari plumbaceo contrita & illinita: Aut cerussa, & oui albore cum rosaceo in ipso mortario, quoad lentorem induant quassatis, erysipelata quæ in sede & adiacentibus partibus insurgunt, perungito.

Hedricum ad ingentes dolores.

MOllium foliorum alterci, foliorũ item tenerorũ portulacæ, micarum in uino irrigatarum, luteorũ ouorum assatorũ, æquis portionibus, rosacei quantum satis est, postquam foueris locum affectum rosarum & meliloti decocto, cataplasmate curato.

Hedricum utilissimum credendis dactylij inflammationibus, & ad eminentias quas ἐξοχάδας nũcupant.

ACcipe cerussæ, spumæ argenti, guttę ammoniacæ thymiamatis, bdellij, singulorum diobolos sex, terebinthinæ unciam unam, cerę unciam dimidiam: hæc arida contundito, cremoreq; strychni, herbæ apollinaris, aut portulacæ liquefacta, miscens excipe: ubiq; liquidius ac mollius effeceris rosaceo, usui quum res monet, adhibe. Porrò Phicotyche medicamentum, & ex lamina plumbea, medendis dactylij inflammationibus factum est: & ipsius quoque διὰ τῶν λωταρίων, necnõ ex alicaccabo, diarodosq; pastilli admirandam laudem inter hæc, quæ tum sedi affectæ, tum naturalibus adhibentur, meruerunt.

Medendis exochadibus dactylij, id est ani orbisq; eius.

QVod si exochades quidem inflammentur, erit prædictis communiter utendum, priuatim uero hoccine pastillo: Cerussæ quadrantem, pompholygis unciam unam, spumæ argenti uncias duas, mastiches scrupulos treis, alterci succo excipito. Si uero absq; inflammatione infestent, cupressi pilularum crematarum cinerem uino antea ablutum, insere: aut aridę cucurbitæ corticis deusti, aut ossium dactylorũ (qui græce φοίνικες appellantur) cinerem compari planè ac persimili modo: aut testarum ouorum, fœniculiq; cinerẽ: aut foliorũ mali Punici cremorẽ æquali uino albo cõfundens, adundato & allue diebus utique septem. Cæterum ad exochias eminentes quæ in callum obduruerunt, calcem & auripigmentum cum acriore aceto dissolue. Magnam quoq; efficaciam habet, si in sole perungas.

De hæmorrhoidibus.

QVod si hæmorrhoides quotidiana destillatione manantes plus quàm par sit euacuent, aquescere paulatim corporis habitũ faciunt, praueq; atq; maligne etiã sic affecti saginant: nam cibi beneficiũ nõ sentientes tabescunt. Periculũ uero atq; noxa plerũq; copiosam sanguinis eruptionẽ (quã αἱμοῤῥαγίαν dicũt) sequit, perinde atq; sanguine etiã omnino undiq; coërcito maioris mali caussam sæpe inducit. Quocirca earũ curatio difficilis est ma-

gniq; laboris. Proinde plures quũ ſtillicidij modo fluunt hæmorrhoides, excepta una, cuius ſanguis purgationis gratia non coërcetur, reliquas claudere expedit. Nonnullæ uero ſunt ſuperiores interiores'ue, quàm ut oculis appareant, atq; ob id quidem ægerrime curantur, ſed cæcæ penitus ſunt, neq; ullus quidẽ ſanguis effluit, grauiore uero quàm aliæ dolore cruciant: his igitur cyclamini ſuccum inunge, atq; reſerabuntur. Cæterum illis quæ ſine modo nimium exhauriunt, hiſce quæ ſequuntur ſuccurrendum eſt. In aquæ cotylis octo acanthes ægyptiæ, foliorũ ſambuci, artemiſię, ſingulorũ unciæ quinq; elixentur uſq; ad medietatis conſumptionem, & herbæ ſideritidis unciæ quatuor: quibus decoctis herbæ porriciunt, aquæ uero Aridum illud cõmiſcet: Accipe metallici atramẽti (quã græce melanterian uocant) rotũdi drachmas octo, ſpumæ argenti drachmas quatuor, gallæ quadrantem, miſyos drachmas duas, ſereos tantundem: In elixatione ſoluens Aridum, hæmorrhoides ea ſepties in die cõſpergito. Poſtera uero die pari eodemq; modo alteram confectionem ęqualis omnino ponderis inſpergito. Tertio item die conſimiliter. Quod ſi etiamdum reliquum quippiam permanſerit, quarto die acu compungito, ſi ſentiat, aut ſanguinem emittat. Itidem facit & ipſa decoctio: cæterum aridi illius ſemiſſem admiſceto. Vbi autẽ aſperſeris, Arido quoq; accendito, quò exacte planeq; deurantur: ob inflammationem uero panem cataplaſmatis more imponito. Aliud: Panem purum in garo (quod liquamen ex piſce eſt) primario, tingens ac macerans, in aulula inani cremato, atque eliquans uino prius ablutum cataplaſmatis inſtar adglutinato, & id quidem ad exochadas quoq; egregie conducet. Aliud: Accipe ſereos (quod cichorium quidam nominant) drachmas duas, chalcitidis drachmam unam, miſyos tantũdem, atramenti ſutorij drachmas treis, ſchiſtes drachmas nouem, æris deuſti drachmam unam, melanteriæ drachmam unam, utere arido. Alimenta præterea nimium quidẽ inanitis, pauca, & ab excremẽtis aliena cõueniunt, & quæ arefaciendi conſtringendiq; poteſtatem continent, è quorum numero eſt, lotus chondrus ex poſca, oryzaq; & halica: atq; ex holeribus intyba, & cichoria, & portulaca: ex uinis autem quæ adſtringunt & ſtipant. Porrò autem in hæmorrhoidibus excæcatis contraria his congruit educatio: cũprimis uero loliginum piſciculorum (qui Græcis τολβίδες uocantur) & ſepiarum, ac polyporum, torpedinisq;, & ſelacharum qui ſquamis deſtituuntur, eſus, pulchre admodum competit: perturbant etenim hæc ac territant ſanguineum humorem. Et quę menſium deniq; alliciendi attrahendiq; uim obtinent, cæcis hæmorrhoidibus expediunt.

Hæmorrhoides cæcæ.

Quæcunq; menses prouocant, hæmorrhoidibus cæcis expediunt.

Ad procidentes anos.

ERices fructus, gallarum, ceruſſæ, acaciæ, hypocyſtidis ſucci, piceæ corticis, thuris, myrrhæ, aminææ, æquis portionibus aridis concinnato cataplaſma, ablueñs prius uino auſtero. Aliud: Sume recremẽti plumbi, rhu Syriaci, ſingulorũ unc. octo, floris roſarũ drac. iiij. myrrhę, aminęæ drac. ij. utere

utere quemadmodum superiore. Aliud: Accipe piceæ corticis, mannæ, spumæ argenti, uniuscuiusque drachmas octo, aridorũ galbulorum, cupressi, plũbaginis, singulorũ drach. duas, utere, ea quę prędicta est ratione: Lotiũ item languẽtis adhuc calidũ cõspersum, procidentiæ sedis opitulatũ.

De his quæ mulierum locellos infestant morbis, & primitus de menstruorum purgatione.

PLerisque sanè puellis anno decimoquarto mensium expurgatio primũ incipit: paucis admodũ ante annum tertium & decimũ, aut duodecimũ muliebria proueniũt: plurimis uero post annum decimũquartum tandem prorũpunt. Tempus aũt unicuique purgationi statũ non est: plerisque etenim per biduũ aut triduũ: maximæ uero parti quinque dierũ spacio menses excernuntur: aliæ usque ad septimũ: paucæ raræque sunt, quæ ad duodecimum usque diem huic profluuio iugiter obnoxiæ expurganẽ. Sistuntur aũt huiusmodi muliebres denique expurgationes, partim quidẽ anno ętatis suę quinquagesimo, partim uero, quanque ea rara sit auis, nõ ante annũ sexagesimũ: nõnullis à septimo statim ætatis, ut ita dicam, lustro, & potissime bene curata cute ac præpinguibus, desinere atque omnino cessare menses cœperunt. Quando igitur lente ęgreque ea purgatio procedit, circa prothesmiã certum menstruorũ terminũ, laua, potionatoque uel sisamo, aut porro capitato, cum pipere, & ruta in hoc ipsum decoctis. Reliquus potus ex passo fiat cretico. Bibẽs aũt huius potionis ea affectione oppressa cotylã, deambulãdo cõmouebit menstrua. Manducet uero loligines, sepias, polypodas, & quæcunque id genus sunt: nam sanguinem turbandi proliciendique potentiam habent.

De mensium mora & cessatione. Cap. LXI.

QVæ singulis quibusque mensibus mulieres repetit purgatio, supprimitur quandoque uniuerso quidem corpore incommoda ualetudine affecto, interdum uero locellis modò earundem priuata ægritudine uexatis, propter loci illius frigiditatem, aut plagam, aut distemperantiã oborta, uel acquisititiã afflictionẽ, ut plurimũ uero ex abortionibus, & propter principem aliquã corporis partem, propria passione afflictam: uerbi caussa, iecur, aut uentriculum, aut pectus quẽ græce θώρακα dicũt, aut aliquid eiusmodi, quæ in diuturno accidũt morbo. Suppressa uero muliebris ista purgatio, multarũ & diuturnarũ ęgritudinũ caussa fieri consueuit. Quum igitur ob aliquam interaneorũ primariã affectionem abscinditur, aut remoratur muliebris purgatio, nihil neque præstantius neque utilius, quàm membri statim peculiari uitio mederi, atque post hæc uuluã sui muneris admonere. Horum autem notionem in superioribus recensuimus. At ubi nihil horum quidem adfuerit, perspicuũ est per se, & non per consensum matricem affici. Si itaque neque ætas, neque habitudo corporis, neque aliud id genus prohibuerint, sanguis per uenã detrahendus est, non ante tamen præscriptum mensium diem. Progressu uero temporis adijciantur dies decem. Auferatur uero non plus duabus libris cum dimidia, neque etiam minus una siue uenam secabimus,

siue hiera quidem ex colocynthide purgabimus, duarum drachmarũ pondus in melicrati cyathis sex potui præbentes: Quod si febris pariter infestet, hiera quidẽ utendi locus non est. Opportunũ uero fuerit in primis statim diebus febris, sanguinem detrahere: cæterum post purgationem recreandi refocillandiq; sunt ad perpauculos aliquot dies: procedẽte aũt deinceps tempore, eo malo oppressa exerceatur deambulationibus, frictionibusq;, atq; lauetur. Alimenta porrò congruunt belle instructa, riteq; disposita, & humida holera ac dulcia cuncta, pisces saxatiles, aues teneriores, & lacti potatio, confectiones ex melle quæ μελιττώματα græce dicuntur, uinum tenue, colore candido, non admodum uetus: Non probantur carnes, neq; legumina, excepta ptisana. Vbi autem præfinitũ purgationis tempus pro foribus iam constiterit, desquamatos pisces marinos, & ceu dictũ est, molliores, quæ μαλάχια uocantur, & quæ cutis modo integũtur testa, unde illis græce nomen ὀστρακόδερμα est inditum, necnon porra capitata, cum ruta ac pipere elixa sumant: ius quoq; eorundẽ bibant. Probat̃ item inferiorũ corporis partium arctior cum ligaminibus, ad treis uel quatuor dies constrictio: auspicante uero iam stata muliebriũ hora, adimat quidem compedes, sed potetur myrrhæ obolus, aut fabæ quantitas: aut castorium ex passo, uel melicrato, artemisiæ'ue decoctum: aut saluiæ post balneum ex passo & absinthio. Vinum uero absinthite ad omnem curationẽ propinetur: Progrediente uero prothesmia, hoc est solenni purgationis tempore, si ne tantillũ quidem, uel nihil memoratu dignum, operæq; precium excretũ fuerit, sub malleolis sanguis detrahẽdus est, auferaturq; affatim. Cæterum post diem septimũ siue octauum, purgatione cum hiera utendum: Et post quartum deinde diem, dropace unguento circa pectinẽ, lumbos ac fœmora ęgrotãs illiniatur. Aquã uero bibens per triduũ, cataplasmatis modo imponat sinapi cum ęqua portione panis macerati, usq; ad tempus ęquinoctij: deinde lauet: mox uero sequenti mense ficus aridæ pro pane admisceant̃ in elixationem fœnogræci, maluæq; & pulegij, rutæ, ac artemisiæ. In sinum porrò ipsum infundatur susinum, aut amaracinum: & pessus apponat̃ ex medicamento è nouem rebus cõstante, & ob id γυναικοφάρμακον nomen obtinente, aut olibanius. Est autem pessulus lana pectita, & quodcunq; aliud teres digiti humani speciem pręferẽs, in quo medicamẽta sustinentur. Hæc quidem curatio plerisq; satis fuit ad ciendas muliebres purgationes. Verum si ualidiora uehementioraq; res ipsa postulat remedia, hæc fuerit eorundem materia: Iris Illyrica (quam uulgò Romani gladiolum dicunt) pota cum uino, cyperi radix, græce cyperis nũcupata, ari radix, & casia, rotundi odorati iunci (quem Græci σχοῖνον dicunt) flos, nardus, helenijq; radicis decoctum, & myrrhæ fabuli græci magnitudo, cum passo in dimidiato cyatho poscæ, & dictamni elixationis cyathi duo, & gutta ammoniaca, & sagapenũ. Cæterum quæ nimia anxietate stomachi torquentur, opopanacis exiguum in pilulas redactum, & in cocto melle irrigatum & eliquatũ. Sed & consueta quædam nobis semina, muliebria ciere nata sunt. Cæterum inferiora & minoris

Victus mulierum quibus suppressi sunt menses.

πεσσός.

noris efficaciæ ſunt: fœniculum,cyminum,apium,daucus Creticus,ſeſeli, aniſum,ciceres,& cercides,& omnia quæ ad mingendum cient. Proſthe- ta præterea (ſunt autem ea medicamenta quæ molliore lana excepta,mulie rum naturalibus ſubijciuntur & condiuntur) quæ menſes ciendi munus ſubeūt,ex his conſtant:myrrha, abſinthio, aut lupinorū elixatione eliqua- ta,ſeu rutæ ſucco contrita, bdellioq; non abſimiliter. Styrax item & ſylue- ſtris oleæ gūmi,ſuccus'ue rutæ cōpari modo, uel ariſtolochia longa in col- lyrij,hoc eſt glandis formam affabre facta & cōcinnata. Cōſimili præterea eodemq; modo centaurij grandioris radix,aut ueratri,aut liquor ſcammo- nię,& colocynthidos,medulla per ſe,& artemiſia cataplaſmatis modo illi- ta cum ruta,galbanumq;,facto inde ſuffitu,fotuq;. Quę utiq; ipſa & fœtum etiam conceptū utero elidere atq; eijcere naturæ ſuæ aptitudine poſſunt. Πρόσθετα.

De nimia muliebri expurgatione,& hæmorrhagia locellorū. Cap. LXII.

Aeterum immodice & plus iuſto expurgantur non raro mulie res, interdum quidem menſibus auctis, atq; cumulatius quàm par ſit, impetuq; procedentibus:interdum uero in iuſtæ & inte græ ętatis nouæ nuptæ partubus. Nōnullæ magna quidem ex parte ſua quoq; ſponte ceſſant. Cōtinue uero in ἐμβλώσεσι fortiter ſanguinis fit profluuium,ita quidem ut plerunq; inferat periculū. Primum igitur atq; præcipuum eſt, ut membra ab alis,& pube cōſtringantur. Dandum præ- terea eſt potui,oxycratum minime frigidum: fouendæ item conſpergen- dæq; ſunt poſca:peſſi quoq; utiliter, uel plura alioqui uellera locis ipſis ap- plicantur ex uino, & oleo,ſiue roſaceo, ſiue melino, ſiue myrtino leuigata. Chondrus porrò lotus è poſca,aut oryza,aut halica,cibi loco ſunt adhiben da. Vino ita habentes abſtinere expedit:hydromalum uero auſterum,aut omphacomeli, aut id genus quippiam conceditur. Propinandum inſuper in poſca balauſtium, ſiue hypocyſtidis, acaciæ'ue cremor, aut lycium, aut Samius aſter, aut omphax aridus, aut rheum,quod rha quidā nuncupant, aut lentis in Italico uaſe fictili crematæ cinis, aut ſeſamum in poſca macera- tum ad mollitiem uſq; & teneritatem,manducandum. Peſſuli præterea (ſic enim πρόσθετα interpretor) qui naturalibus fœminarum admouentur, mu- liebrium ſanguinis eruptiones compeſcunt,ex hypocyſtidis ſucco cōcinna ti,aut acacia cum manna aceto eliquata. Poſthæc opis plurimum,et admira tione dignū confert auxilium in eiuſmodi profuſione, ſpongia, uino aut li- quida pice irrigata & appoſita: uel deuſti ipſius cinis cum aceto, poſcáue applicatus:pari etiam modo corticis ſuberis (qui græce φέλλος appellatur) Italico uaſe teſtaceo combuſti cinis. Foris autē egregie ſubueniunt epithe- mata,quæ aſtringendi & ſtipticandi naturā habent,& ex dactylis palmæ, cotoneisq; cataplaſmata,quæ malicoria continent,aut prinobalani, aut ru- bi uirgulta,aut folia lentiſci, balauſtium, acacia, hypocyſtis, gallæ parum, alumen: ſed omnium maxime illud, taurinū glutinum,quam taurocollam dicunt,tantiſper dum eliqueſcat & diſſoluatur,poſca maceratur,deinde in linteolum pannum'ue alium robuſtum emplaſtri more impingitur & illi-

Peſſuli compe- ſcētes ſanguinē

nitur lumbis affectæ. Efficaciter quoque ac strenue admodum ad hoc faciunt emplastra etiam quæ glutinandi uim retinent: uerbi caussa, compositio Icesij, Icesios appellata, emplastrum Atheniense, melinum Indicum, atque id genus cætera. Ad sanguinis porrò eruptionem pessis utitor: gallæ interaneum tritum, & thus irrigatum aqua apponito: aut cytinos, aut dulcia mala Punica consimiliter applicato, aut seminalem leuigatam. Cæterum compositionem ad eandem rem peridoneam ita contexere cõuenit: Accipe aluminis fissilis, medullæ gallarum, succi acaciæ, mannæ, singulorũ drachmas quatuor, ouorum assatorũ putamina quatuor arida friantur, atq; eliquescant in cremore plantaginis, atq; tum misceantur. Quum aũt usus 1
atq; res ipsa monet & exigit, pesso laneo excipiantur, & intingãtur etiam in rosaceum, atq; admoueant. Quin & cucurbitulę inanes spaciosæ plerunque sub mammis adglutinatæ, tantum ut nihil desideres in contraria reuellunt. Encathisma insuper illud his qui sanguinis mensiũ eruptiones patiuntur apprime cõducit: Oxyschœni, quod est aceti rotũdi iunci odorati, capitis myrti, foliorum ramni rosarum, uirgultorũ rubi tantundem, coquens in aqua, qua insidentibus muliebria loca fœminis utiliter fouentur. Aliud: Sumantur corticis mali Punici dulcis, radicis myrti, corticis cupressi, singulorum medimni tres, gallæ medimnus unus, aquæ quantũ satis est. Iam
Metranchyton uero & per metranchyton instrumentũ ad eam rem factum, locellis succũ 2
plantaginis, aut sereos, aut seminalis, aut strychni, aut perdicij, aut psyllij, aut hypocystidis, aut acaciæ, infundito. Atq; hæc eadem per lanam, aut digitum, aut Malam organum, calamum'ue in longitudinem formatum, usq; ad os uteri indant inseranturq;. Et Andronis deniq; pastillus cum metranchyto infusus cum prædictorum succorum aliquo, aut uino adstringente, efficax & præsentaneum est remedium.

De muliebri profluuio. Cap. LXIII.

DEstillatio (quẽ ῥόυματισμὸν Græci nuncupant) est muliebriũ locellorum fluxus, uniuersi corporis expurgati. Eiuscemodi uero ideam ac speciẽ præfert id quod euacuat, cuiusmodi est humor 3
qui in corpore redũdat: aliud rubrũ quidẽ, instar saniei, aquosiue sanguinis humoris, quem ἰχῶρα Græci uocant: alterũ uero candidum à pituita prouenient: aliud aũt pallidũ luridumq;, aliud picrocholon, id est amarę bilis instar: Nõnunq; aqueũ deniq; sanguinẽ ejciũt, quemadmodũ in phlebotomia, id est sanguinis per uenã detractione, aufertur atq; procedit. Animaduertere interim accuratissime oportet, ne qua anabrosis, id est erosio in locellis enata constiterit. Notanda autem ac deprehendenda fluxus species est, ex perpetuo locorum madore, diffidentibus colore humoribus. Laborans autem plerunq; solet pallescere, cibum auersari, & inediam sustinere, in deambulationibus quoq; spiritus difficultatem sentire, 4
oculos insuper habere tumescentes, interdum quidem cum dolore, interdum uero citra dolorem, & id quidem uel cum exhulceratione, uel absque exhulceratione, siue uulua inflammãte sordide uel pure. Toti itaq; corpori arefacien-

arefacientibus medicamentis oportet ſuccurrere, præſertim ſi morbus fuerit humidior abſq; euidenti calfactione, frictionibusq; corporis uniuerſi, & illinitionibus cum melle ſatis decocto. Tum ea quoq; quæ urinã cient porrigito: è quorũ numero habetur aqua, in qua elixa ſint aſarũ, & apium. Per aluum prætera totũ corpus euacuato. Adhæc portulaca etiam manſa, atque ſuccus eiuſdem herbæ potus, ad hunc modũ affectis ſubuenit. Balauſtium item, rubiq; cum fructus tum flos, & ea quę inter quercũ & corticem ſuum interiacent, premni membranoſum, & id quod ſub exteriore glandis cortice continetur: Hippuris potiſſime (quæ conus ex cauda equina eſt) rubeum fluxũ pota ex aqua aut uino, ſiſtit: aut hypocyſtis, fructusq; lentiſci frictus in uino & potus: Samius aſter, Lemniũ ſigillum, coagulũ leporinum, aut hœdinum, aut agninum, aut uitulinum, aut ceruinum: gigarta id eſt acini, myrta, omphax aridus, piceæ cortex, & quæcunq; de locellis ſanguinis profluuio uexatis iampridẽ ſunt memorata, modo ne ſint nimiũ laborioſa & efficaciora. Quando aũt cum labore efferẽ, per metranchytum & clyſterẽ ſuccus halicę, aut ptiſanę, aut tragi, unà cum anodynis aliquot remedijs immittendus eſt, & in paroxyſmis quidẽ dolor mitigandus. In defectu uero & interualli ſpacio, habet enim circuitum nõnunq;, ſedulò utendum fuerit geſtationibus pręſtãtibus diuerſiq; generis, deambulationibus, uociferationibus, unctionibus, cucurbitulis, dropace unguento, aut leuigationibus, frictionibus, unguentis depilatorijs quę pſilothra dicunẽ, ſmegmate, ſinapiſmis, uomitibus cum radiculis prouocatis, curatione recreandis defectibus, reſtituendisq; uiribus facta, lauacris, uiniq; omnifaria deniq; educatione & alimento.

De muliebrium locellorum inflammatione, & eluïtione, quam περίκλυσιν dicunt. Cap. LXIIII.

PHlegmone (quam nos inflammationem interpretamur) uteri, è pluribus ſanè cauſſis originem trahit. E plaga nanq;, ictúue, ac menſium ſuppreſſione, à frigore item, & inflatione, neq; minus etiam abortione, pariter & ex partu propter malam fœturam. Comitatur aũt locellorũ inflãmationem febris acuta, capitis dolor, cum ceruicis, tum baſis etiam oculorum, uolæq; ſeu iuncturarum manuum & digitorum, necnon colli conuulſio, & inclinatio in contraria, affectionesq; ſtomachi quę per conſenſum exuſcitãtur, oſculi matricis ſuffocatio, pulſus parui & denſi. Et ſi quidẽ obſcurior fuerit inflãmatio, haud ualide ſanè, aut crudeli dolore uuluam afficit: Sin uero ſtrenue & fortiter inflammetur, tum & ipſa quoq; ab omni parte quantaquanta eſt, pulſatorie dolet. Tota quidem inflãmata, per totam pariter ipſam: parte uero modò inflãmatione affecta, iuxta hanc potiſſimũ dolor ſignificatur. Poſteriore quippe ipſius particula phlegmone infeſtata, dolor circa lumbos excruciat: ſcybalum, hoc eſt ſtercus ſpecie oleti canini, in anguſtũ redacto, atq; oppreſſo recto inteſtino, moratẽ: partibus uero poſterioribus inflãmatis, dolor circa pectinẽ, urinæq; ſtillicidium, aut lotij difficultas oritur, ſtricta atq; in arctũ redacta ueſica. Si

aũt latus locellorũ inflãmatione tentetur, non tam bubones intendũtur, ꝙ crura etiam aggrauantur. Quod ſi pygma inflãmetur, partes umbilico circumiacentes dolore potiſſimũ cum tumore moléue infeſtantur. Vbi autem circa oſculum inflãmatio occuparit, graui languentes ſecundũ omnem uentris partem umbilico finitimã, quam epigaſtrium græce appellant, dolore afficiuntur, digitoq; immiſſo atq; impreſſo dure ac grauiter ſubſidet oſtiolum atq; ſuccumbit. In curatione itaq; ante omnia quidem irrigatione ex œnelæo, ſiue œnorhodino ſumine tenus & circa ilia ſeu lũbos utendũ, per obſtructiones è lana pura abſq; illigatione confectas. Adhæc cibi quoq; cõmendatur abſtinentia per uniuerſum triduũ, à qua ſecta uena cubiti, ſanguis (niſi quid impediat) detrahendus eſt. Medendum uero chondro ex melicrato, aut pane, aut ouorum ſorbitione tertio die: Quinto aũt die cataplaſma imponatˀ, ex polline, ſemine lini, fœnogræco, mulſo maceratis compoſitum: capita quoq; papauerũ decocta ſorbeantur, & ex oleo eadem applicentur. Si aũt inflammatio eryſipelatoſa exiſtens, calfactiones moleſte ferat, illiſq; magis irritetur, ſertulam campanam in paſſo elixans atq; cõterens, adijcito ouorũ coctorũ putamina cum roſaceo, aut melino, aut croceo, cataplaſmatiſq; modo applicato: aut palmularũ dactylos uino temperato coquens, cum tenuiſſimo farinæ polline leuigato, & cum prædicto quopiã unguine, factoq; cataplaſmate impone. Malo aũt remittente cerota nardina, aut cyprina inſerenda & adglutinanda eſt. Cæterũ per omnem medicationem encathiſmatis quoq; ex decoctione fœnogræci, aut ſeminis lini, maluæ, artemiſiæ, & oleo cõcinnatis, utendũ. Atqui in his quæ hæc nõ ſuſtinent, ex calida aqua, eiuſdem qualitatis roſaceo infuſo, fiant. Peſſi præterea, enchymatiſmiq; ſumendi ſunt, ex hyſſopo nempe, & butyro, medullaq; ceruina, necnõ adipe anſerino, & ungento Suſino, & cera Tyrrhynica. In

Aureus peſſulus.

his quæ caliditatẽ ferre nequeunt, aureus etiam quẽ uocant peſſulus cõuenit, & enneapharmacũ: Sed quę ne hęc quidẽ ſuſtinere poſſunt, his ex ouo, & roſaceo, adipeq; anſerino ſeu gallinaceo conficiantˀ. Cæterũ aduerſus ar

Quæ ardentiores inflammationes placant.

dentiores inflãmationes, emplaſtrũ διὰ χυλῶν. in diplomate uaſe cum roſacei liquefactione cõmiſce cremorẽ plantaginis, aut ſereos, aut cichorij, aut intybi. Vel ſi mauis ſequẽte utere, conſtãte adipe anſerino ſuillóue recente pondo drach. quatuor, cerota roſacea aut Suſina pondo unciarũ duarũ, ouorũ aſſatorum lecythis pondo unciæ unius, croco pondo drachmæ unius, myrrha pondo triobuli, opij obolis duobus, uel opij loco capitũ papaueris de

Grauißimos dolores lenientia.

cocto. Quod ſi uehementiſſimus ac nimius infeſtet dolor, ſucci papaueris lentis quantitatẽ, cum lacte muliebri, & ſucco fœnogręci, ad ſubijciendum in uellere peſſuli modo porrige. Porrò ad eas quibus duritia ac ſcirrhus cõiunctus eſt inflãmationes, medicamentũ roſaceo diſſoluens, uel modo iam

De declinatione uteri.

dicto ſubijce, uel infunde. Iam uero declinationib. matricis, quas παρεγκλίσεις uocant, ſecundũ paroxyſmos quidẽ perinde atq; inflãmationibus, medelis ſuccurrendũ. Verum in quietis tempore & remiſſionibus morbi uehementioribus mollificatiuis: ſed inueteratis, cum his quę aſſimilandi uirtutẽ obtinent,

nent. Foris aũt duritia exiſtente, malagmatis utendum, puta eo quod è ſertula campana conficitur, & δὶα μελιλώτων appellatur, necnõ malagmate Mnaſæi, & Iceſij, nigro Sarapionis, aut pyrina. Victus uero ratio principio quidem tenuis: facta autem morbi relaxatione, pauca. Ducendæ præterea ſunt in lauacra: & exquiſitioris deniq; delicatioris q; cibi uſus, magnopere in hoc malo commendatur.

De abſceſſu matricis. Cap. LXV.

POſtquam inflammatio matricis maturuit, inq; abſceſſum tranſit exitq;, intendi ſigna quæ memorauimus uideas, ad hæc indicia quanquam inconſtanter cum horrore proferũt ſeſe, principio quidem intenſis cum doloribus. Poſtremo uero ad ſuppurationem perducto apoſtemate, impetus aliquantulum remittitur. Cæterum in eo quo diſrumpitur tempore, cruciatus ſæpenumero acriores ſtimuloſe & quaſi cum aculeis incidere uidentur, caloresq; uehementiores moleſtant, atq; nõnunquam quidem urina ſupprimitur, interdum uero oletum, facto iuxta affectam uteri partem impedimento: aliquando uero tumor circa pubem apparet, & tanquam clydaſmi ſenſus. Quum abſceſſus grandior fuerit, hoc uero in obuijs, quaſiq; ad manus locis dioptriſmo inſtrumento aut digitorum attactu deprehenditur: unde etiam dolores acerbiores infeſtare ob neruoſum ipſius oris conſueuerunt. Quod ſi igitur id quod in fundo atque ſecundum ſinum dolore magis uacat, & digitorum attactu tumor minime ſuccumbit, hoſtiolum uero matricis gracilius uidetur, ei quæ ſtatim aut paulò ante inducta eſt ſuppuratio, cataplaſmatis ex fœnogræco, ſemine lini, hordeacea aut triticea farina, admixtis interim ipſis ficubus elixis, opitulandum: aliquando etiam columbæ ſtercore. Encathiſmatis prætereain inflammatione iugiter utendum. Peſſuli item quum ita ſe res languentis habet ex reſina terebinthina, myrrha, hyſſopo, atq; butyro concinnati laudantur. Rupto porrò abſceſſu, ſi quidem pus in ueſicam deferatur, lactipotationibus utendum, cucumerisq; ſemen potandum: Sin uero in inteſtinum rectum confringatur, lentium, corticumq; malorum Punicorũ elixatione colluendum. At ſi apoſtema ſinum uerſus, quem Græci κόλπον nuncupant, ruptum defluat, ſi quidem pus immixtum purumq; exiſtat, roſaceum infundito, aut amygdali cortice exuti atq; dealbati oleum, aut tetrapharmacum regale, aut recens deniq; butyrum. Sed ubi ſanies, aquoſus'ue ſanguis, quem græce ἰχῶρα dicunt, erupe rit, quemadmodum ex hulcere paſcendo repente noma, maiorem tum conſtringendi ſtipticandiq; uim immittendum enæma habeat, expedit: id aũt fiet, ſi ex myrtis, palmularum dactylis, lenticulaq; componatur. Quod ſi poſt humorum quoq; excretionem adhuc inflammetur, cataplaſmatis tunc encathiſmatisq; inſiſtendum. Quum autem in muliebrium locellorum ore natum apoſtema fuerit, neq; illud confringatur poſtq; extenuaueris circumiacentia puri corpora, ad puris excretionem chirurgica manu utamur, quẽadmodũ in libro de his, qui manu medicã exercent artẽ, memorabitur.

Rupto uteri a- poſtemate qui[d] faciendum.

De exhulceratione locellorum. Cap. LXVI.

EXhulceratur subinde uulua mulierum, uel ob difficultatem partus, uel embryulciam, uel corruptionem ex medicamentis acribus, uel ex fluxu, uel ex ruptis deniq; abscessibus. Quapropter si in promptu quidem & expedita fuerit exhulceratio, per dioptrismum deprehenditur: At si ex profunditate, ab excrementis: liquidum nanq; excernitur & diuersum: inflammato quidem hulcere, exiguum, sanguinolentũ, aut feculentum cum ingenti dolore: Si sordidius fuerit hulcus & ichores, cum minore negocio atq; labore. At si depascendo serpat, teterrimi odoris fluxum emittit atrumq;, nec sine doloribus uehementioribus, alijsq; quæ inflãmationem subesse insinuant indicijs, est. Diærethismus ad chalastica medicamenta: sed ad cõtraria, cuphismus. Mundo aũt existente hulcere, humor exiguus, leuis, & æqualis, insipidus, crassus, albicans, cum facilitate quadam promanat. Inflammato quidem hulcere, eis quæ superius ad inflammationem conducere docuimus, remedijs utendum. Quum sordidum fuerit, ptisanæ cremore, adiecto melle, colluendũ, siue tetrapharmaco, cum Susino, siue mulso in q̃ elixa sint fœnogrecũ, aut malua, aut furfures, aut lens deniq; pelle detracta. Cæterum quo exactius ad uiuum, ut aiunt, expurgetur, etiam marrubiũ, aut eruum, siue mel, admixta erui farina, aut iri, alumineue rotundo, uel nõ absimile quiddã immitte: Iisdem porrò ipsis extrinsecus quoq; cataplasmatis modo hulcera illinito, mulso tusis & maceratis. Peculiarius uero proximũ opitulatur medicamentum: Crocus optimus leuigatur lacte muliebri, deinde cerota rosacea excipitur cum adipe anserino, floccoq; illinitur. Exquisitius autem fuerit, industriumq; magis atq; ad ingentes dolores cõpetens illud: Capita papaueris in passo diluto irrigant per triduũ: mox decoquunt usq; ad subactionẽ: deinde terunt foliorũ rosaceorum drach. quinque, croci drach. tres, admixta capitum papaueris elixatione: postea macerãs perfundito cum rosaceo, ceræq; drach. duabus, & illiniens rosaceo, in pesso subijce. Confert uero & id q̃d ex ouis, crocoq;, ac rosaceo, adipe anserino, medullaq; ceruina contexit. Necnõ Aegyptia sine rubigine ad uteri hulcera mirifice conducit.

Si noma cum inflãmatione.

Noma uero ubi fuerit, cum inflãmatione quidẽ panis tepida maceratus & tritus, ex hydromelite, oleo, althæa, fœnogræco, palmularũq; dactylis pinguibus cataplasmatis modo illiniendus est: Immittẽdus præterea succus plantaginis, strychni, seminalis, sereos, primitus quidẽ per se, deinde uero cum uino austero siue aceto.

Si noma absq; inflãmatione.

Noma uero citra inflãmationẽ urgente, immittenda sunt efficaciora: exempli gratia, decoctũ malicorij, rosarũ, thaliæ, cupressi, malorũ, cotoneorũ, rubi, myrtorũ, lentisci arboris uirgultorũ, rhu q̃ utunt coriarij è uino stipante: postremo uero aluminis quoq; & acaciæ, lycij hypocystidisq; elixatio. Porrò ex ijsdem decoctionibus insessus etiã constituat. Quod si nihil proficiat, primo quidẽ cõpositionẽ è charta immitte: Deinde uero acetũ, aut antheram, aut chalcitã, aut atramentũ sutoriũ, quæ liquoribus dysentericis quoq; congruunt. Alimenti porrò perexiguũ ministrato. Expurgato uero iam hulce-

hulcere, lauare crebrius, alere item, & uinum præbere, quò incarnatio fiat ocyus, expedit. Foris aũt epigaſtrio atq; coxẽdicibus emplaſtrũ nullam cicatricem inducẽs imponendũ. Quemadmodũ enim cataplaſmatum, ita & emplaſtrorũ potentia per abditos & obſcuros transfertur meatus.

De uteri cancro. Cap. LXVII.

EX canceribus quæ in mulierũ locellis oboriũtur, partim quidem cum exhulceratione, partim uero ſine hulcere proueniunt. Quocirca quæ citra exhulceratiõe emergũt, in his utiq; tumor circa hyſterę oſtiũ durus, uarius, tumens, colore feculentus, rubicundulusq; deprehendit̃, interdũ uero etiam ſubliuidus: & pergraui dolore tentantur ſecundũ inguina, quæ Græci bubonas appellant, & epigaſtriũ, ſumenq; & lumbos: ſtomachanturq; & exacerbant̃ manuũ attrectationibus, & uario magis medicamento. At ſi cum hulcere cancer eſt, prẹter dolores, & duritias, tumoresq;, exeſa ac aſpera ſpeculant̃ hulcera, magna ex parte quidẽ ſordida, põderoſa, & albicãtia. Quod ſi labores humore cõcreto turgidos habeant, & quæ oculis uſurpãtur, pura, feculenta, lurida, rubẽtia, & cruẽta apparent: cõtinue inde ichor tenuis, aquoſus, ater, aut pus tetri graueolẽtisq; odoris excernit̃: nonnunq; uero etiã ſanguis profluit, cæteraq; indicia quæ in ſermone de utero inflãmato enumerata ſunt. Hic ſanè morbus immedicabilis eſt, ceu alibi ipſus quoq; aſſerit Hippocrates. Placandus tamẽ ipſarũ dolor eſt, encathiſmatis quidẽ ex fœnogræco, maluaq; paſtatis, atq; id genus cataplaſmatis. Cæterum ualde conſolantur in exacerbationibus, malua aut althæa in mulſo ſubacta, colliquataq; cum pauco roſaceo, & inſtar cataplaſmatis adglutinata: necnon compoſitione ex ficubus aridis, & ſertulis cãpanis, ruta, thure, napiq; herba accurate cum oleo contuſa. Lenit item cataplaſma ex palmularum dactylis in paſſo decoctis, adiectis ouorum putaminibus, atq; farina, aut ex papauere, cum coriano, aut ſeminali, aut ſereos: hæc quidem in ipſo cruciatus tempore. Poſt hæc uero abſtergat̃ cerota ex roſaceo, aut myrtino, aut œnanthino, aut melino cum palmulis in paſſo elixis. Peculiariter uero huic negocio quadrat cataplaſma ex fece officinarũ fabriliũ, quæ aſſata leuigat̃, cerotaq; roſacea excipitur, tantiſper dum craſſitudinẽ emplaſtro idoneã induat. Hæc quidẽ extrinſecus adhibent̃. Interius uero mitigat locos oleum: ubi aũt exhulcerati reddunt̃, lac quoq; muliebre infuſum, tepidusq; plantaginis cremor. Si ſanguine cõſpergant̃, ſuccus ſeminalis herbę cum pauco thure cõmulcet: Præterea peſſi è croco, & lacte muliebri, & liquore papaueris, & hyſſopo. Omniũ uero efficaciſſime operat̃, & aduerſus etiam ſedis affectiones illud, quod accipit ſpumæ argenti Italicæ lotæ unc. ſex, thuris maſculi, hyſſopi, adipis porcellini nouitij, butyri recentis, cerę Tyrrhenicæ, ſingulorum uncias ij. roſacei unc. iiij. ſpumã argenti cõtritã, in cremore ſereos liquefactis reliquis inijce. Alimenta porrò rite beneq; diſpoſita & inculpati ſucci, ſunt exhibenda: uerbi cauſſa, pauciſſimum aquoſum, fugientes acriores cibos omnes, & cibi ſatietatem, promptiſſime nanq; ipſis cibaria corrumpuntur.

Canceris exhulcerati ſigna.

Quæ foris in cancro adhibentur.

Quibus intrinſecus cãcro ſuccurrendum.

De ſcirrho & ſcleromate uteri. Cap. LXVIII.

OBdureſcit uterus, quandoq; ſanè derepẽte nulla perſpicua occaſione, plerũq; uero ex inflãmatione quæ præceſſit, & ſoluta nõ eſt neq; diſſipata, neq; in abſceſſum permutata. Conforme aũt ſcirrho eſt, q̃d appellat̃ ſcleroma, circa uuluæ ceruicẽ magna ex parte conſiſtẽs, tumorẽ quidẽ habens eodem pacto, ſed minus durũ, cum dolore mediocri. Comitat̃ aũt hęc, declinatio ad cõtraria et oppoſita, tumor ad magnitudinẽ morbi fortiter cõtrarius cum grauedine, & difficili motu, non crurum modò, ſed uniuerſi corporis, deſidiaq; ad exequenda opera. Accidit nõ rectè tractatis, malus corporis habitus aquoſus. Principio igitur in huiuſmodi curatione ſanguis ſecta uena auferendus eſt, aut eligenda purgatio, cũ Archigenis hiera: deinde cataplaſmata ex ficubus aridis, hyſſopo, nitro, abſinthio, & cucurbitula cum ſcarificatione: & malagmata, nempe polyarchiũ, & diaſpermaton, & diadaphnidon: encathiſmata facta ex elixatione ficuũ iſchadũ, artemiſiæ, pulegĳ, althææ: peſſuli compoſiti ẽ reſina terebinthina, galbano, myrrha, iri, hyſſopo, dropace. Aquarũ ſponte emergentium uſus, quæ uidelicet nitri naturã aut bituminis potentiam præferũt. Si uero corporis robur nõ deſit, etiam helleboriſmus probatur.

Scleroma.

Peſſulus emolliendi uim obtinens.

ACcipe ceræ ponticæ, unguenti nardini, uniuſcuiuſq; uncias treis, irini, gleucini, cyprini, ſingulorũ unc. duas, adipis agnini, & anſerini, butyri, hyſſopi, medullæ ceruinæ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorũ uncias treis. Aliud: Polĳ drach. ĳ. myrrhę drach. iiĳ. cum uino Mendeſio cõterens, irinoq; immergẽs ad ſubĳciendũ exhibe. Aliud: Cerę Tyrrhenęi, adipis uitulini, reſinæ terebinthinę, medullę ceruinę, mellis attici, olei ueteris, æquis portionib. cum ſyncritico. Et ad inflationes: Vuæ paſſæ candidę dẽptis acinis unc. treis, foliorũ uiridis rutæ unc. ĳ. aquę marinæ unc. i. & dimidiã, cymini unc. iiĳ. mellis quantũ ſatis eſt. Illiniẽs aũt peſſum immerge oleo cyprino, atq; ſubĳce. Cęterũ aureus peſſulus, atq; libanius, necnõ enneapharma cũ accõmodata ſunt huic affectioni: uerũ peculiarius q̃ è calce fit Titianus.

De Mola. Cap. LXIX.

MOla quoq; uteri ſcirrhoſus tumor eſt, interdũ quidẽ iuxta loceſlorũ oſtium, quandoq; uero per uniuerſam eorundem molem apparens: à qua lapidoſus tumor cum diuulſione ſuperiacentiũ particularũ, & gracilentia, palloreq;, & cibi horrore, menſiũ retẽtione, & mãmarũ tumor, tanq; ſuſpicionẽ cõceptionis in quibuſdã ab initio ſtatim inducũt. Poſtea uero tẽpore diſcernunt: nõnullę uero aquæ intercutis ſuſpicionẽ pręferũt. Cęterũ hoc ex tumoris duritia dinoſcendũ, & ex eo q̃d ſonitus nõ reddit̃, dum digitis pulſat̃, queadmodũ in intercutibus: in quibuſdam aũt re uera in hyderũ tranſit: nõnunq; uero incurabilis magna ex parte morbus naſcit̃: quibuſdã ſanè ſanguis quoq; effertur. Cõmunis igitur decubitus ipſis in domo minime ampla & opaca confert, & modice refrigerante circa lectum immobilem: ſublimiora ſint quæ pedes earum in quiete fulciunt: Efficax quippe ad prouocandũ omnem fluxum eſt motio.

Motus fluxus prouocat.

Atq; tumores quidem, duritiasq; ea ratione quam in scirrhis uteri scleromatisq; medebimur. Sed aquosas parenchyses, per ea quæ de hyderis dicta sunt: eruptiones aūt sanguinis uuluę, perinde atq; fluxiones sanguinis aliâs fluxumq; curabimus. Sunt porrò qui molam asserant carnē esse informem in ipsis locellorum tunicis consistentem, & quod abortione editur, quemadmodū fœtus, quæ embrya dicunt. Hæc uero forma est medicationis chalasticæ. Adhibenda insuper ea est uictus ratio, ut ocyus excernatur. *Mola quid.*

De inflatione uteri, quam græce ἐμπνευμάτωσιν dicunt. Cap. LXX.

INflatur uterus frigiditate, aut corruptione, aut incōmodo partu ostiolo conniuente, sanguineq; in exiguos globulos concreto, in eodem cunei modo obstructo, quandoq; sanè in cōcauitate loculamenti sinuosi flatibus relictis, nōnunq; uero in laxationibus totius corporis uuluę: Quæ comitatur tumor pectinis, atq; uētris circa umbilicū hypogastrij appellati, cum duritia et dolore punctuoso, usq; ad septum transuersum, & stomachū, & inguen pertingente ac transeunte: & ad digitorū pulsationē sonitus tympanæ instar editur. Medendū itaq;, primo quidem detractione sanguinis, si nihil impedimento sit: mox uero circa paroxysmos inedia & irrigationib. ex oleo rutaceo factis: encathismatisq; ex decocto rutæ, pulegij, artemisiæ, casiæ, & id genus alijs. Cataplasmatis item quæ è seminibus apio, cymino, fœniculo, aniso, ameos, hordeacea farina cōtexunt. Cucurbitulis quoq; leuibus inanibusq;, & incisa cute scalpello utere. Inueterata aūt affectione picra purgandū, atq; hiera dropacibusq; & sinapismis utendū, nec non naturalibus aquis. Cæterū obstetrix digitū antea illitū inserens, incūbentē sanguinē in frustula conglobatū si assequat, auferat clementer ipsum resoluens: deinde rursus cataplasmatis modo imponenda, ficus, nitrum, & absinthiū. Epithemata præterea quæ emolliendi potentia regnant, puta Polyarchiū, & diaspermaton, & diadaphnidon applicanda sunt. Pessuli deniq; ex ruta, melle, nitroq; formenī. Cūprimis aūt ille accōmodatus est, qui faberrime è ficuum pinguium concussarū drachma una, cymini drachmis duabus, spumæ nitri drachma una concinnatur: sed propter acrimoniam in lacte prius macerenī. Pessuli postremo cuncti, qui emolliendi uirtutē habent, ad eam prouinciam sunt perq; idonei. *Obstetricis munus.*

De hysterica suffocatione. Cap. LXXI.

STrangulatus uteri, in superiorē partē ascensus uuluæ est, in societatē afflictionis principes corporis partes ducentis, ueluti carotidas, cor, panniculos cerebri, quos Græci μήνιγγας dicūt. Accidit aūt languētibus imminente quidē iam paroxysmo tarditas mentis, segnities, infirmitas crurū, pallor uultus, species luminum percrassa: Instante uero iam strangulatione, in somnū delatio, quam cataphoram uocāt, dementia, catalepsis sensuum sedis cum mutitate, crurum cōtractio: deinde incipiūt rubefieri genæ, & uultus uniuersus accenditur. Relaxationis uero tēpore promanat quædā è muliebrib. locellis humiditas ad tactū, & borborygmus, hoc est uentris strepitus, & progreditur aliquod intesti-

num, & ipſa quoq; uulua paululum flacceſcit & langueſcit, tum deniq; ad ſe redeunt, ſenſumq; recipiunt. Mouetur porrò morbus ille quodã circuitu, quemadmodum & morbus comitialis, farta uidelicet uulua, uel ſeminaria, uel alia quapiã materia, aut materia in eadem marcida & putrefacta. Plures quidẽ relatæ & priſtinæ ſalubritati reſtitutæ ſunt: nõnullæ uero in ipſo paroxyſmo uitã in mortem ſubito cõmutarunt: pulſibus quidẽ crebreſcentibus ac denſatis, inordinatimq; diffuſis, deinde & aſphyxia (id eſt nulla uenarũ pulſatione) ſequuta, exiguo uero humore ſuperficiẽ irrorante, reſpirationẽ aũt primũ quidẽ ad nihilum redigente & obſcurante, poſtea uero omnino amputante. Cæterũ hic languor hyeme atq; autumno ingruit iuuenibus, procliuis ad libidinẽ, ſterilibus, & potiſſime ſi propter medicationem infœcundæ fuerint, & alijs refrigeratis. Quocirca in paroxyſmis extremas corporis partes uincire oportet, & tota crura fricare, atque uniuerſum etiã corpus, perinde atq; eos qui animo defecerũt, reducere & refocillare: graueolentiaq; odoramẽta olfactanda naribus admouere: uerbi cauſa, elychniũ extinctũ, caſtoriũ, picem liquidã, cedriã, uellera, & lintea combuſta: quidã uero amida quoq; adhibuerũt è lotio ueteri, ſiue oletulo: Et cucurbitulas inguinibus, & epigaſtrio, cum plurima flãma, et leues inanes'ue, atque cum ſcarificatione adglutinare expedit. Acceſſione aũt protracta, & ea quæ peditus agunt ſunt utilia: cuiuſmodi ſunt ſacculi, dactylio, id eſt ſedi appoſiti: exempli gratia cyminũ, nitrum cum melle, & ſtercus cum lotione prolicere ac ſubducere, ne torqueant in accumulatione ſua. Atqui in uterum odoratiſſima fragrantiſſimaq; ungenta infuſa, detrahere uuluam naturæ aptitudine poſſunt: ueluti amaracinum, malabathrinũ: Sinapi uero partim quidẽ naribus obijciat, partim uero pedibus cataplaſmatis inſtar imponatur. Inclamet aũt quiſpiam illis altiore horrendaq; uociferatione, atq; appellet & accerſet. Porrò quæ ſternutationẽ proliciunt adhibenda ſunt, è caſtorio uidelicet, & ſtruthio, lanariáue, & pipere tẽperata. Mali uero elapſo acumine atq; inſultu ad uomendũ cogito: in abſtinentia, aut exigua alimentorum aſſumptione obſeruato. Poſt ſeptimum aũt diem purgandũ, quæ è colocynthide cõtexta ſit hiera: poſt tertiũ uero diem cucurbitulã lumbis applicabimus, & ilibus. Deinde è caſtorio potione utamur, quandoq; quidẽ cũ decoctione artemiſię, interdũ uero cũ aqua mulſa: In quibuſdã enim expedit illud, atq; unicũ ad exactã & numeris omnibus abſolutã curationẽ ſatis eſt. Encathiſma præterea & peſſi emolliendi poteſtate præditi, in hunc uſum accerſãt. Hæc quidẽ ad morbi impetũ cõducunt, atq; uigorẽ, quem græce paroxyſmũ uocãt, expediũt. Cæterũ ad uniuerſi corporis inſtaurationem, à detractione ſanguinis auſpicãs, ad expurgationẽ cum hiera proficiſcere. Deinde ex aloë confectã picrã porrigito pondo drach. i. cum mulſi cyathis tribus, idq; perpetuò, uel per tẽporis interualla drach. ij. cũ aquę mulſę cyathis ſex. Dropaciſmis porrò, & cucurbitulis, & ſinapiſmis utendum, & qui ex euphorbio cõficiunt acopis. Ab his exercitationibus indulgendũ, frictioniq; & uociferationib. poſtremo aũt naturaliũ aquarũ uſui.

Graueolentia odoramenta.

De proci-

De procidentia uteri. Cap. LXXII.

PRocidit ſanè fœminis uulua rarius,ſed plures ob cauſſas:aut em̃ ex alto delabet̃,& in coxendices quaſi radices agit,ruptis membranulis quæ inteſtinum continent: aut propter ſecundæ muliebres locellos ambientis ſibiq; adnatæ extractionem, quemadmodum in difficili partu cõtingit:aut propter ſterilitatẽ, aut propter plagam,aut ob animales affectiones,puta amiſſionẽ liberorũ,triſtem ſcytalem aduerſumq; aliquod nunciũ,aut hoſtium inſultum,aut ob nauigationem periculoſam,aut aliquam id genus aliã cauſſam, omni eo quod cõcretũ eſt ſoluto,collapſa uulua:aut propter paralyſim & imbecillitatẽ partium,quemadmodũ in ſeneſcentibus & deficientibus frequẽter accidit. Procidit aũt ſecundũ os eius maxime. Nõnulli uero uniuerſum uterũ procidere affirmãt, q̃d ſanè ineptũ eſt, ne dicam abſurdũ. Quo enim pacto reducta in ſuã ſedẽ collocaret̃. Oportet itaq; in huiuſmodi curatione ſtercus ante omnia clyſtere euacuantes,& lotiũ excernẽtes,q̊ undiq; ab omni anxietate libera ſit uulua,laborantẽ ſupino corpore cõponere,in altũ protendentes coxẽdices & deuſtos poplites,cum diuaricatis cruribus. Deinde accipito ſyſtremma ex lana,forma & craſſitudine ſinui muliebri reſpondẽs,ſindoneq; illud circũuoluito,& in cremorẽ acaciæ intingito,aut hypocyſtidẽ uino in hunc uſum immergito,ſubijcitoq; uuluæ, & abſq; uiolentia omne id quod procidit ſurſum torqueto,dum ſolidus & integer in ſinu tumor excitet̃. Cooperi pręterea extrinſecus ſumẽ ſpongia in poſca macerata & expreſſa. Decũbat aũt homo extenſa & coaptata appoſite habens inuicẽ crura,ita quidẽ ut alterũ alteri incũbat. Poſthæc cucurbitulæ ſunt adglutinandæ, cum flãma plurima,umbilico & utriſq; ilijs ſeu lumbis. Odoramẽta item offerẽda ſunt perodora. Cæterũ tertio die lana ſinui impoſita,mulier in uinũ atrũ & auſterũ deſcendat aliquantulũ tepefactũ, ſiue in decoctionẽ myrti,aut rotũdi iunci odorati,aut corticũ mali Punici. Poſt hæc aũt impoſita lana tollatur,& altera imponat̃ eodem madefacta medicamẽto. Foris cataplaſmata inſpergent̃ circa epigaſtriũ,diaphœnicon ſcilicet ex farina hordei,aut lente, & corticibus mali granati cum oxymelite,atq; hæc denuo fiant die tertio uſq; ad exactam curationẽ. Quod ſi progreſſu tẽporis id q̃d procidit putrefiat, auferendũ eſt ipſum citra omnẽ futuri periculi ſuſpicionẽ: totã etenim uuluam ablatam fuiſſe memorant putrefactam,& ſuperſtitem manſiſſe mulierem.

Totum uterũ procidere quidam autumãt.

De muliebrium locorum clauſura. Cap. LXXIII.

FIt anguſta quædã interdũ circa muliebriũ locorũ os præcluſio, quã φίμον appellant,idq; aut propter exhulceratione quæ præceſſit,aut duratã inflãmationẽ. Medendũ eſt igitur encathiſmatis mollificantibus,quæ conſtituunt̃ ex hydrelæo & fœnogręci elixatione. Cataplaſmata cõſimiliter ſunt applicanda: Peſſi item qui emolliendi uim habẽt, adhibẽdi. Quod ſi inueterauerit id malũ, ſuffimentis uaporibusq; aromatũ utendũ. Diſcutit præterea eiuſmodi nexũ etiã peſſulus ex hyſſopo,nitro, reſinaq; terebinthina contextus, ſi nihil aliud quàm clauſura oſtij uuluæ coarctetur.

Curatio ſterilitatis partum non concipientium. Cap. LXXIIII.

Neq; pingues neq; macilenti gignendis liberis idonei.

SIne itaqꝫ diſcrimine utriqꝫ ſexui tam mari quàm fœminæ congruit, corpus uniuerſum in media & inculpata temperie conſeruare, & ſine omni exceſſu in ſymmetria laborum, ciborũ, lauacrorum, atque reliquorum omnium. Hoc quippe maximum neutiquam deſpicere, ut præpinguem ſibi comparet habitudinem, neque enim craſſi pinguesqꝫ progignendis pueris ſatis ſunt idonei, tum quod inepti ſunt pudendis, tum quod eiuſmodi pauculũ genitalis ſeminis emittunt: neque ſanè admodum macilenti ſupraqꝫ modum extenuati, procreandi liberos prouinciæ ſufficiunt. Conferũt opis plurimũ ita affectis, cuncta quę calfaciendi paululumqꝫ inflandi uim obtinẽt. Vinũ itaqꝫ calidę naturę cum modo, & ne quid nimis accipito, & ex holeribus erucam, et naſturtiũ ſyluestre, quod eryſimon græce nominant, & herbam geminalem, & id genus alia. Ruta uero & nepita manibus pedibusqꝫ quis alio magis ſunt fugienda. Quum aũt propter malos humores & cacochymian quandam impedit̃ conceptio, eoſdem expurgare, aut utili uictus ratione temperare expedit. Priuatim uero mulieribus cõpetit, uuluam magna induſtria conſultoqꝫ aggredi, & abſqꝫ ullo impedimento moliri euacuationem. Pro foribus igitur iam exiſtente purgatione, non tam eſculentorũ quàm poculentorũ, quantacunqꝫ fieri poteſt mediocritate curato: & quippiam eorum, quæ ad purgationem ſtimulant ac prouocant ſteriles, ſumere neutiquam detrectent: cuius farinæ ſunt cum holera odorata, tum quæ acrimoniam præferunt, puta ſcandix, batis, quod crithmon gręce uocant, fœniculum, apium, ſmyrnion. Cæterum prauam uuluæ temperiem emendato, atque in uiam, ut ita dicam, reducito. Frigidiores igitur uteros proprie arguit menſiũ retentio. Victus ratio gelidioris potentiæ, & craſſi ſucci, quoniã ſtuporem inducit, cum circa ſumen ſeu pectinem, tum lumbos, tum etiam crura. At quædam ſunt ad ſummum perfrigeratæ, neqꝫ in Venerem admodũ procliues feruntur, neqꝫ appetunt: expedit igitur cum alia quædam faciendo, tum pyrijs omnibus, tum ijs quæ è uaporibus fiunt calfactionibus reuocare calorem. Neqꝫ ſanè abominandum huius quoqꝫ rei gratia fuerit caſtorium potare, & fragrantia ſemina, & cyminum, & aniſum, & pulegij comam, & iuniperorum baccas ſeu fructum, unicuiqꝫ interim pipere commixto. Ipſarum uero uuluarum fotus, partim quidem uapores ſedentibus in ſede cõſtituunt, partim uero calida aqua alluendo fiunt, in qua elixa ſint ſaluia, artemiſia, ruta, cyperum, pulegium, acorum, & quę bonum emittunt odoris fluxum ſemina. Cataplaſmate mederi expedit harum unicuique pectinem. Conducit nõ minus Polyarchium epithema. Frictio porrò pectinis atqꝫ coxendicum nulli quouis alij medicamento bonitatis honore & utilitate cedit. Vtitor etiam ad arcendam ſterilitatem proſthetis (id eſt medicaminibus quæ leonibus mulierum in uellere induntur) cõtextis è myrrha, & ruta, & galbano, & caſtorio fomento prius facto ex aqua mulſa, ſiue marina. Probatur quoqꝫ non uulgariter ad hæc peſſus qui appellationem uulgò obtinuit

Quæ ſterilium purgationem prouocant.

Frigidioris uuluæ notæ.

gena.

Gena. Cæterũ calidiores mulierũ locellos colligito, ubi corpus uniuerſum calidius extiterit, menſtruaq; pauca cum labore, exhulcerationesq; naturalia mulierũ occupant. Succurrito itaq; rebus mediocriter humectantibus & perfrigerantibus: cuius generis ſunt olera, lactucæ, maluæ, blitum, colocyntha, id eſt cucurbita, cucumis, & pepon, atriplexq;, portulaca, atq; id genus alia eſculenta. Veſicæ porrò, uentrisq; parti umbilico adiacenti, quã epigaſtrion appellant, atq; lumbis ilibus'ue adhibenda ſunt refrigeria cataplaſmatis modo impoſita, & cum ſuccis illita. Quod ſi autem propter humiditatem muliebrium locellorũ infœcundæ partum non concipiant, indicium illud habet, quod in media re Venerea madore perfunduntur admodum, tenuioresq; & copioſiores defluunt menſes. Victus ratio ſic habentibus accõmodata eſt aridior, pariter & labores frictionesq; infernarũ partiũ, ſimul & uomitiones, ariditasq;, & frugalitas cibi. Ex re præterea uſuq; haud mediocriter ſanè fuerit, ipſam quoq; uuluam medicaminibus acerbis tueri: è quorũ numero habet, lentiſci elixatio, & myrtorũ, & roſarũ, & rhu, præterea mali Punici floris, & rubi tenellorũ, atq; gallæ. Hyſteram contrà aridiorẽ, quæ cum his uel ex diametro pugnant remedijs curato: lauacris inquã, & illinitione, & delicijs, humectanteq; & holeraceo nutricatu: uino præterea mediocri, neq; admodũ perueteri. Quod ſi quæ craſſioribus humoribus impeditæ non concipiant, ſi quis mordax humor infeſtet, mulierẽ purgare quolibet humore officiũ faciente, familiare atq; amicũ præſidium eſt: maxime uero ex aloë contexta picra, hoc eſt amara: deinde ſero lactis uuluã eluere: uictusq; rationẽ exquiſitiorẽ & cõmodiorem diſpicere. Pituitoſos aũt humores, tum laboribus, tum hydroterijs, id eſt rebus quæ ſudores proliciunt & expellũt, uomitionibusq;, ſiue per inferna euacuare expedit. Oportet præterea in pharmaco epithymũ, euphorbiũ, piperis ſemen, dauci ſemen, & petroſelini, omnia inquã cõtrita & macerata pondo duûm drachmarũ potui dare. Hoc per uentrem etiam pulcherrime deducit, uuluamq; calfacit, quemadmodũ ſæpe iam numero menſes quoq; diſſoluit & rupit his, quæ nõ erant purgatæ. Quando aũt emendatio, menſibus cõmode & ſuauiter progrediuntibus, perſpicua cõſpicitur, tum ceſſante purgatione, in Venerem congredi expedit. Vbi aũt flatus ac peditus in utero mulieris contenta, cõceptioni obſtaculo ſunt, notas ipſorum ex his, quæ de uuluæ inflationibus prodita ſunt, deprehẽdes. Medendũ uero eidem affectui eſt, primum quidem prætenuem neceſſitatiq; uix ſufficientem præſcribendo diætam. Conducunt præterea cyminum, anethũ, & apij ſemen, rutæq;, & aniſi, & eſculenta multa affatim exhibita, partim quidẽ potui, partim uero apponenda & peſſi modo ſubijcienda. Conniuentes porrò & clauſas mulierũ uuluas aperire cõuenit, fragrantibus lauando & fouendo confectionibus ex malua, & ſemine lini, fœnograeci, & oleo, interdum etiam melle: Vehementioribus item artemiſia, uidelicet monyza, & nepita, & pulegio, & anthemide (quam chamomilã uulgò uocant) ad hæc reſina quoq; terebinthina, nitro, cucumere ſylueſtri, elaterio, caſſia, horopiſſa. Quibus

Peſſulus Gena *Calidæ uuluæ curatio.* *Humidioris uuluæ cum notæ tum cura.* *Siccioris uteri medela.* *Sterilitatis ex craßis humoribus cura.* *Vterus clauſus quibus reſerandus.*

ostium uteri hiat, his diæta quidem, & fotus, & medicamenta aridiora, &
constringentia, cytini malorum Punicorum, & rotundus iuncus odora-
tus, & rubi radices, & myrta, & breuiter quæcunque in humidiore uulua ex-
pediunt, accõmodatissima censentur. Cæterum contortiones peruersio-
nesque uuluarum, fomentationibus quas pyrias dicunt, dirigito & corrige,
& quę uim habẽt emolliẽdi cathetis. Coitus postremo qui fit à tergo pluri-
mum utilitatis ad partus conceptionem conferre uidetur.

De uuluæ rhagadibus, condylomatis, & hæmorrhoidibus. Cap. LXXV.

CIrca fœminarũ naturaliũ ostium, rimæ (quas Græci ῥαγάδας uo
cant) quandoque ex laborioso & uiolento partu proueniũt: quæ 1
primũ quidẽ recentibus etiamdũ ex puerperio doloribus deli-
tescentes fallunt, postea uero paulatim sensu percipiunt̃, nõnun
quam manu etiam admota deprehendunt̃, interdum uero & in congressu
Venereo, dum ex attritu polluuntur cruore, arguuntur: Præterea & sinus
indicãtur stillicidio: rupturæ nanque in corona ostij speculant̃: In quibus sa-
nè chirurgia, & erodendi mordendique uirtute prædita medicamina abhor
rẽda: mitioribus uero & simplicibus epithematis atque pessis utendũ. Per-
accõmodatum porrò habetur eisdem scissionibus tetrapharmacũ dissolu-
tum. Quod si callosis labris fuerint rimæ, compositione ex charta, cum ro-
saceo utendum: Quum aũt uehementiam eius laborans non tolerat, irim 2
Illyricã resina terebinthina excipiens, imponito. Hulcusculis uero pereun-
tibus euanescentibusque, magno cum emolumento adhibetur medicamen-
tum è cadmia, aut eorũ aliquid q̃d ad sedis affectus placandos & persanan
dos est cõpositum, & ob id hedricum appellatũ: cuiusmodi est, ea quæ ex
spuma argenti contexit̃ confectio. Postque aũt eiusmodi diuisiones inuetera
tæ in callum (quẽ condylomata dicunt) transeunt, cõsimilibus atque eiusdem
planè facultatis medicaminibus uti expedit. Callus emollientibus quidem
discutiendus, & in cicatricẽ redigenda sunt cõdylomata. Hæmorrhoides
præterea in mulierum naturalium ostio siue ceruice exurgunt: quę quidem
partibus dioptrismo tẽtatis, ex eo deprehendunt̃, quia in paroxysmis qui- 3
dem sanguinolentũ, subrubrũ, dolorificum quiddã eximie apparet. In re-
laxationibus uero fluxus dolore uacans subliuidus et strangulosus. In qui-
bus igitur opus est, si quidẽ fieri potest, in remissione exectione utitor, My
dio apprehendens: Sin uero minus, cum medicamentis ipsas cõstringito:
nunc quidem aridis malicorijs, adiecta galla, aut quopiam eiusmodi appli-
catis: nunc uero his quæ in sanguinis uteri profluuio posita sunt adhibitis:
quæque diarrhis & sanguinis fluxum patientibus congruunt, deprehensis
continua uuluæ ex interuallis cruentatione: neque id quidem in menstrui
expurgationis tempore solum, sed aliàs etiam iugiter.

Rhagades inueteratæ condylomata dicuntur.

Hæmorrhoides ostij matricis.

De difficultate partus, quam δυστοκίαν uocant. Cap. LXXVI. 4

PAriendi difficultas nascit̃, uel culpa parentis, uel culpa fœtus, uel
chorij uitio (est aũt chorion inuolucrũ, quo partus in uulua pa-
rentis inuoluitur) uel per ea quæ foris accidunt. Gignentis qui-
dem

Chorion.

dem culpa, aut propter crassitiem & pinguetudinē, aut ob arctā & exiguā matricē uniuersam, aut dolorē immensum, aut dilā hulcus, aut inflāmationē matricē occupantē, aut aliud membrū, aut quocunq; alio morbo affectam, aut suapte natura ualetudinariam, uel uiribus destitutā, extrudere fœtum non ualentem, aut ante legitimum parturitionis punctū parientem. Culpa uero fœtus, uel quū supra modum ingens est, aut nimium pusillus, & nec magnopere ponderosus, aut amplissimi capitis, aut monstrū: uerbi caussa, biceps, aut mortuus, aut uiuens quidē, sed imbecillis, neq; potens in lucem progredi, aut quod cōplures partus sortita sit: quinq; nanq; simul in utero haberi posse asserit Herophilus: aut quod nō naturaliter dispositus sit, neq; ad exitum quadrans corporis figura seu habitus. Est enimuero naturale fœtus in lucem edendi schema: Primū quidem & pręcipuū embryi schema in caput, manibus in femora dispositis, & ne paululū quidē perperā declināns, rectà os uersum caput porrigēs: Secūda uero fœtus forma, rectà in pedes, ne tantillum quidem ab eo tramite declinans probatur. Præter hæc duo, omnia cætera in lucem edendi partus præter naturā, ne monstrosa dicam, existunt schemata. Vitio autē membranæ chorij puerperij difficultas fit, uel quum non auellitur propter crassitiem, uel quum antequam conueniat auellitur, ob tenuitatem & macilentiam: euacuato nanq; humore, ęgerrime delabetur embryon propter ariditatē. Si quæ extrinsecus occursant, in caussa ægræ parturitionis sunt, siue frigore cōdensante, siue calore immodico disijciente ac distrahente potentiā, aut alio quopiā euentu incursante. Quod si igitur astrictioni aut densitati quasiq; cuneationi difficultatis pariendi culpa imputatur, laxatione primitus succurrito, infundens iugiter oleum dulce, & calidum, & elixationem fœnogræci, aut maluæ, aut seminis lini, aut etiam oua, laboris mitigandi gratia. Deinde pubem cum epigastrio & lumbis, cataplasmatis modo illinito cum semine lini, aut melicrato, aut hydrelæo, encathismis præterea consimilibus. A balneis quoque chalasmos suscipe, præterquam si febris, aut alia quępiā prohibeat occasio: Mouetoq; parientē lectica, selláue, in aëre tēperate calido. Nōnulli uero cō cussionibus uehementibus ac uiolentis utuntur, sternutamenta adhibent, atq; animo pauido existentē quasiq; detrectantē, concitant quidē & exhortantur: sed inexpertā dolores partus, admonere expedit, ut constanter ceu operæprecium spiritum cōtineat, & ualidiore nisu cōceptionē ad os uteri protrudat. Atqui sensum non tentantibus odoramentis animo deficiens recuperanda & recreanda est: Refocillata uero mediocriter, nutrienda est alimento haud multo. Prius in sella ita collocare oportet, ut contractis ad fœmora genubus sit: sic enim mater uersus pubem delata, rectà ostio opponitur: digitis autem os ipsum uel cerota uel unctione illitum, placide partum transmittit. Oportet & hæc tum cōsiderare, si quis præterea morbus circa has partes sit scilicet: Alui excrementum contentum molli clystere eijcito, & chorium apertū tollito, aut digitis, aut polycopo spathio cōmixto, in ipsis leua manu pręcedente: & pinguiū nonnihil humorū in sinuosum uul-

Quomodo puerperæ uitio partus reddatur difficilis.

Fœtus qui partum difficilem faciat.

Forma pueri ex utero prodeuntis.

Externæ ægri partus caussæ.

uxę loculamentũ per clysteridiũ immitte. Vbi aũt præter naturã conformatum embryon est, schematismũ naturalẽ reddito: nunc quidẽ impellendo nunc uero adducendo, nũc flectendo, nunc uero dirigẽdo: & si quidẽ manum prætendit aut pedem, noli membro apprehensum arripere: magis nanq; obstruit, aut deblitatis artubus impotẽs euadit, aut etiam frangitur interdũ. Sed digitos ad humerũ aut coxendicem fœtus trahendo, denuo prominentẽ infantulũ in locum suũ reducito. Sin unà cum densitate totius embryi fiat cõformatio, rursum ab ore uteri in superiora quãprimũ idem attollito: deinde cõprehensum denuo in os ipsum dirigito. Quod si plures uno fœtus gestant, sursum eosdem atq; deorsum reducito: uerũ cuncta paulatim & absq; partus ruptura facito, oleo perfundens locos. Opportunum porrò tẽpus in sedis lecticã est, ubi matricis ostiũ apertũ subcidit digito, inclinatq; proruptura. At si propterea quod mortuus sit infans in utero, aut ob aliam caussam progredi in lucem moratur, in fantem extrahito.

De coxendicis affectibus & curationibus. Cap. LXXVII.

ISchias, hoc est coxendicis morbus de genere arthritidos est, nisi quod inhæret coxæ, caussam cuius retulimus. Illius uero morbi caussa est, crassus & pituitosus humor, qui in coxendice cunei instar concretus insedit & articulat. Dolor uero eo malo ob noxios, à sphæromatis bubonisq; loco ad genua usq; infestat, in plerisque aũt usq; ad extimũ pedis calcaneum atq; summũ eius (ut ita dicam) unguiculum peruenit. Circa igitur primordia statim simul atq; languentes dolorem sentiunt, facta alui scyballorũ per clysterem euacuatione, ex uena cubiti sanguis detrahendus est: At si inueterauerit, à malleolo affecti cruris detractio probat. Atqui per morbi insultus, quos paroxysmos dicunt, istac irrigatione utendũ: sumito cyprini cyathos octo, aceti cyathos quatuor, nitri cyathos duos, hordei cyathũ unum, per lanam succidam calida. Post quam quidem embrocham cataplasmata applicentur ex amarorũ lupinorum farina, cum oxymelite, farináue lolleacea, cum resina, & cucumeris syluestris radice, & nitro, & nepeta, & hordeo, & baccis lauri. Cæterũ nepita per se sine appendice magna cum utilitate cataplasmatis modo imponit, cum oxymelite aut mulso. Emplastro pręterea placãdi facultate prædito utendũ, q̃d quidẽ ex his constat: Ceræ drach. centũ, resinæ terebinthinæ drac. uiginti quinq;, eruginis drach. sex, myrrhæ, galbani, ireos, singulorũ drach. sex, cedrię drach. quinq;: Cæterũ potionandi prius sunt ischiadici, succo cyrenaico erui quãtitate: aut castorij drach. una cum opopanacis triobolo. Porrò capparis radicis cortex potus, & cataplasmatis immixtus cõfert. Quod si multus immensusq; dolor excruciat, tum anodyna medicamenta locũ habent: uerbi caussa, confectio Philonis, & quæ contexitur è duobus piperum generibus. Enemate uero utendũ est hoccine: Mellis cyathus unus & dimidius, olei sesquicyathus, aquæ cyathi duo, nitri olcæ octo, resinæ terebinthinæ drach. quatuor: hæc calida inquã immissa prosunt. Oportet aũt his dactylion, hoc est eam partẽ quę testiculos septi modo interiacet (quam

Emplastrum mitigans.

taurum

taurū uocāt) fouere & calfacere, quo ſuper multū diuq; occupari mucoſum humorē euacuat, nōnunq; etiā ſanguinē, quod ſanè plurimū præſidij conſert. Quod ſi his actis etiamdū permaneat affectio, quod quidē rarēter uſu uenit, tum denuo frequentius id ipſum uſurpandū, aquæ loco cētaurij decocto admixto. Sanguinē porrò exhaurit ſemen capſellæ pedis'ue gallinacei infuſum: liquor item elaterij, uel id q̄d ex ipſo conficitur, uel quod è radicibus eius contextū eſt cucumerinū oleum: Et ſalſorū piſcium muria, & oliuarum ſalſarum utiliter imponaē. Cucurbitulæ præterea ſunt cum pluri-ma flāma & ſcarificatione coxendici adglutinādæ: interdū etiam imponendæ ſunt hirudines. Morante aūt diutius hac ægritudine, aggrediunda eſt purgatio ex hiera, aut colocynthide, exhibendo medullā probe leuigatā & maceratā pondo drach. unius, in mulſi cyathis duobus, ſiue nō multo plus minus'ue, prout uires aluusq; languentis ſuſtinere potuerint. In aqua uero mulſa ruta elixeē. Puls item colocynthidos elegāter ſic affectos expurgat. Vomitus inſuper cum radiculis elicitus intra initia morbi quibuſdā auxilio fuit. Ex interuallis dropace ungēto illiniēdi ſunt. Vtendū quoq; acopo medicamine ex euphorbio, præcipue eo quod pœcilū, hoc eſt uariū appellaē. Adhæc lauacra quoq; naturalia accōmodata ſunt: ſi hæc ad manū nō ſint, alijs loti memoratis indolorijs utanē: cōpoſitisq; nitro, aſclepio, cōpoſitione ex euphorbio, adarce, nigro ueratro, caſtorio, pyrethro, pipere, et ſtaphide ſylueſtri, æquis portionibus. Poſt lauacrū στυπτηρίας aridæ unc. iij. ſulphuris uiui unc. ij. calidę adhuc cuti languēs inſpergat, atq; contegaē ipſum charta. Si hæc nihil egerint, ſiue ex interuallo morbo durante, præſtat ſinapi cum ficubus aridis cataplaſmatis more imponere, aut tantummodo per ſe. Poſtremo uero huic affectioni obnoxios iberidis herbæ uſus emendat, quā & lepidiū, nōnulli uero agriocardamū appellant. Quę uero apud nos naſciē fruticoſa eſt, folia lauri cōparia, & longe maiora poſſidens, ea multa experientia ſępius probata nō modò in coxēdicis ęgritudinibus eſt, ſed in alijs etiā diuturnis affectibus. Cæterū efficacius multo ęſtatis tēpore amuletū pręſtat. Quod ſi nulla detur foliorū eius copia, radicis corticē cum adipe ſuillo cōtuſum, quò emplaſtrū cōſtituat, deinde linteolo denſo impactū, locis maxime dolentibus impone, ſiue toti uertebræ & coxę, atq; tantiſper dum nigrorē induat, aut omīno liueſcat cutis ſinito: deinde ipſum demito, & ubi laueris cerotā hāccine impingito: Opopanacis unc. iiij. aceti cyathis duobus diſſoluanē, & cerota cyprina excipianē. Verum ſi eiuſmodi ardentiū uſum aliquid excuſarit, deuitandūq; perſuaſerit, inſtaurationis potius emplaſtris utendum: cuius farinæ fuerit illud: Ceræ, reſinæ piceæ, ſingulorū drach. xij. reſinæ terebinthinæ, ſylueſtriū columbarum ſtercoris ſphecles recentis uniuſcuiuſq; drach. ſex, galbani drach. i. & dimidiā. Sed & ea quæ Leæna appellationē habet, è numero eorū quæ inſtaurant, à medicis iudicatur. Conferūt item cōfectiones è ſtacte & nitro contextæ. Sequentibus porrò nonnulli potionibus per annū uſi ſunt, è quibus eſt medicamentū διὰ τεσσάρων, trixaginis libra una, gentianæ unc. nouē, ariſtolochiæ rotūdæ tantundē, ſeminis rutæ aridi xeſta una, hæc cōtuſa & cribrata ſingulis diebus

Sanguinem euacuantia.

Iberis noſtras

Confectio Leæna.

Medicamentū diateſſaron.

cochliarij quãtitate exhibenda sunt:ieiunoq́;, & ei qui probe cõfecerit cum aquę gelidę cyathis duobus, per annũ, donec morbus cessauerit: necnõ dia hepta cõpositũ, & quod Procli cognomentũ habet, eadem pollicent̃. Iam exercitationes quoq; maximæ, quæ inambulando & cõtinuis flexionibus & saltibus, et cursu perficiunt̃, sunt obeũdæ: Alimentũ præterea sit mediocriter attenuans, & q̃d cõcoctioni minime resistat. Quod si prædictis pharmacis coxendix nõ obtẽperauerit, quandoq; sanè in suppurationẽ transit, quãdoq; uero laxatis neruorũ nexibus membrũ loco dimouet. Veterascente igitur ægritudine tribus aut quatuor locis exurendũ est, quemadmodũ in uolumine de chirurgia memorabit̃, ad cõpluresq́; dies hulcera sunt obseruanda, ne cicatricem obducant.

De podagra, & Arthritide. Cap. LXXVIII.

NOn membrorũ debilitas sola podagricam, omnemq́; articulorũ ægritudinẽ conficit. Nam si ex imbecillitate membrorũ tandiu paroxysmus persistet, quandiu imbecillitas in articulis quibusuis debilitatis inest: neq; etiã humor solus, propterea quod non in articulis modò hæret affectio: sed utraq;, humor præter naturã redundans & corporis partium debilitas, morbũ suscitãt. Vbi enim membrorũ nutriendi facultas frangit̃, ob ciborũ affluentiã inde cruditates, & coquẽdi munia inutilia planè reddunt̃. Superuacuus igitur humor iuncturã articuli feriens quãcunq;, debilitatũ prius & ligamina tendens dolorẽ facit: Nam is dolor in ipsis neruis, quibus uolũtarius motus cietur, per se nõ est, quoniã in medijs articulorum locis ipsum oriri necessum est: uerbi caussa, cruribus, aut coxis, aut cubito, aut brachio: afficiuntur itaq; per cõsensum etiam proæretica. *Podagra.* Quando igitur pedes infestarit, & humor solum pertubat, podagra morbus nuncupat̃. Quũ aũt in omnes corporis articulos penetrauerit caussa, *Arthritis.* iam tum articularis morbus appellari cõsueuit, in q̃ uertebræ spinæ, quæ spondyli dicunt̃, & scapulę, & maxillæ, atq; uniuersus proinde articulus languori subijcit̃. Cæterũ nõnullis aures quoq;, & dẽtes, & guttur, & interdũ etiã iecur, & lien, articularibus doloribus oblanguent. Quibus nisi præsentaneo amuleto occurrat̃, laborantibus pro foribus imminet interitus. Superabundansq́; humor, nunc quidẽ biliosus, nunc uero sanguineus, quãdoq; melancholicus, magna uero ex parte pituitosus ac crudus est, ex alimentorũ redundante copia, & cruditatibus, & ocio conflat̃: morans nãq; longiore tẽpore in articulis, densescit & glutinescit, ita ut dictas articulorũ durities perficiat. Nõnunq; uero mixtus, ex pluribusq́; cõstat: proinde cognitu curatuq; difficilior est, & tantũ non immedicabile malũ. In morbi statim exordio plerũq; labor immensus, atq; inambulationes excipiũt rigidę & uehemẽtes, iugisq́; equitatio, et intẽpestiuus Veneris usus, gelidæ potatio insolita, & frigidorũ, aut plurium, aut prauorũ esculentorũ esus, & uini nõ parũ: In offensionib. præterea quidã, aut pulsationibus, aut luxationibus, aut id genus aliquibus, primam morbi oblæsionẽ inuenerũt, præcedẽte quidẽ in corpore & quiescente interim materia. Procatarcticæ aũt ac euidentes admodũ caussæ, quę hunc morbũ cõmouent, sunt, mœstitia,

tia,

tia, ſolicitudines, uigiliæ, & reliquæ animi affectiones, non ſolũ quodãmodo ſuſcitãt, uerũ prauũ etiam humorẽ pariunt, ſiue id primarie, ſiue per accidens. Variæ huius ſanè afflictionis ceu diximus ſunt cauſſæ, ſed faciles tamen, prout locus fit, humorũ negociũ facientiũ differẽtiæ fiunt; quæ coloribus & ſymptomatis indicant: quocirca bilioſus fluxus colorẽ luridũ, & ruſum, & caloris ſenſum ingerit, dolorẽq; acerbiorẽ efficit, & protinus ædit in cutem, citra amplũ tumorẽ: calidarũ rerum impoſitu exacerbat, quemadmodum rurſus à frigorificis relaxat: quod quidẽ cæteris omnibus magna ex parte, plus uero alijs bilioſis aduenit. Febris item ſæpenumero in acceſſionũ ſummis uigoribus accidit, quando uidelicet ſitibũdi reddunt. Atriorisq; coloris corpus in melancholicis deprehẽdas; albi uero & aquoſi in pituitoſis, & dolorẽ latentẽ, & tardius in tumorẽ uergentẽ, perinde atq; ſanguineũ colorẽ ij præferũt, quibus ſanguineus humor in corpore abundarit. Sed ad certiorẽ iudicationẽ iuuabit te aſſumpta uictus ratio, & reliqua.

Initiatrices cauſſæ podagræ. *Bilioſi fluxus indicia.* *Atræ bilis, pituitoſi, ſanguineiq; fluxus notæ.*

Curatio eorũ qui bilioſo humori hunc fluxum acceptũ referunt.

CAput uero curationis ducito, in his qui flaua infeſtant bile, & potius in qualitate languentiũ infeſtantis humoris, per medicamẽta purgandi uim habentia euacuationẽ fieri: cuius eſt modi potiſſimũ ex roſaceo melle contextũ pharmacũ, & è malis cotoneis, & ex picra antidoto, & ex aloë præparata catapotia. In acceſſionibus uero foris roſaceo utamur, cum oui lecytho, modicoq; uino membrũ clementer fricantes: herbas quoq; frigorificas admouebimus; uerbi cauſſa, ſolanũ, portulacã, herbã apollinarem, ſemperuiuũ, ex locis cœnoſis importata, ſerin, papauer, ſeminalẽ, roſarũ folia, atq; conſimilia: Interdũ quidem illinientes ipſa, interdũ uero cum micis poſca irrigando, farinam'ue hordei unà cum roſaceo cataplaſmatis modo imponentes. Quũ aũt eryſipelatoſa fuerit artuũ inflãmatio, ſummopere ſanè placat impoſitu cucurbitæ recentis cortex, & abraſio, peponisq; atq; cucumeris caro, cum per ſe, tum adiecto pane: perdicij item folia, & hæderæ cum pane, aut tenuiſſimo flore farinæ, atq; pſyllium cum farina hordeacea elixum, feruores inflãmationũ mirifice lenit. Itidem ex roſa cerota cum quopiam liquore frigorifico illita, & ea quæ conficit ex fabacea farina. Conſtat autem ex his: Ceræ uncijs quinque, chamæmelini uncijs duabus & dimidia, roſacei uncijs duabus & ſemiſſe, farinæ fabaceæ uncia dimidia, ouorũ lecythis quinq;. Aliud cataplaſma: Maluas uirides coctas contere, & pſyllium ſeorſim uiſcidum reddens admiſce, deinde ouorũ lutea applicans, oleũ quoq; chamæmelinũ cataplaſmatis inſtar impone. Quod ſi multus ac intolerabilis fermè dolor excruciat, cõfectione è croco, & glaucio, & opio utendũ, cũ poſca leuigãtes ipſa, ſiue circũlinientes, aut cũ micis cataplaſmatis more impingentes. Cæterũ in uehementiore dolore huius cataplaſmatis meminit Galen. ſucci papaueris drach. iiij. croci drach. i. eliquent cum lacte bubulo ſiue caprino: uel panẽ immitte, & q̃ molleſcat roſaceo calfacito, & facto cataplaſmate utere: uel opiũ, & crocũ cum lacte cõterens, cerota roſacea excipe: cerota uero ex turpena eandẽ uirtutẽ in paroxyſmis obtinet, atq; oleũ etiã eiuſdẽ. Sed & illud eius generis eſt. ex micis irrigatis in aquã

Vehementioris doloris podagrici lenitio.

& in poſcam, & ſemperuiuæ, uel ſtrichni, uel portulacæ, & dactylorum carnium, & capitũ papaueris ſeminis, æquis portionibus, ouorũ aſſatorum luteorũ, & roſacei quantũ ſatis eſt, cataplaſmate facto impone. Cęterũ narcoticis minime immorator, ſed quoad modeſte ferat doloris uehementiã: plurimus quippe narcoticorũ uſus, denſitates, calloſas duritiеs, & ægerrimas motiones efficit diuturnas. Poſt anodynorũ itaq; uſum, uel cõfectione ex ſuccis ſoluta per chamæmelinũ utendũ, aut ea quæ conſtituit̃ ex althæa, aut aliquo eiuſmodi medicamẽto. Sed poſt fomentationẽ refrigeratorũ robur membro pro uirili inducemus, confectione διὰ τῆς φοινικίνης, reſoluta aceto roſaceo, aut uino roſaceo. At ſi grauent̃ emplaſtris, acaciæ cremorẽ è poſca illinito, aut lycium cum croco, & glaucio, & ſucco perdiciadis in poſca. Victus inſuper ipſis frigorificus & humectans expedit: uerbi cauſſa, ex ptiſana, chondroq; ſorbitiones: & ex holeribus malua, lactuca: ex auibus uero domeſticis maxime pulli, & ex piſcibus ſaxatiles, & echinus, et ctenia, atq; id genus alia. Deuitantibus ipſis omnia quæ calfaciũt, bilemq; pallidã atq; flauã pariunt: uina item cum uetera, tum rufa, tum nigra, ſatietatẽq;. Lauacris uero ex fluuialibus aquis utendũ. Et circa ipſos noxij humoris fluxus, quatenus cauſſam exhibent, uel non, ſi nihil aliud prohibeat, fugientes excandeſcentiam, ciborum abſtinentiam, acrium eduliorũ eſum, ebrietatem, labores immenſos, & Venerem.

Nutricatus arthriticorum ex humore bilioſo

Curatio ſanguineo humore ſuffluente.

IN quibus uero ſanguineus humor nimiũ abundauerit, ſanguinis detractione incũctanter utendũ eſt, neq; in his modò, ſed in pituitoſis etiã, & plus atrę bilis habẽtibus: quoniã et his humor uenis magna ex parte cõtinetur, quãtitate magis q̃ qualitate infeſtãs. Aggrediunda eſt itaq; ſanguinis ſecta uena detractio in prima ſtatim ægritudinis curatione, ut præoccupemus noxij humoris fluxũ, alioqui lædunt̃ ſanguinis euacuatione potius, q̃ adiuuant̃, præcipue quibus natura frigidius imbecilliusq; corpus eſt. Poſt uero, ſanguinis euacuationẽ, ſi nõ ſolus ſanguis plus ſatis abundarit, parũper intermittemus, & ex hiera purgationẽ uſurpemus. Verũ oxymel Iulianium hos appoſite admodũ expurgat. Quicunq; aũt eiuſmodi cathartica horrent medicamenta, catapotijs utant̃, quę recipiũt aloes, colocynthidos, ueratri nigri, ſcammoniæ, euphorbij, ſingulorũ unc. i. nitri uncię ſemiſſem, excipe ſucco braſſicæ, & pro uiribus cuiuſq; exhibeto. Præſtabit autem ſi aliud catapotiũ è malorũ cotoneorũ ſucco præparatũ, cum in paroxyſmis, tum in remiſſionibus, & in quouis humore obtulerimus podagricis. Sume aloës unc. ſex, agarici unc. dimidiã, croci tantundẽ, coſti, ſpicæ nardi, rotundi iunci odorati floris, carpobalſami, ſingulorũ unciam unam, caſſiæ unc. duas, ſcammoniæ tantundẽ, epithymi unc. treis & ſemiſſem. Doſis autem huius mediocris fuerint dioboli duo, conſummata dioboli quatuor. Catapotia ſimiliter ex Armeniaco lapide mirifice expurgãt, quæ priuatim articularibus ægritudinibus expediũt, in principijs & remiſſionibus rheumatiſmorũ, etiamſi in tẽporis intercapedinibus fuerint exhibita. Sed quũ non deſint, qui ſcammoniã ceu ſtomacho officientem damnẽt ac fugiant, miniſtranda

Scammonia lædit ſtomachũ.

ſtranda illis, præcipue pituitoſa materia plus ſatis redundante, hæc ſunt: Colocynthidis interioris, hellebori nigri, bdellij, cōmeos, aloës, ſingulorum uncia una, nitri Alexandrini, euphorbij, uniuſcuiuſq; uncia dimidia: datio huius compoſitionis expediens eſt, pondo diobolorū quatuor: Ego cōmeos loco epithymū pono.

Hermodactyli uſus.

Quidam in ipſis acceſſionibus cuiuſuis morbi articularis hermodactylo ad purgandū utuntur: Alij ceu improbum ſtomacho hermodactylū dānant: nam cibū faſtidiētes, & ſtomacho omnia reſpuente inappetentes, quorum Græci illos ἀσώδεις, hos uero ἀνορέκτους appellant, efficit. In ſolis igitur ijs, qui negocijs ineuitabilibus obſtricti defatigantur, eo utendū: breuiter nanq;, & ad ſummū poſt duos dies ſedat rheumatiſmū, hoc eſt noxij humoris fluxū, ita ut cōſueta obire poſſint munia. Noui ipſe quempiam medicum, qui ſubſtantiam hermodactyli nunq; prębuit, neq; quippiam ex eadem compoſitorū medicaminū: ſed ipſam herbam elixabat cum aliquo medicamine ſolito: puta aniſi, aut apij decoctū potui dabat: & ſuſpiciendo quodammodo euacuati fluxu liberabantur. Oportet aūt quoniam ſtomachum lædit (ut poſtea inquit) his quæ ſtomacho conducunt, & quæ robur inducunt, cum mediocri calfactione os uentris emendare. Sed ex coronopodio (hoc eſt cornicis pede, quā ſanguinariā dicūt) confectionē utiliorē aſſeruit Alexander, quàm ea quę fit ex hermodactylo, tanq; euacuationem dolorumq; mitigationem efficientem, quo cum nō amplius ſtomacho officere ait. Localia porrò pituitoſis apponantur: modico quidem dolore moleſtante, braſſica uiridis cataplaſmatis modo adglutinata, & apium, & conyza, & trixago, & orthios. In uehementi aūt dolore, farinæ fœnogræci medimnos tres, lolleaceæ medimnū unum, farinæ cicerū medimnū unū, cataplaſmatis modo imponito ex melicrato, aut uino tenui, cum exiguo cyprino, aut nardino, præſertim brumali tempore: Et braſſicarum radicis, & cauliū cōbuſtorū cinis cum axungia cataplaſmate impacta, præſentaneū multis amuletū præſtitit.

Axungia recēs mitigat, uetus diſsipat.

Verum ad mitigandū, recentē eſſe oportet axungiā, ad diſijciendū uero ueterē & ſalſam: Et ſtercus bubulum cum farina hordeacea in mulſo decocta, aut per ſe recens humida, cum folijs braſſicæ cataplaſmatis more illita. Itidem præſtant caprarū oletula per ſe, uel cum farina hordeacea in poſca elixa. Quoniā uero & per ea quæ contraria eſſe uidebantur adiuti multi ſunt (nam uaria illa humorū mixtio facit, quo minus diſcerni queant) ea quæ huc aſſumūtur promiſcue exponamus: Conducit itaq; atriplex tam ſylueſtris q̃ ſatiua, cum pane cataplaſmate facto impoſita: Aut uerbaſci folia, cum bulbis & pane eliquata: uel cum farina, aut polenta hordeacea cataplaſma. In uniuerſum uero in quibus abdita cauſſa eſt, faciendus eſt tranſitus, aliquādo quidē in conſimiles quaſiq; uniformes ſpecies, quādoq; uero planè in cōtrarias, neq; ijſdem tamen immorandū, ſiquidē præſidio nullo ſunt. Hæc quippe in arte obeunda, quotidie fieri cernimus: quandoquidē remediū idem, membrū hoc quidē iuuit, illud uero in eodem ægrotāte etiā accēſum, nō modò nō manus auxiliares in ipſa hora præſtitit, uerū quandoq; etiā magis offendit. Et hoc admirandū:

Vnus enim & idem ſæpenumero articulus ab eodem remedio nunc quidem iuuatur, paulò uero poſt ab eodem accenſus eſt. In totum igitur nunquam ubi uiſcida quidem & craſſa materia dominetur, calidiora opis quippiam adferunt: acri aũt ac feruido humore dominium obtinente, refrigerÿs placantur dolores: Nihil uero mirum, frigidiorem etiam materiam tempore inflãmationis accendi feruereq́: quod quantò procliuius eſt, ſi admiſceri bilẽ cõtingat. Meatuũ cõſtitutionẽ prohibet, lupinorũ farina cum oxymelite aut poſca, uel laſerpitio, aut bryoniæ radix cum pane. Et hoc præterea ſine detrimento mitigat diſÿciendo modice: Lycÿ unc. i. guttę ammoniacę thymiamatis unc. i. terens cum uetuſtiſſimo uino, & oleo omphacino elixato, & inÿce farinæ fabaceæ quantũ ſatis, & mediocriter coquẽdo cataplaſmatis inſtar adglutina. Poſt ſummos uero morbi uigores tumore occupãte, cataplaſma impone è bulbis ꝑ ſe, uel cum farinę tenuiſſimo floſculo, uſq; ad laniationẽ, ſic enim operari poſſunt. Quod ſi hoſce dolores cataplaſmata nihil leniũt, irrigationibus utantur, & calido aliquo liquore conſpergantur, & foueantur ſecundum locos dolore tentatos, præſertim ſi partes fuerint extremę, decoctionibus chamæmelorũ, & ſertulæ campanę, aut etiam centaurÿ: nonnullis uero ſola capparis elixatio ſatis auxilÿ tulit. Id uero omnium efficaciſſimũ fuerit remediũ: Decoquito in aceto acerrimo thymũ, & origanũ & thymbram & nepitam, conſpergito atq; foueto aceto locos affectos, neq; ſemel modò, ſed identidem ac ſæpius in die fidenter: cõpluribus nanq; hoc profuit: neq; pituitoſo ſolũ humore languentes, ſed etiã bile quidam ſeruati ſunt. Probatur etiam illud: prinobalana, id eſt prini fruticis glandes, leuigata cõtundentes, & quãplurimũ decoquẽtes, atq; elixationi huic ab initio ſtatim articularis fluxus, extimi quidẽ artus ad bene longum tempus immergantur: ſed interiores ſpongÿs liquore tinctis foueantur, & quæ adiacent impetum materiæ reÿciunt: Hoc ſanè etiam his qui è bile hoc malo laborant, accõmodatum eſt: quemadmodum & in aquam calidam ſine elixatione aliqua infuſio. Porrò aduerſus eos qui ex immodico atque intenſiſſimo frigore oriuntur dolores, & cuneationes articulorũ, ualidiſſimũ egregiumq́; eſt remedium illud: Habet olei ueteris libram unã & dimidiã, nitri Alexandrini librã unã, reſinæ terebinthinæ librã unam, euphorbÿ unc. unã, iridis uncias duas, fœnogræci farinę xeſtam unam & ſemiſſem. His etiã ea quæ in coxarũ morbis recenſuimus, pulchre admodũ conferũt: plurimi nanq; in ſic perfrigeratis, in remiſſionibus morbi etiã ſinapi, cũ ficubus aridis, & alÿs phœnigmis uſi ſunt: aliqui etiã cõpoſito ex cantharidibus medicamẽto: ſed hęc demũ detrimentũ adferũt atq; lædũt, niſi aliꝗ etiã mollificantiũ utant̃: uerbi cauſſa, cõfectione ex ſtruthio atq; Pyxide, & Baſilÿ, & ἀπὸ τῆς ἐλάτης, id eſt medicamine ex abiete, item ex populo nigro, & auena, & lyſiponio, atq; acopis adhuc uehemẽtioribus. In quibus nerui quoq; maxime ꝑ ſocietatẽ affligunt̃, fiuntq́; dẽſitates & cuneationes: Cęterũ ex muli lotio & in ſummis præcipue incrementis impoſita cõfectio gelidiorib. fluxibus cõfert. Pari etiã modo is ꝗ è duobus ueretri generibus conſti-

conſtituitur paſtillus,turgidis laxisq; tumoribus congruit,fomentatio quidem ex frictis ſalibus, aut aliâs marina calida cum ſpongĳs conſperſio aut infuſio, atq; è ſalibus fabrefacta emplaſtra, & quæ è ſtacte nitroq;, & his non diſſimilibus cataplaſmata poſt uigores. Victus prǫterea ratio aridior ita habentibus conuenit, & ab excrementis ſuperfluis aliena,atque inedia, aut cibi frugalitas,quam ὀλιγοσιτίαν Græci nuncupant, & crebrorum lauacrûm abſtinentia. Loti uero nitrisq; & alĳs utantur ramentis. Cæterum in dolorum relaxationibus exercitia, ac frictiones præſertim artuum, magna cum utilitate adhibẽtur. Danda inſuper eſt opera balneis naturalibus, aut etiam pſammiſmis, hoc eſt ĳs quæ in ſabulo fiunt. Probantur & uomitiones,raphanis cibarĳsq; elicitis,ſed in his qui ſuapte natura huc ſunt procliuiores: Adhæc cum ueratro quoq; candido euacuandum: breuiter per uomitum,uel per aluum inferiorem expurgentur.

De his quos ſanguinei humoris fluxus iniquius infeſtat.

CAeterum qui eiuſmodi in articulos fluxum ſanguineo humori acceptũ referunt,unà cum ſanguinis à principio morbi detractione, prædictis localibus etiam ſubſidĳs utantur. Bilioſior quidem ſi fuerit, & acrior,naturæ modũ excedẽs ſanguis,adhibeantˉ breuiter ea quorũ in bile proprie meminimus: Atqui ſi frigidior,pituitoſiorq;,aut melãcholicus magis,his utiq; quorũ poſt illa mentionẽ fecimus,exceptis nimia acrimonia præditis,utendum. Quod ſi malũ duret & inueteraſcet,etiã ĳſdem ipſis:uerũ illud etiam cataplaſma intra principia ſtatim expedit. Lemmata præterea malorũ Punicorum,rhus item,atq; farina in uino eliquata,cataplaſmatis modo utiliter imponuntur. Aliud: Folia braſſicæ coquendo & leuigando ſumma diligentia,fecem aceti inĳce,& ouorũ crudorũ lecythos duos,& roſacei parum, & ſoluens cataplaſmatis inſtar adglutina,permutans perpetuò. Alimenta præterea quǫ extenuant parũq; nutriũt aſſumenda ſunt. A carnibus *Victus ratio.* itaq; & leguminibus,uinoq; multo ac nigro abſtineatˉ: Atqui ſi fieri queat, uini potũ omnino horrere,atq; manibus (ut ſic dicam) pedibusq; deuitare præſtaret. Non paucos equidẽ noui,qui quũ huic uni prǫcepto ſedulò ob- *Sola uini abſtinentia à podagra uindicat.* temperarent,ad unum omnes morbo leuati,priſtinǫ ſalubritati penitus reſtituti ſunt: partim nanq; in morbi confeſtim exordio ad unguem & exacte cõualuerunt, partim uero poſterius & rarẽter, atq; nunq; admodũ graues ſenſerũt acceſſionũ dolores. Quocirca niſi cõtrarietas aliqua ex illo naſcatur,uel oriri inde ſperetur,per uniuerſum uitæ tempus,ne per ſomnium quidem uinum unquã admittant. Quicunq; uero propter imbecillitatẽ aut ob frigiditatẽ ſuccumbere nonnihil uidentur,biennium uſq; uino temperantes, ex eo deinde tempore puſillum atq; dilutũ perpetuò bibant. Cæterum qui uino abſtinere, ut hoc mali uitent, emoliuntur,elixationem aniſi potent,uel alicuius id genus ſeminis: Poma pro uirili reſpuentes,& reliquorũ frigorificorũ, Venerisq; uſum. At qui,ſumptis per anni ſpaciũ pharmacis,perfecte languentes à morbo uindicare conati ſunt, plures quidem pituitoſiores & excrementoſos iuuerunt; calidioribus uero & aridioribus

mortis ſubitò cauſſam attulerunt, in inteſtinum, aut renes, aut latus, aut pulmonem, aut aliquod principalium membrorū translata materia. Satius igitur fuerit in bilioſioribus plurimiq́ʒ ſanguinis uini uſum uitare, ſi nullū fuerit interim periculum ex aquæ potatione quempiam in prædicta incidendi diſcrimine: In frigidioribus aūt, & ſuperfluis excrementis redundantibus, theriaca è uiperis compoſita utere, crebrius quidem hyeme, concocto reliquo cibo ipſam ſumentes: rarius uero æſtiuo tempore: aut enim permutat morbum, aut moderatiorem ſaltem illum facit, nullum prædictorum membrorum lædens. Quum uero aliqui nos impellunt, ut memoratis antidotis utamur, ex eodem quidem genere exiſtentibus, ſcito confectionem ex Damaſonio, & Agapeti nuncupatam, & atacton, quaſi inordinatam dicas, & octaidon, atqʒ eam quæ refertur ad Proclum, quę fit ex allio, & quæ ex corallio, atqʒ cōplures deniqʒ alias expedire. Omnium uero tutiſſima eſt, & ſæpius experientia comprobata, ea quæ conſtituitur ex corallio, lapidoſas etiam articulorum durities quæ artus occupant, diſſoluens. Horum uero omniū facultates, & utendi rationē, mali item huius euitandi conſiliū, in uolumine de medicamentis reperies: pari etiam modo pſilothrorum quæ ad arthriticos ſpectant compoſitiones, & utendi modum in ipſis habitibus: dico autem pituitoſioribus. Aliȷ uero ad omnem auferendam ægritudinem uulpes totas in oleo decoquunt, & articulari morbo medentur: aliȷ quidem uiuas, aliȷ mortuas cacabo immittunt coquendas. Simili modo & hienas elixant, quo oleum diſtrahens faciant: deinde ſolia ipſis implentes, imponamus arthriticos, ad tempus aſſidue fricari præcipiendo: conſequit̄ uero inde ut nō tumores modò, uerū uniuerſum etiā corpus leuetur & euacuetur.

De calculoſis articulorum duritiebus toſis'ue.

SEd quoniam in articulis ſæpenumero lapidoſæ durities (qui πῶροι græce dicuntur) coagmentantur & compingunt̄, interdum quidē ex craſſo & terreſtri inhærente, & illuc per ſe ingruente, tabefactoq́ʒ humore: quandoqʒ uero etiam propter medicaminū uſum quæ diſtrahendi & arefaciendi immodice, nulla aūt molliendi facultate fuerint. Sciendum idonea admodum eſſe medicamenta quæ emolliendi pariter & diſȷciendi uirtutem habent. Molliunt itaqʒ, adipes ueteres, & medullæ, & gutta ammoniaca, & bdellium, oleumq́ʒ perquam uetuſtum, atqʒ ſtyrax. Diſȷciunt autem & arefaciunt, nitrum, ſalia, ſtacte, adarce, euphorbium, & id genus alia. Cæterū ad Poros eiuſmodi articulorum priuatim facit caſeus antiquiſſimus, & acerrimus, cum carnis ſuillę pinguis & ueteris elixatione fricādo & apponendo, ſua nanqʒ ſponte fracto tofo Poróue quotidie fit euacuatio. Cōpoſitum uero medicamentum ex perna, non ſemel experimento comprobatū, biſariam cōcinnatū eſt: Sed ea quæ fiunt è ſtacte prædicta, & id proprie quod habet ſpumæ nitri, terebinthinæ protoſtactæ, propolis, ſingulorum uncias quatuor, cerę uncias nouem, colophonię libram unā, olei uncias ſedecim, quibus intermixtis utere, cum in cōcretis lapidoſisq́ʒ duritiebus, tum in ipſis etiā abſceſſibus. Atqui illud è cinnabari admirandum quidem aduerſus

Emolliēdi uim habentia.

Diſtrahendi ſic candiq; uim habentia.

uerſus eandem artuũ duritiam, aliaq́ plurima remedium præſtat: ſed inuentu admodum difficile medicamentũ eſt. Hoc quidem quod è leptocaryis tenuibus'ue ficubus aridis conſtituitur, prætereà quod inueniri poteſt, & parabile eſt, neq́ in robuſtioribus tantum, ſed in ſubtilibus etiam locum accommodatũ habet, ſi ſumat quis confectionis ex melle, aut δι' ἀνεμώνης, id eſt ex orcitunica partes duas ad medicaminis unam: Vbi uero hæc in promptu non fuerint, diapſimythium quoq́ non raro eodem pondere confunditur. Aliud ad eoſdem poros articulorum duritias: Sandaracham reſinam leuigatam in uiſco quercino excipito, atq́ poris diſcutiendis utere. Aliud quod confert aduerſus fiſtulas & ægilopas: Sumito olei xeſtam unam, ſpumæ argenti uncias octo cum dimidia, auri pigmenti unc. unam: Spumam argenti atq́ oleum decoquito, uſq́ dum reddatur impollutum, atq́ ſic deinde inſperge auripigmentum egregie cõtritum, & priuſquã cõcremetur adimens, utitor. Epithemata porrò ex flore Aſij lapidis, in remiſſionibus impoſita, ad omnes quæ in ſingulis articulis conſiſtunt collectiones cõcretionesq́ pulchre conueniunt, & eaſdem quaſi ad coruos, ut ſic eloquar, uniuerſamq́ ſimul ægritudinem ueterum quorũdam teſtimonio abire iubent. Creditur item medicamentũ ex flore ſalis contextũ in morbi relaxationibus compari modo applicatum, ſeparatos tumores diſſipare atq́ diſtrahere.

De euitanda podagra.

VBi iam podagra, ueluti morbus etiam articularis, corpus hominis occupauerit, difficilime profectò abſq́ ſuperiore methodo emendat. At quũ necdum aduenerit, haud fuerit ſanè arduum eandem ægrimoniã effugere, geniũ cibis defraudãdo, & alimentis rite diſpoſitis, & à ſuperfluitatibus alienis planeq́ uacuis: mediocriq́ uino utendo, & quammaxime fieri poſſit cruribus totiq́ corpori exercitationibus ſuccurrendo. Sal in oleo cõtritum, & articulis cum frictione impactum, cunctos qui podagricum morbũ (in quem alioqui labi procliuiter poſſint) euitare ſtudent, magnifice ſemper adiuuat, niſi aridam nimium corporis intemperaturã habeant. Vtendum aũt ipſo, tempore matutino, & ueſpere, per uniuerſum uitę ſpacium: & poſt inflammationum relaxationes, quas παρακμὰς dicunt, eiuſdem quoq́ uſus plurimum cõmendatur.

Ad perniones, hulcera è frigoribus nata, quæ græce χίμετλα nuncupant, & ea quæ in ſolo pedis, imiſq́ calcaneis oriuntur. Cap. LXXIX.

CHimetla hulceroſę ſunt affectiones, in manuum digitis ac pedum brumali tempore exurgẽtes. Quibus medendis igitur, oportet eadem hulcuſcula tepida marina cõſpergere atq́ fouere, aut betæ elixatione, aut lentis, uel erui, uel aſphodeli radicis. Cæterũ poſt conſperſionẽ ac fotum, lenticulas coctas in uino leuigatas, cataplaſmatis inſtar impone: aut ficos tritas cum oleo leuigando impone: aut alumen & farinã hordei æquis portionibus conterens in uino, cataplaſmatis inſtar impinge; aut fecem ſubaridam, aut bulbum recẽtem

uino tritum, cataplasmatis modo adglutina: Vel allia in oleo frigito, inde alliјs abiectis tantundē ceræ quantū olei liquefaciens impone: Aut malicoria mali Punici coquito in uino, & leuigans cera rosacea excipe, atque utere, aspergens antea elixatione lupinorum: Vel mannam, aut sulphur uiuum cum melle decocto impinge. Cæterum alterci etiam succus continue illitus inflammationes arcet, & dolores placat ac tollit.

Marcellium ad Chimetla.

RApi radicem sculpito, inq; foueam eius immittito ceræ uncias duas, oleū lentiscinū, atq; elixās in diplomate cum aqua marina seu muria, aut decoctione lupinorū. Hoc quidem chimetla conspergito: sed liquefactum in rapo cerotiū, infrigidās impone. Sed in chimetlis exhulceratis, thuris scissilis, miniј, resinæ, æquales portiones adipe suillo immergens utere. Cæterū ad exhulcerationes cum inflammatione, hoc medicamentum adhibe: Accipe olei uncias nouem, adipis taurini, & bilis animantis eiusdem, uniuscuiusq; libram unā, lithargyri uncias sex, colophoniæ uncias quatuor, mellis uncias sex, & quum res poscet utere.

Ad digitorum, totiusq; pedis rhagadas.

COntra digitorū pedisq; rimas picem liquidam inunge: aut cancrum fluuialem marinum'ue comburēs in carbones, leuiter testam incide, atq; cum oleo conterens, mellisq; crassitudinem inducens, purgatis & tersis rhagadibus instilla. Conducit uero & scillæ interaneum oleo feruefactum: & resina terebinthina eliquata: & cornu caprinum deustum, caprinoq; adipe exceptū. Purgare porrò callos ad amussim expedit, atq; sic deniq; medicamentis uti.

Aduersus calcanei rimas, quas græce Rhagadas dicunt, soliq; pedis Antheram.

SVmito calcis uiuæ drachmas decem, cerussæ drachmas uiginti aut triginta, porcinæ pinguedinis recentis uncias septem, colophoniæ uncias nouē, cremoris seminis lini cyathū unum, olei dulcis uncias quadraginta. Hoc enim medicamentū tam planam quàm ullū aliud reddit imam pedis plantam. Aliud: Contra eadem mala utere adipis caprini, ceræ, olei, æquis portionibus confusis. Aliud: Malicoria in aceto elixa, cataplasmatis modo diebus quinq; impone: deinde ubi egregie purgaueris, calcem uiuam cum oleo & balneorum strigmento adhibe. Aliud: Scillam oleo elixato, ipsam quidē frixam porricito, in oleo uero resinam terebinthinam liquefacito, atq; aduersus hæc pedum incommoda utere.

Medendis Ectrimmatibus foraminibus'ue è longo decubitu.

ACcipe ceræ, olei, spumæ argenti, mellis, singulorum partes æquales, quibus simul temperatis ac mixtis, medicamentum constituunt ad omnem cum calcaneorum tum plantarum pedis ac uolæ atque internæ digitorum partis exhulcerationem conducibile, atque id quidem potissime, si hulcus ungui uicinum sit.

Ad sordi

Ad sordida quæ in plantis oriuntur hulcera emmoton, hoc est medicamentum liquidũ, quod concerptis linteolis excipitur, hulceribusq; inditur. Prodest uero etiam ad ea, quæ pudendis adnascuntur.

AMurcæ cyathum unum, aceti tantundem coquito in ære ad melleam usq; crassitudinem: atque de m ore eliquato squamæ æris drachmas duas, mannæ tantundem, mollis lanæ succidæ ac sordidæ quantum manu capi potest faci admotæ, & implicatæ, & crematæ cinerem, conueniente liquore omnia excipe, atque medendis hisce hulceribus utere. In uulneribus quidem uino irrigando: In pudendis uero soloq; pedũ, passo. Aliud: Accipiantur amurcæ, mellis despumati æquæ portiones: cæterum hoc ipsum gingiuas etiam expurgat.

Ad protrigines, quæ calciamentorum attritu proueniunt.

SAnandis foraminibus quę calceorum pressuram sequuntur, in primis quidem pulmo agninus, & porcinus, atque caprinus, conducunt: sed cutem à rigidioribus sandaliorum corijs deustam, inflammationemq; minime adiuuat. Inflammatione uero sublata atq; cessante modò, opis plurimum, quantumq; satis, singuli dictorum animalium pulmones conferũt: aut cepã cum adipe auiculari seu gallinaceo copiosiori inijce: aut gallam concrematam insparge: aut acaciam aceto intinctam illine.

Aduersus clauos & callos, quorum quidem uitiorum Græci illud ἧλον, hoc uero τύλον nuncupant. Cap. LXXX.

HElos, quos nostri clauos appellant, ubi exacte undiq; expurgaueris, aliquid eorum medicaminum quæ erodendi potentiam innatam habeant (σηπτὰ à Græcis nuncupatæ) impone: uel rubiginem rasilem, uel sandaracham, uel aridum Syringiacũ, aut collyrium Syringiacum commeos loco, guttam ammoniacam aliquo liquore exceptam. Est aũt clauus, circinatus in orbem callus, colore candido, clauo capite similis: omnibus corporis partibus, sed pedum plantis digitisq; potissime nascens. Aufertur autem longiusculo tempore, si quis smilio cultro sutorio apicem claui cõtinue detrahat, aut cisseri instrumento conterat: pari etiam modo & callos curabis. Prosunt uero lupinorum crudorum deustorum cineres cum melle, aut misy liquida pice exceptum: papauer nigrum cum urina aphthori, uel putamen fabaceũ cum aceto decoctũ. Ad hoc prętereа mali sępius experientia cõprobata sunt, cantharidum, atramenti sutorij, castorijq; æquales portiones, exceptę resina terebinthina, ita quidem ut emplastri formam induãt, atq; clauo antè bene perpurgato imponantur. Aliud: Accipe sphecles, calcis uiuæ, uisci, partes æquales cum stactes cinere, uel lotio aphthori.

De his quæ nascuntur circa ungues, & ante omnia de Paronychia. Cap. LXXXI.

REdiuiuum, quam Græci paronychiam dicunt, hulcusculum est iuxta unguis radicem nascens, quem utiq; abscessum etiamdũ pusillum existentem, atq; incipientem, galla cum melle suppri-

mit ac sedat, atq; sisti prohibet, uel Musa pastillus, uel iris ex aqua. Sed
ubi iam præter naturam caro fuerit prognata, scopus medicationis est,
ijs maxime rebus quæ morsu carent expugnare atque consumere, ri-
mamq; atq; solutionem moliri. Præsentaneum porrò remedium ad pa-
ronychias, aurium sordes, atq; ipsum quoq; lycium suppeditant. Cæterũ
quum iam in suppurationem maturuerit hulcus, acu compungito, liqui-
dumq; exhauriendo, spongiam aqua maceratam imponito: aut eidem
lenticulam cataplasmatis modo adglutinato, cum aqua prius eliquatam:
aut phœniciũ cum uino, seu rosis uiridibus seu aridis irrigatis aqua & le-
uigatis: aut farinam hordei cum aqua. Prodest itidem ad paronychias lu- 1
pinorum farina, melle uel œnomelite trita & macerata. Sed aduersus pa
ronychias exhulceratas illud expedit: Accipe æruginis, spumæ argenti
(quod lithargyron appellant) uniuscuiusq; drachmas quatuor, sarcocol
læ, hoc est glutini carnis drachmas quatuor. Præterea motum (hoc est li
namentum concerptum, quem penicillum dicunt) desuper ex uino, item
spongiam impone. Oportet autem adhæc ipsam carnem undiq; ab un-
gue distinguere & separare.

Hulcus suppuratum aperiendum.

De pterygijs hulcusculis iuxta ungues.

PTerygiũ supra iustum naturę modũ quoddã carnis circa ungues, hul-
cusculi instar incrementum est, partem unguis operiens, ex rediuiuo, 2
uel alia eiusmodi occasione præstita. Cui quidẽ succurrendo auripigmen
tum uel mannam æquis portionibus insperge, desuperq; motum ex ui-
no, atq; spongiam impone. Aliud: Chalcitidis, squamæ æris, malico-
riorũ, æquas partes fico decocto assatóue excipe, & melle aspersis prius
stimmatis decoctione: Cæterũ arefactum illud, pterygium hulcusculum
egregie quidem expurgat.

Ad putrescentia digitorum pterygia, naturaliumq; hulcera.

LIbanoti, squamæ æris, singulorum drachmam unam, æruginis rasilis
& uermicularis drachmas quatuor, mellis cyathum unum, contere in
sole tantisper dum subflauum induat colorem: deinde profligandis ran- 3
cidis digitorum pterygijs, pudendorumq; hulcusculis utere, splenio cum
emplastro uino ante irrigans atq; conspergens.

Breui exiccans pterygia atq; curans.

SOreos drachmæ duæ, thuris drachmæ duæ, æruginis rasilis dra-
chma una cum melle conterito, in que ipsum pterygium impone. Fa-
cit uero idem ad reliquas etiam quæ in ijsdem locis oriuntur cacoëthias,
id est hulcera malefica, & nigredines, & putrefacta. Aliud: Squamu
las æris dactylorum carnibus aut ficuum excipito, & his uitijs medendis
adhibe. Aliud: Fimum palumbinum cum tenuissimo farinæ flo-
sculo in passo elixato, atq; conterito, calidumq; applicato. Lama itidem 4
squamuláue, per se inspersa arefacit pterygia. Cęterũ uellicatus crebroq;
compunctus iuxta pterygium angulus, in ungue augmentatus, copario
in sublime pertractus atq; sublatus, amputandus est.

Ad fractos ſciſſoſq; ungues.

VNguibus fractis ac contuſis ſuccurras, ſi in cataplaſmatis modum myrtum, & mali Punici tenerrima folia illis adglutinaueris.

Ad ungues ſanguineos.

ADuerſus ungues ſanguine ſuffuſos, utiliter ſane hordeacea farina cū pice mixta imponitur.

De dimouendis unguibus qui doluerunt.

QVod ſi quādo ungues præ laboribus immenſis abſcedant, ſulphur leuigatum adipe ſuillo excipiens, applica.

Medendis unguibus ſcabritie labefactis.

SVmito uiſci quercini, ſandaraches, fœnogręci, ſingulorū uncias duas, cantharidum, thapſiæ, uniuſcuiuſq; unciam unam, aceti quantum ſatis eſſe uidetur. Aliud: Propoleos, ceræ Atticæ, bituminis, uniuſcuiuſq; drachmas duas, ſulphuris ignem non experti uiuiq; drachmam unam, oleo non admixto: Vbi aūt uſus poſcet, calfactum unguibus cataplaſmatis more illinito. Aliud: Picis liquidæ, ceræ Colophoniæ, reſinæ terebinthinæ, guttæ ammoniacæ thymiamatis, ſulphuris uiui, ſpumæ nitri, æquis portionibus, non inquinato. Aliud ad tollendos ſcabredine affectos ungues abſque exhulceratione: Sumantur bituminis, auripigmenti, ſandaraches, ſulphuris ignem non experti, ſingulorum drachmæ quatuor, quibus contritis reſina excipiantur, atq; utere, diſſoluens per dies ſeptem. Aliud: Erui farinam, bile ouilla, aut lotio ouino terens ac macerans, utere: Aut calce aqua non extincta cum oleo, aut chia cum opobalſamo: Vel atramentum ſutorium, & ſulphur ignem non expertum uiſco excipiens quantū ſatis eſſe queat, & cuti adglutinās, imponito: Vel ſtaphida ſylueſtrem cum aceto leuigans & eliquās, utere: Vel reſinæ terebinthinæ drachmam unam, ſandaraches duplum, ſimul unguis radici adglutina, accurate circumligās. Quū uero exciderit iam unguis, cerotā myrteam impone, quę exiguum medicamenti διὰ τῆς ῥητίνης, hoc eſt ex reſina compoſiti, adnexam habeat.

LIBRI TERTII FINIS.

In hoc uolumine operis uniuersi uidelicet quarto, de his præcipue ægritudinibus, quæ foris in humano corpore, nullo sanè certo limite, sparsimq; insurgunt, tractatio compendiosa quidem, sed absoluta satis instituitur.

CAPITA LIBRI QVARTI.

De Elephantiasi cutis uitio. Cap. I
De lepra atq; psora scabie. II
De impetigine quæ græcis lichen est. III
De prurigine, quod malũ Græci κνησμὸν appellant. IIII
De Leuce scabiei specie. V
De Alphis cum candidis tum atris. VI
Aduersus stigmata ex decretis Archigenis. VII
De papulis quæ Græci exanthemata uocant. VIII
De epinyctidibus. IX
De pustulis quæ phlyctænæ dicũtur. X
De ignis exustionibus. XI
Ad uerberibus percussos. XII
Pilos ex combustionibus nasci. XIII
Ad desquamationes. XIIII
De formicis & uerrucis. XV
De ganglio neruorũ reuolutione. XVI
De inflammatione phlegmonéue. XVII
De abscessibus, quæ foris corpus infestant. XVIII
De gangræna & syderatione. XIX
De herpete. XX
De erysipelate, id est igne sacro. XXI
De pano & bubone & furunculo. XXII
De dothienibus, tumidis abscessibus. XXIII
De termintho, tumore nigro & tereti. XXIIII
De carbunculis anthracibus'ue. XXV
De canceribus. XXVI
De ædemate, hoc est tumore. XXVII
De emphysemate. XXVIII
De luxatis & contusis. XXIX
De carnibus cõtusis, & sanguine in contusis concreto. XXX
De ruptura & conuulsione. XXXI
De scirrhis, duritiebus non sensilibus. XXXII
De strumis, quas Græci chœrades dicũt. XXXIII
De steatomatis, id est adipationibus, et atheromatis & meliceribus. XXXIIII
De fauis. XXXV
De simplici hulcere. XXXVI
Quæ conglutinare hulcera possint. XXXVII
Ad dolentia & inflammata hulcera. XXXVIII
Ad immatura necdum purulenta hulcera. XXXIX
De cauis hulceribus. XL
Quæ hulcera sordida expurgant. XLI
Ad uermicularia hulcera. XLII
De carnis excrescentia. XLIII
De nomis, semipedonibus, & phagedænis. XLIIII
De hulceribus cicatrice carẽtibus. XLV
De cacoëthibus, quæ chironia & telephia dicuntur. XLVI
Ad cicatrices nigras. XLVII
De sinubus. XLVIII
De fistulis. XLIX
De ruptis. L
De hulceribus articulorum. LI
De palis, lignisq; fixis, telis, spinisq;, & id genus alijs corpore extrahendis. LII
De sanguinis eruptione cum è uena, tum ex arteria. LIII
De percussione neruorum. LIIII
De ancylosibus. LV
De luxatis artubus. LVI
De lumbricis. LVII
De ascaridibus. LVIII
De dracunculis dracontijs'ue. LIX

PAVLI AEGINETAE

MEDICI PRAESTANTISSIMI, DE ARTE MEDENDI LIBER QVARTVS, ALBANO TORINO VITODVRENSI INTERPRETE.

De Elephantiasi cutis uitio. Cap. I.

MAIOREM oportere semper remedij, quàm ægritudinis uim esse, Cappadox arbitror Aretæus inquit: indeq; fieri,ut curari Elephas minime gentiũ possit,q̃d scilicet medicina nulla superior inueniat̃. Nam si Cancer, qui singulorũ modò corporis membrorũ Elephas quidem est,inter morbos immedicabiles ab ipso etiã Hippocrate censetur: quî non sit Elephantiasis (qui cancer quidã corporeæ molis uniuersæ existit)multò potius,longe curabilis minus,medicinæq; omnis magis respuens? Atra siquidem bile, in qua hic morbus consistit maxime,bifariam proueniente (aut enim è melancholico feculentoq; sanguine, ac ueluti sanguinis limo:aut è flaua bile, & quidẽ utrisq; neglectis ortum habet) Elephantes quippe perrubros mitiores ferè, aut ut uerius loquar,malitiosos pestiferosq; minus,prima bilis atrę differentia gignit: Reliquos uero,qui utique & infestiores, nefastaq; tyrannide sæuiunt, & corpus totũ hulcus reddunt,summaq; & extrema corporis membra decidere faciunt,altera(si negligatur)illa uidelicet è flaua bile parit. Morbo igitur iam superãte,abdicanda medicina omnis est,deq; ęgroto iam actũ putato. Incidente uero primũ & auspicante, si quidẽ neq; etiamdum extrema deciderũt, nec exhulcerata cutis summa uspiam cõspicit̃, nec in immensum dolor surgit,sed uultus tantũ turpis quidã & informis admodũ, atqui neutiquam absurdus omnino apparet, medendi tentare artem tum maxime licet. Quidam etenim,atq; hi sanè non pauci,morbum,ne quos inuaserat totos occuparet,sola circum caput ustione ne longius serperet, repulerunt. Ocyus itaq; nos, ubi morbus primum suppullulare cœperit, sanguinem secta uena detrahamus, & uerno potius tempore, quando frequens iste affectus ingruit, & accessionibus suis exacerbescit. Sed paucis inde diebus nouem uidelicet aut decẽ interpositis, pulte colocynthidos hac affectione recenter (ut dixi) oppressos expurgabimus, neq; ad uiuum (quod aiunt) usq;,prima quidem uice,sed identidem,accurata perpensione uiriũ languentis adhibita, medicamẽti quantitatẽ plus minus applicabimus. Peraccõmodata etiam ita affectis est ea quæ per hieram fit expurgatio. Rursum uero diebus decem fermè intercalatis, & in quiete transactis,serũ lactis scissi ijsdẽ est offerendũ, neq; sanè minus tribus cotylis,neq; plus etiã q̃ quinq;. Sequẽtibus uero diebus,nõ scisso,uel recẽs emulcto alantur. Adhæc morbo quidem remittente, alimento eodem utant̃. Permanente aũt ægritudine lac omnino respuant,acrioribus

Elephantiæ curatio.

cibis uescentes, & uomitum raphanis cibarijsq; prouocent. Probatur
post hęc ueratro candido facta corporis expurgatio, bis quidem si queat
fieri in Vere, semel uero autumnali tempore. Verum occupante iam ma-
lo & imperante, neq; uenam secato, neq; ueratro unquam tentato: nam
Acute non fiat ad intima transitus. nulla fieri in his debet à cute in profundũ ac intima transumptio, nec ma-
teriæ ex his ulla etiam diminutio. Cæterum materia in aluum inferiorem
atque intestina deriuanda est, syncriticisq; utendum, arefaciendo atque
obturando summam corporis cuticulam. Cucurbitulæ itaque inanes le-
uesq; ex ore uentris & præcordijs pendeant: easdem'que partes picato,
dropacéue unguento illinito: pusillum inde temporis quiescendum, atq; 1
tum denuo ad remedia, à purgatione quæ per hieram fit auspicando, re
flectendum: sanguinis missionem per uenam, plus detrimenti quàm emo
lumenti allaturam, procrastinantes: atq; hac quidem periodo ad summũ
ter aut quater in anno utendum, tempore autem uerno potissimũ atq; au-
tumno. Iam uero in hac affectione cõstitutis cumprimis id genus potio-
Potiones elephantia laborantium. nes expediunt: Aceti cyathus unus cum cedrini liquoris cyatho uno, &
cremoris brassicæ crudæ cyathis duabus commixtus, potui cum matuti-
no tempore, tum uespere quoq; exhibeatur: Aut uertemni herbæ, quam
græce sideritin nuncupant, folia arida pondo drachmæ unius in uino cya
tho uno: Vel cornu ceruini drach. unam, et aceti scillitici cyathi mensurã, 2
post diluculariam inambulationẽ quotidianã potui dato. Et cæteri potus
pro loco ac tempore ijsdem porrigantur: Vel scillæ circiter drach. quin-
que in aqua mulsa, aut in melle per se, instar linctus exhibeto: Vel succi
Cyrenaici erui quantitas melli atq; butyro intincta: Vel elephantini os-
sis rasuræ drach. semissis, cum uini cyathis duobus: Vel cymini Aethyo-
pici drachmæ tres cum melle eligmatis modo exhibeantur. Atqui mul-
to præstantius præsentiusq; auxilium quàm hæc præstiterit, theriaco-
rum pastillorum drachma una, in uino egregio & exquisito cyathi unius
mensura leuigata & macerata atq; epota. Pari etiam modo scilliticorũ pa-
stillorum drachmam unam laborans bibat. Necnon nepetæ insuper li- 3
quorem, tanquam efficacissimum in hoc morbo præsidium summis enco
mijs euehunt, absorptum. Cæterum principio à cyathis tribus auspican
dum perhibent, paulatimq; ad sex usq; transeundum. Verum omnibus
Theriaca primas tenet in elephantiasi. facile sua efficacia palmam surripuerit è uiperis contexta theriaca, cum
in potu sumpta, tum foris etiam illita. Quod si ad manum parabilisq; fue-
rit uiperarum (sic enim θηρίων interpretor) copia, non est quod neq; nobi-
lius neq; præsentioris auxilij ullum inquiras, quemadmodũ uiperarũ car
nes mansæ, albo iure ex aqua magna parte, salibus, porro, atq; anetho,
usque ad spinarum discretionem probe elixæ: capitibus ipsarum primo
amputatis, caudisq; ad digitos quatuor ablatis, & intestinis ipsarũ exem 4
ptis, pelleq; detracta. Theriaci uero sales eiusdem generis morbis ser-
uiunt unà cum obsonijs assumpti: nam qui ijs hoc pacto utũtur, illis squa-
ma quandoq;, aut ueluti quædam alopa à cute abscedit ac decidit.

Victus

Victus ratio eiusmodi præscribenda.

POst somnũ quidẽ ante omnia palpato atq; prætentato uentre, altius sese distendet cum uociferatione: postea fricet atq; diuersimode exerceatur, partim quidẽ saltando, partim uero & quidem plurimum fibulis, quos ἀγκτῆρας uocãt, et coryco utendo: sudorẽ uero subinde abstergẽdo: perungatur adipe sufficiente uel uulpino, uel hircino, uel alitis alicuius, uel butyro recente. Parum uero intermittens lauet, illitus cremore fœnograeci, aut ptisanę, aut guttæ ammoniacę perexiguo aceto immerso. Cæterum à balneo tersum oleo lentiscino illinito, aut œnãthino, aut myrteo, aut uino modico cum alumine, guttáue ammoniaca strigmenti balneorũ crassitudine: abstergens uero denuo tenerrimis linteolis, horæ dimidiũ quiescat: à quo pingui & tepida aqua hausta, euomat digitis pennáue irritando: ubi uero euomuerit uinum absinthite, origonitéue ebibat. Porrò alimenta quibus in hac ægrimonia estur, panis hordeaceus esto, placentáue ex farina cõpacta, quam Græci μάζαν indigitant. Ex oleribus uero beta, lactuca, raphanusq;, et porrum, & brassicæ, bis aqua ad dulcorẽ usq; elota, & capparis: E maritimis aũt admittũtur ostrea, pelorides conchæ, echini, pectines, quę Græci dicunt κτένια, tellinæ, cum beta decocta, salsamentum uetus perinde atq; medicamine mœra. Mero omni morbi tempore abstineatur, & coitu similiter: Paucissimum modo uinum ac tenue probeq; dilutum tempore quo refocillantur ac recreantur ab expurgationibus assumendo: in quo uidelicet & ea quæ acrorem habent absq; condimentis, sunt seligenda. Adhæc hoccine malo oppressis offerantur ptisana, oua, chondrus elotus, lac, atq; mel cum pane, maluaq;, & rumex, & siser, & piscis teneræ carnis: Ex auibus quæ inculpati succi sunt: Ex fructibus ficus, uuæ, staphides: Ex cõfectionibus uero quę melle cõstituuntur, nõ improbant nuclei pinei, strobili appellati, aut confectiones ex amygdalis frictis, & cnico, bis in die nutritis: molestum sanè ita habentibus, semel tantum in die cibum capere. Vbi porrò corporis iam interni diligens habita fuerit ratio & cura, smegmatis quoque usus commendatur in balneo, cum elixatione betæ, aut fœnogræci, adiecta spuma nitri. Vel utendũ erit sapone, aut myrobalano, & nonnunq; psilothris. Exterit uero & portulaca cum aceto contrita, tenueq; semperuiuum, necnon rumicis radices aceto cõcoctæ, & alumen cum salibus, & sandaracha æquis portionibus in uino & lentiscino. Facitq; hoc idem ad alphos è spuma maris alcyonióue, & nitro, myrrha item, & sulphure, lentisq; syluestris folijs aridis cum aceto leuigatum ac illitũ. Atq; etiam illud quod constat ex sepiæ testæ ceratio, & pumicis, nitri, cretæ cimoliæ crematæ, commeosq;, & gallæ immaturæ, æquis portionibus, aridum insperlum, aut aceto exterlum. Cęterum illud etiam admirandum: Rumicis radicum fasciculus ingens, quiq; manum impleat, nitri drachmæ quadraginta, thuris drachmæ uigintiquinq;, sulphuris drachmæ totidem ex aceto Aegy

Podagricis monositia inimica

ptio circumliniuntur. Commendant medici inſuper emplacton (quod pharmacon eſt,ut hulceribus imponatur factum) eiuſmodi: auripigmenti drachmæ decem, ſulphuris apyri drachmæ octo, coſti drachmæ duodecim, calcis drachmæ quatuor, ceræ drachmæ quatuor, baccarum lauri aridarum drachmæ duodecim, hæc ſimul conteruntur & macerantur foliorum populi albæ ſuccoſitate, uel craſſo decocto, & quum iam mellis craſſitudinem prætulerint, homini affecto illiniuntur. Aliud: Radicum rumicis faſciculi duo in aceto decoquuntur, & in pila contunduntur, atq; leuigātur: deinde alcyonij libra una, aphronitri unciæ octo, ſulphuris uiui libra una, cochliarum teſtarum unciæ quatuor, chamæleontis cum radice unciæ quatuor, conterantur pariter omnia uſque ad balneorum ſtrigmenti craſſitudinem, deinde corpori huic malo obnoxio circumliniantur: æſtatis quidem tempore in ſole ſæpicule: hyeme uero in balneo tantiſper dum ſudorem proliciat. Cęterum Aſclepij aridum ſmegma ſic habentibus pulchre conueniet: & omnia communiter abſterſiua quæ dicturi ſumus uſque ad Alphos, quemadmodum etiam in præſens enumerata aduerſus illa. Moleſtiores uero abſceſſus epanaſtaſes'ue inflammatæ, uel exhulceratæ, circumliniantur lycio Indico, aut glaucio, aut aloë, aut Andronis trochiſco, aut polyidæ ſigillo. Cataplaſma inſuper imponatur ex chondro cum cremore herbæ ſeminalis, aut plātaginis, aut helxine leuigata: & meliſſę herbæ uiridis folia, cum axungia contuſa, & cataplaſmatis more impoſita, mirifice proſunt: rubeſiunt enim membra, ſecedit autem facile, pane cataplaſmatis inſtar impoſito, aut cerota ex amygdalo concinnata, & in naturalem colorem reſtituitur.

Lepræ exhulceratæ idonea. Exhulceratis uero emplaſtra congruunt, confectioq; ex diphryge conſarcinata: & ea quæ è uino, meline, & coracion, & medicamen ex aceto mulſo, nec non Andronius paſtillus, & bulla, quam pompholygem dicunt, & cadmia. Cęterum morbū totum modeſtius tolerari ac meliuſcule eſſe indicat, quod cicatrix primum hulceribus inducatur. Cæterum cōtra difficultates anhelitus laborantium elephantiaſi, millepedas (quos Græci ὄνους uocant) ſub aquali hydriáue degentes quinq; aut ſex, ex mulſi cyathis tribus potui dato. Communiter uero & eorum nonnulla huic affectioni competunt, quæ iampridem ſuſpirioſis conducere literis ſunt prodita. Verum aquarum ſponte ſua emergentium ſeligendus uſus eſt, ueluti non utilium modò, ſed & neceſſariarum maxime, atque in primis adeo aluminoſarum, & quæ ferri uim naturamq; obtinent, & ſi poſſibile eſt frigidarū: E re uero uſuq; hoc malo oppreſſis fuerint potiſſime potæ. Maritimi item ſabuli uſurpatio, eiuſdem ſemper eſt potentiæ, omniaq; ſudorifica.

Leproſorū ſeceſſus. Quoniam autem contagioſus hic morbus eſt, neque etiam minus quàm uel ipſiſſima peſtis, ſeorſim ac longe à ſanis hominibus, atque adeo procul quoque ab urbibus, in locis uidelicet mediterraneis & refrigeratis, & à mortaliū cæterorum, ut dixi, frequentia maxime

uacantibus

uacantibus tabe illa affectis est habitandum. Quin (si quidem possibile est) etiam hinc transeant ad proxima loca, tum propter se, tum propter eos qui congressuri (ut uerisimile est) sunt minore cum malo: Ipsi nanque commodiore ac salubriore aëre utentur, neque alios tam prompte mala contagione inficient.

De Lepra & Psora. Cap. 11.

LEpra pariter & psora cõmunis quædam summæ cutis scabredo est, cui sanè prurigo lentaq; corporis absumptio accedere consueuit, ex atra bile utraq; originẽ trahens. Sed lepra profundius circularibusq; erosionibus corporis cuticulam depascit, & squamatorũ piscium instar squamulas ex se remittit. Psora uero superficietenus summã corporis cutem uaria erosione depascit, furfurosaq; magis quàm squamosa ex se corpuscula edit. In quibus sanè secta uena sanguis detrahendus, si tibi exuberantius & plethoricum ut uocant, corpus appareat: sin minus, omnino corpus alui deiectione atra bile est exonerandum. Extrinsecus uero utroq; ueratro communiter utendum, calcemq; ablutam seruato aridam, quumq; usus & necessitas poscet, aqua dissoluendo in balneorum strigmenti crassitudinem, illinito. Aliud: Sumito saluiæ, oliuæ Aethiopicæ lachrymæ, singulorũ drach. octo, radicis corticis capparis, cõmeos, uniuscuiusq; drachmas tredecim, illinito ex aceto in sole. Sed lepras peculiariter exterunt ac dimouent anemonæ appositæ, uitisq; candidæ radix. Composita uero, lolleaceæ farinæ chœnicem, cardamomi albi drachmas quatuor, spumæ nitri drachmam unam, atramenti sutorij drachmas octo, asphodeli radicis mediæ drachmas quatuor, conterens in aceto, atq; cerotæ crassitudinem inducens, circumlinito, nitro prius fricato lotoq; loco. Verum die tertio dissolue, & abluens aqua gelida denuo illinito. Aliud: Radicum hastulæ regiæ succi uncias sex, sulphuris ignem non experti, mannæ, uniuscuiusq; drachmas decem, nitri drachmas octo inungito, tingẽs in aceto. Cęterum ad psoram aspredinem proprie cõducunt: Ex simplicibus quidem, uua arida syluestris (quam σταφὶν ἀγρίαν uocant græce) lupini amari, cardamomum cum aceto, lilij radix melle adiecto, resina terebinthina, sulphur, ciceres, fimus ouillus. Composita uero, misy unà cum chalcitide æquis partibus addito uino, psoris humidioribus illinito. Aliud: Rhododaphnes teneriora folia in olei xesta una decoquito tãtisper dum arefiant, atque porriciens inijce oleo cæræ unciam unam: ubi eliquaueris refrigerato, sulphurisq; uiui unciam unam insperge, atque illinito, idq; uel sub sole, uel in balneo. Sunt qui unà cum rhododaphne scillam etiam in hunc usum decoquant. Aliud: Accipe confectionis διὰ χυλῶν, hoc est è cremoribus uncias duas, ceræ tantundem, rosacei unciam unam, spumæ argenti uncias treis, cerussæ uncias treis, picis liquidę unc. sex, elcysmatis uncias duas, sirici uncias duas, aceti quantũ satis est ad leuigationem aridorũ. Aliud: Sumito cerussæ unc. dimidiã, amyli tan-

Discrimen inter lepram & psoram.

tundem,plumbi unciam unam,lotaria rubra,uel anchuſæ herbæ uncias
duas,ceræ uncias ſex,roſacei uncias nouem : anchuſam egregie unà cum
roſaceo elixato, deinde inijce etiam reliqua. Aliud: Oua decem, uel
quot opus fuerint in aceto acerrimo macerato,donec cortex ipſorũ emol
leſcat,inde coquito in eodem aceto lutea ipſorum,eliquans roſaceo,& re
liquo aceto: & ſpumæ argenti ſymmetrum ſtrigmenti balneorum craſſi-
tudine illinito. Aliud: Accipe ouorum maceratorũ in aceto uitellos
treis,roſacei uncias ſex,ſulphuris uiui uncias treis: Prius eliquatis & con
tritis cum aceto uitellis, & ſulphure, inijce cerotam. Spuma quoq; argen
ti aceto roſaceo leuigata,ut emplaſtri formam induat,acriores pſoras ex-
purgat. Porrò ſmegmata etiam ex rumice,atq; pleraq; quæ elephantiaſi
medendo ſunt facta ſmegmata, communiter cum curationi ipſius lepræ,
tum pſoræ quoq; accommodata ſunt.

De impetiginibus,quas lichenas nuncupant. Cap. III.

MIxtis ſaniebus (quos ἰχῶρας dicunt) tenuibus & acribus cum
alijs craſſis humoribus, impetigines oriunt̃, quæ procliuiter
in pſoram & leprã cutis aſpredines tranſeunt: Quocirca uehe
menter areſacientibus egent pharmacis. Proinde poſt uni-
uerſi corporis, ſi opus ſit, euacuationem, ſimplicia quidem quæ conue-
niunt,ſunt,Cicer, ueratrum,echinus ſaxatilis, pix cærotæ admixta,& re
ſina, crocodili terreſtris ſtercus, & ſturnorum, quum oryza modò pa-
ſcuntur. Non pauci hoc ſolo medicamine lichenas,quæ in mento,aut ali-
cubi aliâs proueniũt,medicati ſunt : Plurimũ tritici ſumens,in aliquam in
cudem candentẽ & ignitum impone, humidumq; ex eo defluens, etiam-
dum calidum ſuſcipito,& lichenibus inungito. Puerorũ uero lichenas ſa
liua humana aſſidue perfricato: Hos etiam gũmi coccomelææ illitum ad-
iuuat. Veteraſcentibus uero lichenibus,uiticis folia terito in aceto,& ca
taplaſmatis modo adglutinato,aut pari quoq; modo folia capparis. Com
poſita uero hæc ad lichenas faciunt: Sulphur cum rore marino, libano-
tóue,uel cum gutta ammoniaca,eliquando in aceto,illinito.

Paſtillus aduerſus lichenas.

PAſtillus (quem trochiſcum græce uocant) medendis lichenibus his
conſtat: Glutini rubricæ fabrilis drachmis quatuor, thuris drachmis
tribus,aceti cyatho dimidio: aceto hæc diluens,illinito. Aliud: Chal-
citidis,cõmeos,uniuſcuiuſq; drachmas octo,ſulphuris uiui,miſyos,ſingu
lorũ drachmas ſex, ſquamulæ æris, acaciæ, uniuſcuiuſq; drachmas duas
aceto illinito. Aliud: Accipito ſulphuris ignem non experti, nitri
ſpumæ,ſingulorũ drachmas quatuor, hordei grana ſexaginta,cõtere cũ
aceto: uerũ locum tantũmodo affectum illinito,ſanam partem nihil inqui
nans. Aridum porrò frigida aqua eluito. Aliud: Veratri albi drach.
accipe octo,farinæ lupini,buccinarũ, uniuſcuiuſq; ceratium, nitri chœni
cem, arido abſtergantur. Iam uero medici feras lichenas appellant, qui
à mediocriter areſacientibus nihil iuuãtur, ſed ab acrioribus magis exa-
cerban-

cerbantur exhulceranturq; . Exhibenda ſunt igitur in his, medicamenta ſatis quidē efficacia, ita tamen ne plurimū uellicent: cuius eſt modi illud, quod habet glaucij, thuris, alcyonij, bituminis, ſulphuris, cōmeos, uniuſcuiuſq; unciā unā, ſi cum aceto illiniatur. Aphricam picem cum aceto elixans refrigeratā illinito. Aliud ad lichenas, & pruritum: Atramenti ſutorij, ſulphuris ignem nō experti, nitri, thuris, æquis portionibus ad lichenas cum aceto: ſed ad pruriginem & roſionem cum uino. Aliud lichenium: Habet guttæ ammoniacæ thymiamatis, erui farinæ, farinæ lupini, æquas partes: cum aceto illiniatur.

De prurigine. Cap. IIII.

PRuritus, quod malum Græci κνησμὸς nuncupant, quum ſenes obruunt, nō adeò curabile malum eſt: placabūtur autem ſubordinatis medicaminibus. Si mali cauſſa deprehenſa fuerit in alijs ætatibus cacochymia, hoc eſt prauus ac corruptus humor, hunc euacuare quamprimū expedit. Sin autem bilioſus quidam aut pituitoſus humor, putris item uel ſalſus, malo occaſionem prębuerit, Deprehēditur aūt id quidē ex ætate, temperatura, uictu, tempore, regione, atq; reliquis hiſce cognatis. Quocirca ubi uenæ pariter ſanguine fartæ, redundare eodem humore uidentur, contra id detractione ſanguinis fuerit pugnandum: Sin potius qualitate moleſtat, is alternis medicaminibus eſt euacuandus. Nunc ad externam uertamus nos curationem: Lauacro itaq; utendum, ſed omnino quidem ſtomacho etiamdum ieiuno: Verum nōnunq; etiā poſt exiguū cibum ſumptū denuo lauare concedit. Prauus nanq; humor huius affectionis parens eſt. Decocto inſuper fœnògræci detergito, uel betarū, uel furfurū, uel maluæ ſylueſtris atq; ſatiuæ, uel ptiſanæ. Cum his uero etiā farina fabacea, uel lupini, uel myrobalanina, uel cucumerina pręparata. At ſi inueteraſcet moramq; diutius trahat hoc mali, lauacris conſimiliter fuerit indulgendū. Fouendū præterea decocto ſaluię, myricæ, mercurialis, origani, pulegij, baccarū lauri, cucumeris ſylueſtris radicis, capparis, lixiuio ſtactes, & oxalmes. Deinde nitro arido cōſperge, uel cum fece aceti, uel eo quod accipit nitri ſpumę xeſtā unā, roris marini libanotiùe, ſulphuris ignem non experti, uniuſcuiuſq; librā unā, cretæ cimoliæ libram dimidiam. Vel illud: Accipe ſpumæ nitri, ſulphuris uiui, alcyonij, æquas portiones, quibus aridis uel cum prædicta decoctione aliqua utere. Quod ſi uidetur ueratro etiam arido conſperge. Illinito præterea oxelæo cum ſylueſtri ſtaphide perforata, uel ſulphure, uel ſandaracha, uel ſimul omnibus: uel ſinapi cum mirobalani ſucco expreſſo pieſmatéue, & oxelæo. Vel cocleis excipe leuigatis ac diſſolutis in melle, uel rumicis radicibus, uel ex ijſdem rebus confectis ſmegmatis, ueluti paulò ante in capite de Elephante proditum eſt, uel ſuper quibus in ſermone de pſoricis eſt traditum. Quod ſi pręterea partes exhulcerent, parygro cōpoſitione utendū, uel ea quæ diapompholygos nomenclaturā obtinuit; uel ceræ unc. unā liquefacito & macerato cyprini

Humor delinquens unde eliciendus.

Pruritus extrinseca curatio.

cyatho uno, quibus insere atq; implica sulphuris uiui unciam unam.

Aliud contra pruritus.

MEdicamine insuper illo aduersus prurigines fuerit purgandũ, quod accipit nucum (quę κάρυα appellantur) ingentium Tangorũ unciam unam, sulphuris tantundem, apij cremore elixans, utere in balneo, perfricando q̃ plurimum. Hoc unum sanè medicamentũ satis auxilij plerisque psoricis, & aliâs pruriginosis præstitit. Apium item per se, uiride, contusum, & extersum in balneo, magnificam opem cõtulit: Pari quoq; modo perditium, & zygęa cum rosaceo dissoluta, atq; corpori pruriginoso undique illita egregie iuuit. Aliud: Oryzæ purgatæ atq; admodũ albæ uncias treis conquassato, & cribro discerne, & attamina, acetoq; acerrimo tantisper dum strigmenti balneorũ crassitudinẽ induat dissolue, atque sigillatim diuisimq; inijciens, leuigati sulphuris uiui unciam unam, quibus pulchre probeq; cõfusis, in balneo utere, multum diuq; perfricando. Verũ in his qui excrementorũ nimia multitudine obruti sunt, æquis portionibus commiscens, longe præstantius ac melius reddes.

De Leuce scabiei specie. Cap. V

ALiud præterea cutis uitium sæpius homines inuadit, quod latinorum nõnulli uitiliginem, Græci leucen nuncupãt. Est aũt id malum metamorphosis quædam coloris in candidiorẽ, ex uiscida glutinosaq; pituita proueniens. Quũ uero non ita undiq; omnino candescit, uitium medicabile putato. Huius autem notæ & significationes (quod neminem fugiat) sunt eiusmodi: Acu compungito in superficie cutis leucen, ne ultra pellem introrsum penetret. Quod si nullus sanguis promanat, morbus incurabilis non est: Sin lacteus uero quidã humor profluit, tum curationem respuit. Vel laneo pãniculo aspero ipsam perfrica: quod si ruffescit color, curationem admittet: si uero in eodem cutis colore permanserit, tum incurabilis creditur, & pleraq; corporis inuadit loca. Paucas porrò & antiquiores nouis ac recentibus, magis curam respuere putandum est. Nonnulli quidem ferro candenti leucen exurendam autumauerunt, exustionemq; solam perpetratã probauerunt: Alij porrò combustionem dolorosam atq; ex hac cicatricem metuendam, neq; minus incommmodam leucę arbitrati, escaroticis, hoc est *Escarotica.* crustã inducentibus usi sunt medicamentis: cuiusmodi perhibent ea, quę cicatricem concolorem obducunt. Alij uero repudiantes difficultatem, tincturis humectantibusq; uti maluerunt, in his imposturæ magis quàm utilitatis rationem habentes, qui sanè reliquis omnibus magis sunt auersandi, propterea quod statim reuertitur morbus. Vtendum igitur subiectis est remedijs & facultatibus: Adarce, hordeo, sulphure uiuo, æquis portionibus singula contundendo, & singulatim len teq; per cribrum attaminando: deinde pariter cum aceto conterens & eliquans, ad dies aliquot in sole illinito, nõ cõfertim, ne corpus exhulceretur: procedente uero tempore exiguum quippiam hellebori, gallæq; similiter ingeratur.

Aliud:

Aliud: Ficus atræ uirgultis in aceto maceratis & contritis, miſceto nitri ſpumam, ſulphuris uiui, myricæ fructus, portiones æquales: nitro uero leucam antè perfricans, illinito, & inſolato, obſeruesq́ ne exhulceretur. Cæterũ Archigenes folijs ficus, calcis quantum ſatis eſt cõmiſcendo, ſimiliter uſus eſt: Vel helleborũ candidum fricatis leucis tandiu quoad ſudando reliquo corpori cõcolorem ſpeciem induant, illinito: Sinopideq́ aut mediade, uel acubus penetrantibus cõpungito, donec cruore inficiantur: Illinito ſinopide cum aceto: uel abſtergendo prius recente cremore ficus ut dictum eſt, perungito, & folijs eius aliquantiſper perfrica.

De Alphis candidis & atris. Cap. VI.

ALphi (qui itidem à quibuſdã uitiligines dicuntur) conſimili omnino cum leucis origine naſcuntur: uerum hę quidem altius in corpus penetrando radices agunt, ita ut pili etiam conſimiles inde enaſcantur. Alphi uero in ſuperficie cutis oriunt̃, niſi quod ipſi quoq́ ſi diutius permaneãt, in corpus profundius penetrãt, ut inde ob ſubiectum humorẽ pili natiuo colore mutato, candeſcant: Ex pituitoſo nanq́ humore candidi fiunt: nigri uero ex atræ bilis humore redduntur. Communiter itaq́ congruit utriq́ calx abluta, & aqua diſſoluta, uel dracunculi radix cum aceto cataplaſmatis modo impoſita. Pari item modo ueratrum utrunq́: Lupinorũ amarorũ elixatio conſperſa, & fotu adhibita: necnon farina ipſorum ex aceto melléue acetoſo impacta cataplaſmate: radicis itidẽ capparis cortex cum aceto: lilij radix cum melle: cepa cum aceto in ſole illita: crocodili terreſtris oletum: itidem & fimus ſturnorum, quum oryzã modo comederint: ſepiæ cruſtæ toſtæ. Compoſitum uero quod ad rem præſentẽ pluſculum facit ex his conſtat: Alcyonij, nitri, uniuſcuiuſq́ uncijs duabus, ueratri candidi, ſulphuris ignem nõ experti, ſingulorum uncia una: Nõnulli uero uini fecem adhibuerunt.

Quo interuallo leucæ & alphi differant.

Aliter: Accipe ſulphuris uiui, nitri ſpumæ, ſingulorum drachmas quatuor, hordei grana ſeptem, leuigato cum aceto, ſed non niſi alphon perunge, nihil inquinans membrũ incolume, arefactũ uero aqua gelida dilue. Aliter: Farinæ lupini, buccinarũ, & nitri, uniuſcuiuſq́ chœnicem, ueratri albi drachmas octo, arido abſterge. Aliter: Erui farinæ libras duas, ſeminis erucæ, amygdalorũ amarorũ, cucumeris agreſtis radicis, ſingulorũ libram unã œnomelite pariter eliquans, alphis illinito, & tempore interpoſito, abſtergito. Prodeſt idem & aduerſus lentigines aſperam & diſcolorẽ ceu à ſole cutem, quas Græci ἐφήλιδας uocant: item ionthos, id eſt uaros: necnon ad humani uultus reliquiq́ corporis decolores maculas, quos Græci σπίλους nominant.

Ad Alphos candidos experientia comprobatum.

SVmito ſulphuris ignem non experti xeſtas duas, calcis uiuæ albæ uncias quatuor, albores ouorũ quinq́, olei nardini, & aceti aliquantulũ: Sulphur ante omnia diſſoluatur, deinde in ipſum nardinũ oleũ immittamus, ac denuo: eliquabimus ab hoc acetum inſtilletur, rurſusq́ diluatur.

Calcem uero priuatim abluentes, ſemel, bis, & ter ſulphuri immittamus, unaq́ ouorum albuginem & rurſus eliquemus, coactumq́ liquorem effundamus: Symmetrū aūt relinquentes, quo illiniri ungentū queat, atq́ ita quū opus eſt utamur. Aliud, quod ad Archigenē refertur: Accipe ſulphur uiuū, folia ficus arida, aphronitrū, alcyonium, cretam cimoliam, myrtum cum aceto, utere. Aliud eiuſdem Archigenis: Ficus foliorū exiccatorū in umbra, ſulphuris, aluminis, ęquas partes cum aceto illinito. Vel foliorū ficus drach. quatuor, nitri drach. duæ, alcyonij toſti drach. duæ accipiant, atq́ in balneo illiniantur. Proprie uero alphos nigros maxime diſcutit & tollit ſandaracha, cum parte dimidiata ſulphuris: præfricato uero nitro, ſub ſole perunge. Cæterum candidos alphos atramenti ſutorij, æruginis, æquis partibus, nitri duplo plus abſq́ pinguedine extere: Vel hordei, ſulphuris ignem nō experti, adarces, æquas partes eliquans, cum aceto abſterge & obline. Vbi uero aruerit, lauato terendo: id quod medendis etiam leucis impendiò conducit.

De ſtigmatis ex decretis Archigenis. Cap. VII.

INter alia cutis uitia & uitiligines numerātur etiam ſtigmata, hoc eſt puncta, quæ maculis decoloratā cutis humanæ ſuperficiem uariant. Eadem ſanè curabis ad unguem, amide cum acerrimo aceto perliniens: Vel calcis uiuæ medimnū unum, nitri aſſati, tritici ſemiſſem, adiecta aqua ſub ſole perungito. Vbi uero exhulcerauerit, perinde atq́ hulcus ad cicatricē perducito. Verūenimuero Crito medicus ad ſtigmata curanda iuſſit cōfricatæ nitro prius cuti, locóue affectore ſinā terebinthinā illini: deinde linamētis colligatā ſex, inquit, diebus relinquito, ſeptima die ſolutā lauato, acuq́ ſtigma cōpungito, breuiq́ tēporis ſpacio interiecto, ſanguinē fluentē ſpongia detergito, tenui ſale locum confricato: tum deniq́ medicamentum imponito, quod habet thuris, nitri, lixiuij, calcis, cerę, ſingulorū drach. iiij. mellis octo, neq́ ante diem quintū, imò ſexto tandem ſoluito, & τὸ μέλαν, hoc eſt, nigrum in medicamento deprehendes. Aliud ungentum: Piperis drachmas duas, rutæ drachmas quatuor, ſandarachæ tantundē, auripigmenti drachmā unam, mellis quantū ſatis eſt illinito, loco prius nitro confricato: atque alia cuncta perinde atq́ in ſuperiore peragito, ſoluēs uero per triduū, nigrumq́ extergendo rurſus obline. Tollit etenim, inquit, in uiginti diebus abſq́ exhulceratione & cicatrice ſtigmata. Aliud, quod Criticum appellationē à parente obtinuit: Thuris ſumere iubet drach. iiij. nitri drachmas duas, atramenti ſutorij drach. quatuor, ceræ drach. ſex, piperis, calcis, thapſiæ ſingulorū, drach. treis, auripigmenti ſeſquidrach. ſandarachæ drachmas treis, mellis quantum poſtulare uidetur confectio, utere haud aliter atq́ ſuperiore. Cæterum Oribaſius affirmat batrachiū illitum, uel capparis folia ſtigmata expūgere. At ſi altius corporis interna petant, non auferuntur: ſi pauxillum uero cuti inſederint, gelido cautere cruſtam inducendo, maculas eiuſmodi extere.

De papulis

De papulis, quæ Græci exanthemata uocant. Cap. VIII.

PApularum eruptiones, quæ grece ἐξανθήματα dicũtur, oriri proprie conſueuerunt, denſatis in cute craſſis humoribus, magisꝗ ubi denſior ſuprema pelliculæ ſuperficies extiterit. In quibus itaꝗ profunde in corporis interna ſubſedit humorum copia, hos ante omnia purgare expedit. Nam ſi quis id facere ſuperſederit, tentaueritꝗ prius diſijcere, is opilabit magis quàm per cutem exhauriet. Sin autem corporis altitudo nullis redundarit excrementis, per cutem iſtiuſmodi euacuandi ſunt, & quiſquis noluerit eminus per aluum euellere, aut per uomitionem deijcere. Verum curatio impactorum cuti humorũ, ijs quæ inurant & calfaciant machinãda eſt, præcipue ſi latæ ac ſpacioſæ infeſtant pituitæ eruptiones ac puſtulæ. In gelidiore quippe craſſioreꝗ humore talia perpetranda ſunt: Lauri foliorum mollium, rutæꝗ, & mannæ, æquas portiones conterito, thusꝗ cum oleo macerando illinito: mollem'ue betam elixando & terendo, cataplaſmatis more impingito. Vel ceræ drachmas octo, ſulphuris tantundem, ſalis drachmas ſex, arida friato, & infunde olei cyathi ſemiſſem, omnia ſimul decoque, concinnatoꝗ inde emplaſtro, utere. Frugi præſtantiſſimumꝗ pharmacum, ſi diligenter coquatur.

Humores interni prius exhauriendi quàm diſcutiendi.

De Epinyctidibus. Cap. IX.

EPinyctides hulcuſcula ſunt ſponte ſua ſurgentia, faciem puſtularum præferentia, & coloris ualde rubei, quibus diſcuſſis cruenta ſanies defluit. Hæc interdiu hominẽ non magnopere cruciant, noctu uero grauiori dolore torquent, ꝗ pro hulceris magnitudine debuerint. Cremorẽ itaꝗ laſerpitij aqua eliquans, illinito: arefaciendi nanꝗ naturam abſque uellicatione poſſidet. Vel cicutam diſſoluendo, impingito: uel braſſicam crudam cum aqua: uel apium adiecta farina terito, atꝗ cataplaſmatis modo ſuperinducito: uel herbæ apollinaris folia cum melle leuigata applicato: uel ſolanum abſꝗ ullo additamento per ſe, & coriandro uiridi adiecto: uel eidem malo compeſcendo folijs oliuæ cum aqua decoctis utere: uel uuas paſſas acinis exutas contritas & eliquatas ſplenio (eſt autem id emplaſtrum figura lienis) impactas ſuperinuehito: uel adiantũ cum melle tritum epinyctidibus adhibe. Fugiendus porrò eſt acrium & acetoſarum rerum eſus, fomentatio item, lauacrumꝗ, & ſolis radius.

Splenium.

De puſtulis quæ phlyctænæ uocantur. Cap. X.

NOn ſponte ſua ruptas phlyctænas, doloremꝗ grauiorem afferentes, acu peracuta perforato, quò defluat humor, inde humorem ſuſpenſa manu placideꝗ exprimito, cutem circumfuſam ſinẽdo: & ſi impleatur conniuente uulnere phlyctæna puſtula, denuo compungatur, conſimiliꝗ modo exprimatur, ſeruandaꝗ ut prius cutis ambiens, donec in cicatricem contrahatur, id quod ſub ipſa exhulceratum eſt. Quocirca priuſꝗ puſtulæ diſcutiantur, è lente elixa, cumꝗ

aqua eliquata facto cataplaſmate illinito: Aut mali Punici uirgulas, quæ græce rabdia dicũtur, in cinere calfaciens appone, locosꝙ exure. Quod ſi fiat eruptio, & hulcus oriatur, adipem ſuillum liquefacito, ſpumamꝙ argenti eliquando amiſceto, & in linteolũ impingens, ſuperimponito: Vel lilij radicem coctam in aqua, tritamꝙ cum cerota ſuperinducito.

Ad epinyctidas & phlyctænas.

ADuerſus utranꝙ puſtularũ ſpeciem, ſpumã argenti, ſulphurꝙ ignẽ non expertũ ęquis portionibus cum aceto & myrteo diſſoluito, formaꝙ ſtrigmenti balneorũ illinito, adiecto oleo atꝙ uino: Conducũt & ad hæc, & ad embraſmata, & perizemata, necnon ichoras, incipientesꝙ dothienas & exuſtiones, nõ διὰ μολυβδαίνης modò, uerumetiam διὰ ὠῶν, hoc eſt è plumbo, & ex ouis confectum medicamentum.

De ignis exuſtionibus. Cap. XI.

AMbuſta Vulcano modicè abſtergentia medicamenta efflagitant, ita quidem ut eadem ipſa neꝙ excellenter calfaciant, neꝙ admodum refrigerent. Terra proinde Chia, cretaꝙ Cimolia, & Cretica, omniſꝙ terra non ponderoſa circumlita cum aceto haud ita acri, aut aqua admixta, pulchre expediunt, bullaſꝙ exoriri prohibent: Idem ſanè præſtat ouum crudum integrum quamprimum impoſitum, uellere molliore aſſumptum: mediocriter nanꝙ perfrigerat, & uellicatione exiccat: ſcriptorioꝙ adhæc atramento igne uſta perunge: uel libanotum aqua maceratum, uel lentem elixam & eliquatam, uel eruum cataplaſmatis modo impingito. Cæterum ad exuſtiones feruentis aquæ, priuſquam puſtulæ exoriantur, oliuarum ſalſarum aqua continue conſpergito atꝙ foueto: ipſaſꝙ oliuas ſale conditas cum farina eliquatas cataplaſmate impone: uel alumen ſciſſile terito cum aceto, & illinito: uel bilem taurinam cum aqua permulta liquefactam, circumlinito: uel puluerem ſtacten garo conſpergito, uel muria: aut bulbos liliorum, uel hyacinthorum, uel narciſſorum cum roſaceo teras, ſtrigmentiꝙ balneorum craſſitudine inducta, illinito. Cæterum Marcellus hoc modo componi imperat: Linteolum, inquit, melle irrigato, & in hordeo obuoluens comburito, & cineris drachmas immitte octo, ceruſſę drachmas quatuor, butyri drachmas octo, ceræ drachmas ſedecim, adipis caprilli drachmas totidem, roſacei tantundem. Sed medendis quæ iam eruperunt puſtulis, Rhun & farinam hordeaceam cum melle leuigata, cataplaſmate impingito: Vel puluerem uiuæ calcis cerotæ confundito, & in linteum illitum ſuperimponito. Medicamentum præterea cognomento Sphærion ad hæc eſt utile. Vbi uero loca iam exhulcerata conſpiciuntur, porris eliquatis cataplaſma impone: uel portulacam terendo cum farina, cataplaſmatis modo inducito: uel ſtercus columbinum linteo obuolutum exurito, oleoꝙ diſſoluens, cinere ipſius utere. Mirum ſanè quàm præſentaneum perhibeatur ambuſtis hoc remedium: Pini aut piceæ cortex, ſeu adiantum aridum friatum, myrtiue folia concremata, & in pul-

Exuſtionis aquæ feruidæ medela.

uerem

uerem contrita inſparguntur. Cōducunt inſuper hęc ſingula ſi cum cerota concinnentur. Necnon quod accipit rubeæ anchuſæ radicis aridæ, ſectæ, contuſæ, & friatæ uncias quatuor, ceræ dealbatæ uncias nouem, roſacei unc. octodecim. Poſtremo cōpoſitio ex ceruſſa cum exigua medulla ceruina, exquiſitū præſentaneūq; in exuſtionib. id genus eſt remediū.

Ad uerberibus percuſſos. Cap. XII

MEdendis flagellorū plagis, ſumito ceruſſæ, & ſpumæ argenti ęquas portiones, ceræ quadruplum, cum lilino aut roſaceo, & emplaſtri modo utere. Primo uero die lilino tantum ſeorſim utitor: uel croci, tragacanthę, ſingulorum drachma una, ouoq; integro abſq; eruis concuſſo utere. Flagris præterea cæſis, pellis ouis recens excoriatæ calida circūpoſita, reliquis omnibus magis naturalis diei ſpacio medetur.

Pilos ex combuſtionibus naſci. Cap. XIII

CApilli ab exuſtionibus emergunt, ſi folia ficus in aulula decocta cum cerota emplaſtri modo impoſueris: uel caricæ drachmas octo, amaraci (quod Græci σάμψυχον dicunt) drachmā unam terendo cum oleo, cerotę craſſitudine utere: Aut ramentorum lapidis drachmas centum, ſquamulæ æris drachmas decem cum aqua concinnatis inde paſtillis reconde, & quum uſus poſcet, miſce partem unam cum cerotæ partibus octo.

Ad deſquamationes. Cap. XIIII

IN corporis deſquamationibus porrò, & ſummæ cutis hulceribus, primis diebus uel uino, uel aceto, uel oxalme cōſtringito: ſequentibus autem diebus ad inducendā cicatricem, pinguibus & albis emplaſtris, teneris & delicatis utere. Maxime uero iuuat illud: Ceruſſæ medimnus unus, guttæ ammoniacæ ſemiſſis, myrtei quantū ſatis: guttā ammoniacā in aqua eliquando, ceruſſam admiſce, infundens myrtinū, & utere lipara aut ramento lapidum q̊d marmorarij deradūt, ſquamā æris admiſcens, & myrteo cōterens: uel cretam cimoliam & argenti ſpumā cum uino & cacino & myrteo leuigans, utitor.

Ad paraſyrmata, & attritus ἀποτρίμματα appellata, & hulcera inueterata, & ſeniles ac molles cuticulas.

SPumæ argenti, chryſitidis aureæ'ue harenæ drachmæ quinquaginta, ceræ drachmæ uiginti, reſinæ aridæ piceæ drachmæ duodecim, olei cyathus unus & dimidiatus: lithargyrū & oleum ubi coxeris, reliqua inijce, rudiculaq; commouens, & in mortariolo emolliens, utere. Deſquamatam uero cutem hulceribus amputare non conuenit, ſed adducere remediū, & foris impingere, coit nanq; & conglutinat̄ hoc pacto, etiam ſi denigratū extiterit: Denudata uero carne, ęgre cicatrix cōtrahitur, uellicatione & ſordibus infeſtato hulcere. Cæterū ab inflammatione ſeruat apoſyrmata rhus rubeus cataplaſmatis more ſuperinductus, leuigatus cum melle: uel iunci rotūdi odorati coma cremata, & cum melle impoſita.

Ad aposyrmata, & flagellata, & contusiones articulorũ, dolorem sedans.

SPumæ argenti, cerussæ, uniuscuiusq; unciã unã, ceræ unc. sex, olei puri uel rosacei librã unã & dimidiã, amyli uncias duas cõfunde. Prodest adhæc eadem, pelariũ δι ἑλκύσματα, necnõ confectio ex ouis consimiliter.

De formicis & uerrucis. Cap. XV.

Quo interuallo formica & uerruca dissideant.

HOrum uterq; morbus exigua quædam est in cute excrescentia, callosa, & magna ex parte rotũda. Hoc uero dirimũtur discrimine: Formica quidẽ, quæ μυρμηκία græce appellat̃, latiore basi sessiliq; est, & in scalpendo & attritu similem uellicantis formicæ sensum facit. Verruca uero, quam ἀκροχόρδονα nuncupant, basim habet angustam ac pensilem, ita ut chordæ nexu suspensa pendere uideatur. Hos sanè tumores è medio tollunt elaterium cum sale impactũ: libanotus item cum aceto, grossi cum aceto, & farina, nitroq; : succus fici illitus: itidem tithymalli, smaridisq; caput, salsa, cremata: Aerugo item cum sulphure igne intacto combusta, ocymi folia cum atramento sutorio, palmitum clematidum'ue etiamdum uiridium & deustorum instillatio, retrimentum ouinum cum aceto, hirci bilis illita: herbæ solaris (quod græce heliotropion dicũt) maioris fructus, cum uino cataplasmate inductus: ruta addito nitro, & pipere: nitrum cum lotio impubis pueruli, stercus
bouis armentarij in aceto adhibitum. 2

De Ganglio neruorum reuolutione. Cap. XVI.

GAnglion, neruorũ est concretio siue reuolutio ex percussu uel labore proueniens in plerisq; corporis quidem partibus, præsertim uero secundum eas quæ mouentur, puta manus extremas, & pedes. In quo utiq; malo Archigenes iubet asbeston calcem cum adipe anserino, & resina terebinthina imponi: crebro tamen ex achate lapide medicamento utitur. Oribasius uero usus est illo, quod habet cerussæ, resinæ pineæ, olei ueteris, uniuscuiusq; unciam unam, guttæ ammoniacæ thymiamatis, galbani, singulorum unciam unam, ceræ
uncias quatuor: Aut plumbeum orbiculum crassiorem, spondylorum in- 3
star, magnitudine excedentem ganglion, imponi & alligari præcipit: pondere nanq; suo dissoluit ipsum longo tempore. Et nos illo quoq; solenniter utimur, uel Arida & mastichira.

De inflammatione, quã Græci phlegmonen dicunt. Cap. XVII.

COmmuniter quidem omnes calentes cum dolore & inflãmatione (quæ phlogosis græce uocatur) tumores, phlegmonas Græcorũ medici appellare consueuerũt: Latini nunc inflammationes, nunc ardores, quandoq; collectiones, tumores interdum. Cæterum pro diuersitate materię ipsos efficientis, horum quoq;
differentiam cõmutari perhibent. Sanguine nanque bono & symmetro 4
in partem aliquam cumulatim sese insinuante, & ob nimiam copiam condensante, peculiaris cognomenti phlegmonen fieri asserũt. Bile uero flaua in aliqua corporis parte hærente, collectionẽ hanc herpeta uocant. At

Herpes.

ubi

ubi ſanguis unà cum felle flauo in partem defluit,eryſipelata conſtituit. *Eryſipelas.*
Quando uero ſubterfluens ſanguis calidus ſatis fuerit atqꝫ craſſus,ἄνθρα- *Anthrax.*
κας, id eſt carbones parere ſolet. Ab ea igitur quæ proprie appellatꝰ phle-
gmone,queqꝫ in permultis uſqꝫ accidit,inchoandũ.Ea tumor quidã eſt ru *Phlegmone.*
bens cum dolore, renitens ac reluctans tactui, calensqꝫ, ex ſanguine ut
dixi bono ortum habens, qui aliquando ex uniuerſa corporis mole fer-
tur: nõnunquam in ipſa modò particula nimium redundat, ita ut in uaſis
non contineatur, ſed roris inſtar in media loca uacua excidat. Vulnera-
tionibus adhæc ſæpius & ruptionibus, hulcerationibusqꝫ,& alijs com-
pluribus quæ foris ingruunt cauſſis hæc accedit & comitatur affectio.
Quũ igitur pars corporis aliqua ſubitò abſqꝫ præcedente cauſſa euiden-
te inflãmatur, toto uero corpore in partẽ mittẽte,uniuerſum tum corpus
ſanguinis detractione leuandum eſt:membrũ aũt inflammatum irrigan-
dum,& cataplaſmatis illinitione conſolandum, non calorificis & hume-
ctantibus rebus, ſed ijs quę id q̃d influit auerrũcare & repellere queunt,
quodqꝫ in loco hæret affecto, deijcere. Cataplaſmatis igitur modo ſem-
peruiuũ, & mali Punici lemmata in uino decocta,ceramqꝫ cum farina cõ
poſitam impingito. Quum itaqꝫ dolor uehemens nullus excruciat, hoc
etiam fuerit utendũ. Cum dolore uero maiori parte fluxu infeſtata, neqꝫ
tum calidam aquam aut oleum adhibeto, uel quæ ex farina contexuntur
cataplaſmata: hoſtilia nanqꝫ hæc rheumaticis affectionibus ſunt. Ad mi
tigandã uero doloris uehementiam medicamentũ διὰ γλυκέος, & ex roſa-
ceo,ceraqꝫ exigua,uelleribus ſordidis hyſſopi quamplurimum continen
tibus excipiuntur, & applicantur: æſtate quidem frigida,hyeme uero
tepida: complectendo ſuperiores locos affectarum partium ſpongia in-
tincta uino adſtringente & auſtero, ſiue poſca egelida. Admiſcendę por
rò ſunt cataplaſmatis ad eam prouinciã idoneæ ac utiles herbæ. Helxi-
ne propterea omni inflammationi accommodata eſt, cum intra exordia
ſtatim, tum etiam in aſcenſu & incremento. Glaucium non diſſimiliter,
atriplex, & malua, lactuca item, & cucurbitæ calidis illitæ. Ex re quo-
que & uſu ſunt tribuli utriqꝫ ad eas quæ ex deſtillationibus oriuntur in-
flammationes. Braſſica præterea ad tumores induratos. Cæterum quũ
diſcrimine quopiam diſſident,puſqꝫ nullus ſubcidit, ex chalcitide empla
ſtro medicamine curato, uel aliquibus eiuſdem generis, quæ ad fluxus
egregie conducunt.Puram porrò lanam uino imbutam auſtero,extrinſe
cus medicamẽto inijce: Quocirca iſtoc medebere modo his qui ad fluxũ
referuntur ardoribus. At qui in aliqua occaſione cõſiſtunt, humectando
calfaciendoqꝫ non lædes,& ſi quando res uſusqꝫ feret ſcarificato eoſdem,
opportune id atqꝫ decenter faciens. Verũ ſi eas quæ ex fluxu originẽ tra
hunt partium inflãmationes ſcalpello incideris, præſertim ab
initio ſtatim,autor certe cauſſaqꝫ ingentis alicuius
incõmodi fueris languenti.

De his quæ foris incidunt abſceſſibus. Cap. XVIII.

QVod ſi tibi ſuppuratione coire aut cōglutinari nō poſſe uideatur, panē in hydrelæo coctū cataplaſmate impingito: uel hordeaceam farinam compari modo præparatā. Conſpergatur prꝫterea & foueatur membrum aqua althæꝫ radicis recoctæ. Atqui ſi ægre in ſuppurationem tumor perducatur, aut cute imperſpirabili difficulter diſtrahatur ac digeratur, cataplaſmate ex ficubus facto utere. Oportet autem dulces & prꝫpingues ficus elixas eliquari in aqua, & aquam mellis inſtar tenuem efficere, farinamq́ꝫ hordei inijcere: & ſi diſſipetur quidem tumor, ſed leuius quàm opus ſit, cum ficubus hyſſopum aut origanū coquito. Si extendere uehementius eſt animus, ſalia decoctioni immittito. Exquiſita aūt diligentia attendendū, ne propter uehementiorem ariditatem membrum obdureſcat. Et ſi quando eiuſmodi quippiam olfeceris, aqua cucumeris ſylueſtris radicem, aut althææ, aut bryoniæ decoquito. Fortior autem eſt dracunculi elixatio, quæ utique uehementius multo diſtrahit & diſcutit. Ipſum adhæc ex dracunculo medicamentum ualidius eiuſmodi diſpergit & diſijcit. Interdum igitur hæc ſola decoquas, aliquando uero etiam ficus aridas inijcias. Farinam quoque cum adipe miſceto. Et oleum anethinum diſcutiendi uim habet, humoresq́ꝫ crudos ac tumores incoctos conficere & maturare poteſt. Pix quoqꝫ duriores & crudos tumores uniuerſos maturat ac concoquit, indita cataplaſmatis, & præcipue liquido.

Medicamentum compoſitum.

IAm quidem maturi concoctiq́ꝫ abſceſſus impoſito ſplenio, pòſt eijcere deprehenduntur: Incoctos uero tandem diſcutiunt ac diſſipant, lapidis pyritæ drachmæ duodecim, guttæ ammoniacꝫ leuigatæ tantundem, fabaceæ farinæ unciæ ſex: excipiantur reſina liquida, & cuti inungendo impingant. Cæterū ſplenium ne tollas, quoad ultro decidat. Remedium tamen illud haud ita diu antè eſt præparandū, areſit enim ocyſſime. Si uero ob hæc tumor nihil diſtrahat, pus aūt circūquaqꝫ ſubiaceat, detrahendum illud, & euacuandū. Obſeruato quidē ac fugito deinceps ne oleum applices aut aquā: uerum ſi abluendū quandoqꝫ hulcus fuerit, mulſo, poſcaq́ꝫ ac uino, necnon œnomelite utendum. Et ſi quidē inflammetur, ex lente cataplaſma: ſin nulla adſit iuflāmatio, aliorū quippiā medicamentorum in forma emplaſtri in iſtiuſmodi ſectionibus uſurpemus: Neqꝫ etiā his minus confectionem διὰ τῆς χαλκίτεως. Spongiam inſuper aut lanam uino irrigatas acerbo ſuperimpone. Aſt uulneri nullum pinguetudinem præferens medicamentum admoue: cuius farinæ tetrapharmacum eſt: preſſius nanqꝫ & exactius poteſt areſacere.

Quæ dilaniant abſceſſus.

QVoniā aūt nōnulli ferro apoſtemata diſſecare nō dubitant, faciendū fuerit periculū, id ipſum'ne remedijs etiam ἐπισπαστικοῖς, hoc eſt colligendi attrahēdiq́ꝫ uim habētibus, queat emoliri, narciſſi radicē cōterēdo

eliquan-

aliquandoq́ in mulſo cum irino coquendo, cataplaſmate impingito: Vel harundinis mollem radiculam cum melle contere. Quod ſi duri fuerint abſceſſus, in aqua mulſa pariter decoquito: uel ariſtolochias cum melle cataplaſmatis modo ſuperinducito. Diſrumpunt præterea picis aridæ, propolis Creticæ æquales particulæ, & cicatricem inducunt.

Dionyſia medendis abſceſſibus admirandæ uirtutis, & ad ſanandas mamillas affectas, & bubones, congregandi attrahendiq́ potentia regnans, per abditos meatus diſtrahens.

PHarmacum cognomento Dionyſia, prædictæ ad enumeratos affectus facultatis, ex his componitur: Sumito olei ueteris, aquæ, uniuſcuiuſq; libram unam: Hydrelæum illud decoquito, paulatimq́ ſpumæ nitri uncias ſex immittito, miſyos unciam unã ſeu duas: decoquantur donec à ſordibus impolluta reddantur, deinde adijce, mannæ, thuris, ceræ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum uncias ſex.

Ad neruorum abſceſſus.

ADuerſum abſceſſus, qui ἀποστάσεις dicuntur, & neruos occupant, hæc probantur ſubſidia: Ceræ colophoniæ, butyri, uniuſcuiuſque libra una, picis aridæ, mellis, ſingulorum libræ duæ, ferruginis unciæ tres, uiſci quantum ſatis eſt, & oxyra, & maſtichira. Aliud epiſpaſticum: Accipe guttæ ammoniacæ thymiamatis uncias ſex, ceræ, reſinæ terebinthinæ, uniuſcuiuſque uncias quatuor, ſulphuris igne intacti uncias treis, nitri tantundem, atque Smelion quod uocant medicamentum, nec non diaſcordon, id eſt ex allijs præparatum, uiolenter ea quæ iam mutata ſunt, diſrumpunt. Id etiam quod è cremore ſeminis lini fit, diſcutit, & tranſmutat, rumpit'que ad aptitudinem. Sed ad manſuetiora apoſtemata, contra abſceſſus quoque, ſecundum atque poſt aures, quas Græci παρωτίδας appellant, dicta expediunt pharmaca. Hæc igitur ſuper deſcendente ex inflammatione abſceſſu. Galenus quippe aſſerit abſceſſum (quod ἀπόστημα Græci indigitant) nonnunquam etiamſi nulla inflammatio præceſſerit poſſe conſiſtere, hac quidem ex ſanguine inculpato originem trahente: confeſtim nanque ab initio, inquit, per alium quempiam humorem (intelligit aut pituitam aut bilem) denſatur tempore, ſubiectæq́ partes adhærentes abſcedunt, & ob id ſectæ quoque omnigenam ideam humidorum & ſolidorum corporum intra ſeſe habere uidentur: Oleto etenim & lotio, grumoq́, atque humore mellis ſpeciem præferente, & mucoſo, & oſſibus, unguibusq́ & capillis, in abſceſſibus ſimilia reperiuntur corpora: certe & animalia non raro deprehenſa ſunt, cunctis ferè quæ ex carie naſcuntur quamſimilima. Porrò lapidibus & harenis, teſtis, lignis, carbonibus, argillæ, glœo, ſtrigmentóue balneorũ, amurcæ, & feci deniq; (infit) comparia, ἀπὸ σκήμματος maxime inueteratis hulceribus ac ſuppurationibus conſiſtunt. Proinde abſolutior apoſtematum extra corpus ſignificatio quamcompendioſiſſime dicenda: & quæcunque adhibitis remedijs non admittunt diaphoreſim,

quam latine digeſtionem euaporationem'ue dixeris. Eſt igitur abſceſſus ſeu apoſtema, carniũ,carnoſarumq́ partium,corruptio & migratio: ubi cauſſa muſculorũ,uenarũ,arteriarũ. Horum alij quidem abſceſſus tunica continentur, ueluti atheromata, ſteatomata,melicerides: Alij uero tunica deſtituuntur,genere onomaſiæ nomenclaturam ſortiti, de quibus in præſens uerba facere ſtatuimus. In abſceſſuum generatione magna ex parte præcedit phlegmone,qua de nunc agemus. Cæterũ quãdoq́ confeſtim etiam à principio,ceu iampridem diximus, oritur abſceſſus. Accedit aũt apoſtemati,umbrę́q inſtar comitatur ardor uehemens ipſius loci, & ſpacioſus tumor,rubicũdiorq́ ſolito,& durus cum dolore pungitiuo, & pulſu,& grauedine, ita ut uideatur partiũ aliqua ſuſpendi. Quod ſi locus opportunus ſit, febris quoq́ inuadit, & horror inordinatus, & per noctem impenſius dolent ac febriunt: Adhęc bubo nõnunq́ eiſdẽ emergit exurgitq́ prope adenas, quas dicunt glandulas. Quum autẽ ad unguem cõſummatur apoſtema,magna ex parte minuitur,ſtimuli uero pruriginoſi redduntur, & torpere nõnihil incipiunt,tumorq́ faſtigiatur magis in apicem quaſiq́ in pyramidem acutam, admodũ tinctus, & tactui cedens, & ſuperficies in acumine detrahitur ac deſquamatur. Dico autẽ hæc de ijs qui foris rũpuntur. Si quidem igitur ex medicamentis, aut ſua ſponte rumpatur, emmoto curetur & educatione,particulatim euacuato pure: Sin contrà nihil exacuatur abſceſſus,eo quem in chirurgia pręſcribemus modo ſuccurito.

Apoſtematis comites.

De Gangræna & Syderatione. Cap. XIX.

QVando inflãmatio, quam Græci φλεγμονὴν appellant, neq́ diſtrahitur, neq́ in pus conuertitur, frequenter in gangrænam & ſyderationem, quam σφάκελον gens eadem nuncupat, commutatur: de quibus impræſentiarũ agemus. Gangrænas quidem eſſe dixerũt ob magnitudinem inflãmationis, uitæ, ſenſus & motus partis uidelicet affectæ extinctionẽ, neq́ dum factas, ſed iam futuras ita cognominant. Huius affectionis tanta tyrannis eſt, ut niſi quiſpiam rupta omni mora pręſentiſſimas tulerit ſuppetias,pars afflicta promptiſſime mortis habitum contrahat. Cuius membrum eiuſmodi perpetuo languore uexatur,ui ęgritudinis hominẽ ipſum extingui neceſſum eſt. Quũ uero poſtremo ſenſu carere locus ita languens cœperit,nõ iam hunc morbum gangrænam,ſed ſyderationem, σφάκελον à Græcis,ut dixi, appellatam,nominant. Accidit aũt iſtæc affectio ipſis etiam oſſibus,quũ eiſdem circunfuſa caro tetros gignens ichoras eadem humectabit & tabefaciet: membrum proinde extinctum tandem, ocyſſime ad uiuum uſq́ eſt amputandum. Cæterum in gangrænæ curatione, ſanguis ante omnia male habentis membri quãmaxime fieri potuerit detrahendus eſt: aut enim uenam ſecãdo labefactus ſanguis exhauriendus eſt, quum circa eandem partem uena ſpacioſa ac turgens conſpicitur: uel totã cutem incidendo, pluribus & altis ſcarificationibus,ſinentes ſanguinem ad loca tabida putridaq́

Grangræna. *Syderatio.*

tridaꝗ defluere. Succurritur autem his ex melle farina erui, aut loleacea, aut fabacea. Si quis uehementius deſideret, ſalem immittat, uel paſtillum Andronium, aut id genus aliud quippiam: Conferunt & gangrænis nuces peruetuſtæ: Perpurgat uero & abſtergit ipſas urtica, cremorꝗ tithymalli, in loco ac tempore & menſura exhibitus. Conducit item hoc malo affectis lupinorũ amarorum elixatio infuſa hauſtáue. Nonnulli poſt ſectionem, tutioris exciſionis gratia, cauterijs adhibitis exurũt, quibus ſal cum porro admouendum. Poſtremo ad cruſtas dimouendas cataplaſma adglutinandum ex pane, uel hordeacea uel frumentacea farina decocto in hydrelæo: Et cephalico arido ſeu xerio cum melle, tetrapharmaco item & Macedonico quod uocant, utendum. Pulchre uero beneꝗ cruſtas detrahit, panis cum apio leuigatus eliquatusꝗ, aut ocymo: Aut iris, aut panax, aut ariſtolochia, acorum'ue cum melle, uel etiam rhus. Probe ſimiliter cruſtas abducit, & è medio tollit Machærionis medicamentum: Et iſis, linamentaꝗ concerpta, quæ græce emmota dicũtur, ex melle. Sed in corporibus delicatis & mollibus ſufficit farina erui cum melle.

Cruſtas porricientia.

Ad gangrænas ex Oribaſio.

RVbiginis raſilis, rubricæ, aluminis ſciſſi, æquas portiones aqua liquefaciendo, gangrænis inungito: Loleacea item farina cum raphano & ſale cataplaſmatis modo impacta gangrænas remouet, quandoꝗ etiã cum aceto: Vua paſſa acinis demptis cum cortice adiecto ſale & oximelite idem præſtat: Interna iuglandiũ (quas nuces uocãt Baſilicas) myrtiꝗ folia in uino elixa, & macerata cum melle: Raphanus cum aceto cruſtas, quas Græci ἐσχάρας dicunt, ad os uſꝗ exterit & effringit.

De Herpete. Cap. XX

PVra, nulloꝗ alio humore confuſo flaua bile excreta, in membro aliquo hærente, affectus quem herpeta Græci, id eſt ſerpens hulcus nominant, paritur: qui ſi concretione ſua craſſior & maioris accrementi fuerit, altius totã uſꝗ ad ſubiectam carnem exhulcerat cutem: & appellatur hic ἕρπης ἐσθιόμενος, quod eſt herpes corrodens ac deuorans. Sin tenuis minoreꝗ acrimonia, & calida fuerit materies, exiguas bullas, paruasꝗ puſtulas in ſumma cutis ſuperficie milij ſeminibus inſtar excitat. Miliaris herpes à ſimilitudine nuncupatur: quanquam Oribaſij opinione, mixta flauæ bili pituita, miliarẽ hunc herpeta conſtituit. Curandus igitur erit herpes, uniuerſi corporis per cholagogon (quaſi felagium, hoc eſt bilem proliciens atꝗ educens dicas medicamentũ) expurgatione & euacuatione. Locisꝗ languore poſſeſſis frigorifica, ſiccificaꝗ adhibenda ſunt remedia: intra principia quidem capreolos uitis, rubiꝗ & plantaginis, cataplaſmatis more impingentes: deinde lenticulam his admiſceto. Quandoꝗ etiam ex melle & farina, & quod iampridem traditum eſt ad inflammationes ex deſtillatione, cataplaſma abſꝗ ſemperuiuo. Exhulceratis uero locis paſtillos paſſo, uinóue tenui, & adſtringente, nõ uetere, uel poſca diluta eliquatos & diſſolutos

Herpes eſthiomenos.

Herpes miliaris.

illinito: Admouendum præterea eſt glaucium, & quæ hoc uiribus potentiaq́ maxime referunt, ex aqua. Si nihil remittatur, acetum admiſce. Cremor adhæc plantaginis, aut ſolani, uino temperatus magnifice opitulatur: uel ſemen lini arefacito, inq́ uino & oleo decoquito, & eliquans ſuperinducito: uel cretam cimoliam ſolani ſucco diluens & eliquans, inunge: uel ſpumæ argenti uncias quatuor, & porri cremoris cyathos treis, betæq́ ſucci tantundem leuigando, illinito. Vetuſtis porrò iam eiuſcemodi hulceribus, paſtillus Muſę & Andronis expediens eſt pręſidium. Aliud ad puſtuloſum herpeta: Recrementum plumbi in uino adſtringente auſteróue conteratur, & illiniendo ſuperimpingantur cataplaſmatis modo folia betæ in uino decocta: uel ceræ unciæ quatuor, myrtei unciæ ſedecim, recrementi plumbi unciæ quatuor uino dimidio illiniantur. Conſiſtente aūt noma hulcere paſcendo ſerpente, ex recremento cerota utere: uel lente cocta cum melle, cataplaſmate medetor. Cęterum ad herpeta ſub cute, recrementum plumbi excipiens, rutæ cremore eliquato, uel cerotam rutæ loco myrteam. Aliud: Lanæ ueteris illotæ circa facem aduſtæ drachmas duodecim cum dimidia, ceræ drachmas uigintiquinq́, recrementi plumbi oxybaphi drachmæ ſemiſſem, adipis caprilli ſeruati, & aqua abluti drachmas uingintiquinque, myrtini uncias quinque. Aliud ad acriter depaſcentes: Accipe corticum dulcis mali Punici, ſpumæ argenti, uniuſcuiuſque drachmas ſex, lanæ ſordidæ ad 2
facem crematæ drachmas treis, ceræ drachmas duodecim, ceruſſæ drachmas octo, thuris ſciſſilis drachmam unam, uino & myrtino excipe.

De igne ſacro, eryſipelatéue. Cap. XXI

GAleno autore, tumor ex feruente tenuiq́ ſanguine excitatus, priuatim & proprie eryſipelas, id eſt ignita rubedo ab inflammatione, uocitatur: atq́ ex utriſq́ ſanguine pariter ex bile factus, ex abundante dominanteq́ altero humore nomen affectioni inditum eſt. Sanguine nanque iuſtum naturæ modum excedente, inflammationem eryſipelaceam: flaua autem bile ſuperante, eryſipelas 3
inflammatum nuncupant. Plerunque autem fermè ex ſanguine biliq́ incaleſceus membrū ac turgens, eryſipelatis cognomentū obtinuit: Verū ſecundum utranq́ rationem, haud ita magno diſcrimine diſſident. Sed quod ad opis ferendæ uſum attinet, non ignorandum eſt eryſipelaton operoſiora eſſe circa caput: proinde niſi efficaciore ſubueniat̄ adminiculo, languentes interdum ſuffocat. Quamobrem ab initio confeſtim ſimul atque apparuerit, uenam in cubito aperi, maxime quidem ad humerum, uenam appellatam humeralem: at ſi ea non compareat, obuiam. Sin uero ſanguinis detractionem quippiam uetet, utendum fuerit purgatione, bilem proliciente agenteq́ medicamento facta, qua in cęterarū etiam par- 4
tium eryſipelatibus utere, uel maioris efficaciæ clyſteribus. Eryſipelataq́ perungito, id quidē quod influendo ſeſe in eandem partē inſinuare molitur, retundentibus frigorificis: aceruatum uero uſq́ diſſipando modice calfa-

Eryſipelas capitis latius curatuq́; difficilius.

calfacientium & humectantium beneficio, priuſquam liuorem nigrorem'ue membrum cōtrahat: Obſeruatis perpetuò illinitionibus διύγρων, id eſt humidis, ut craſſius cōmutetur per ſpongias probe intinctas, ablutis prioribus: multa nanque & feruida membri incenſio ocyſſime euaporans, exiccat arefacitq; eadem. Initio itaque ſtatim eryſipelata, ut dixi, rebus cum humiditate quadam citra uellicationem frigorificis illinito: Cuius claſſis cenſentur, ſemperuiuum, & portulaca, & herba pulicaris, & ex locis cœnoſis lens, ſeris, cucurbita, ſolanum, herba apollinaris, lactuca, & glaucium, aliquando etiam apium, ramniq; folia cum per ſe, tum addito pane cataplaſmatis modo impacta: necnon cerotæ ex aqua egelida: Admiſcetur uero his opij nonnihil, ſucciq; papaueris, & cicutæ, & mandragoræ. Concinnenturq; compoſita medicamenta, fiatq; cerota ex cera dealbata, roſacei quadruplo admixto ex oleo omphacino, abſq; ſale facto: in pila emollitis omnibus, aqua gelida infuſa, quantum in ſe ſuſcipere poteſt. Quod ſi aceti tenuis, & διαυγοῦς pauculum quid admiſcueris, præſtantius, reddideris remedium. Atq; farina quoq; cum herbis aliquot prædictis refrigerantibus, frigoris quantũ res poſtulat, inducit. Et palmularum dactyli pingues cum horum aliquo. Illiniatur præterea membrum cum ceruſſa, aut creta cimolia, aut terra figulari cum ſolano, aut ſpuma argenti cum roſaceo: uel chalcitide adiecto oleo & paſſo: uel ceruſſa cum aceto, & lycio, uel acacia cum aceto. Remittente porrò feruore probatur uſus quidem ſimplicium, ſulphuris igne intacti ac uiui, mentæq; cum oxyrhodino, aut rutæ cum abſinthio, aceto, & oleo: uel ſpumæ argenti, adiecto porri betæq; cremore. Compoſitorũ uero priuatim quidem ac proprie in capite commendatur uſurpatio huius paſtilli: Spumæ argenti, ceruſſæ, croci, ſulphuris ignem non experti, opij cum uino paſſo. Communiter uero partibus uniuerſis, rubricæ ſinopis, chalcitidis, miſyos, oſſis, rubiginis, atramenti ſutorij ſciſſi, æquis portionibus, cum aceto utere. Aliud: Accipe ſulphuris uiui, ceruſſæ, opij, acaciæ ſingulorum pares partes cum aceto.

Humida abſq; morſu refrigerantia.

Cataplaſma ad ignem ſacrum, hulcera ſerpentia, abſceſſus parotidas, & ignis ambuſtiones.

SVme althææ recentis foliorum mollium libram unam, coquendoq; in hydrelæo probe conterito, & ingere roſacei uncias quatuor, ſpumæ argenti, ceruſſæ, uniuſcuiuſq; uncias duas cum dimidia: denuo cum coriandri ſucco leuigato, uel cremore ſemperuiui, aut ſolani: inde fragmina micas'ue inijce, donec formam induat emplaſtri, & ſuperinducito. Atqui emplaſtro etiam illo utitor: Cecini gallaciníue libra una, myrtei tantundem, κηροῦ unciæ quinq;, ſpumæ argenti unciæ quatuor, æruginis raſæ unciæ duæ: Aceto diſſoluantur rubigo & lithargyrus.

Cerota ad eryſipelata & igne uſta.

CEræ dealbatæ ſumito uncias quatuor, roſacei quadrantem unum, oua ſex, perdiciadis uncias quatuor. Ceſſante autem inflammationẽ

aut diutius permanente, priusq; liueſcat membrum, cataplaſma illinito ex
farina hordeacea. Quod ſi luridum iam fieri occeperit, ſcalpello partes in
cidendæ & ſcarificandæ, cataplaſmaq; impingendum. Fouendum item
deinceps paſſo ex unda calida, interdum uero etiam marina, aut ſalſugi-
ne: nonnunq; etiam cataplaſmati commiſcetur: Poſtremo prædictis com
poſitis utendum, animum cum medela applicando: Nam ſi diutius per-
ſeuerent, in ſuppurationem uel in cariem commutantur.

De pano, bubonibus & furunculis. Cap. XXII

SEcundum Galeni ſententiam bubon, quem inguen à loco, eo
quod in fœmoribus plerunq; ingruat, Romani nuncupant: &
panus, quod φύμα Græci appellant: & furunculum, quem φύγε-
θλον gens eadem nominat, nihil aliud quidem ſunt quàm ἀδένων
παθήματα, hoc eſt adenum glandularumq; affectiones. Βουβὼν quidem in-
flammatio, Panus uero glandulæ inflãmatio ſuppurare incipiens. Alio-
rum autem quorundam opinione, tubercula communiter omnia, è quo-
uis membro pręter naturã erumpentia, ita quidem ut abſceſſus tumores
referant, phymata, hoc eſt Pani uocantur. Tradit enim alpha medico-
rum Hippocrates, quibuſcunq; tubercula phymatáue in fiſtula urinarió
ue meatu erumpunt, iјs ſuppuratione facta & prorumpente, labor ſolui-
tur. Quicunq; igitur bubones ex ceſpitatione, uel aliјs hulceribus, do- 2
loribus'ue excitantur, periculo uacant. At qui in febribus, præcipue in-
feſtante peſtilentia ingruere conſueuerũt, peſſimi, ſiue in inguine aut fœ-
moribus, ſiue ſub alis collóue proueniant. Verum priores intra initia ſta-
tim, quemadmodum quæuis inflammatio, præſidiјs perfrigerantibus &
conſtipantibus auerruncantur: uel ſpongiæ impoſitu è poſca, uel lanæ
ex uino, & oleo ex oliuis acerbis & immaturis expreſſo, uel roſaceo, uel
melino, aut lentiſcino, uel myrteo: Inde eis quæ diſcutiendi uim habent
utendum. Quod ſi totum humoribus ſuccisq; redundat corpus, leuan-
dum eſt: Sin excrementis corpus non affluxerit, loco in quo hulcus con-
ſiſtit amuſſatim proſpiciamus, perinde atque in ſermone de hulceribus 3
preſſius agetur. Cæterum glandula inflammatione oppreſſa, uelleribus
oleo chalaſtico, id eſt relaxãte intinctis, mitiganda eſt, membrumq; uni-
uerſum eis circumuoluito. Suppuratum uero tumorem noli prompte in-
cidere, uerum medicaminibus cerotæ formam imitantibus diſtrahere
tentato: qua in re primas facile tenet medicamentum ex aperano, & bo-
tanicum, id eſt herbaceum. At ſi non procedat diſtractio, aut eius uirtu-
tis medicamenta ad manum non ſint, ad ſectionem perueniendum, per-
inde atq; in reliquis abſceſſionibus. Opis item ferendæ cõſimilis erit ra-
tio: Porrò in febribus, uel ut ſummatim dicam, in humorum nimietate,
auerſanda & fugienda ſunt refutantia excutientiaq;, ne rurſus extruſa in 4
profundum deſcendat materies: ſed à diſiјciendi facultate præditis con-
feſtim auſpicandum eſt. Et ſi nullum impedimentum uetat, puta ætatis,
aut uirium, ex uena cubiti ante omnia ſanguis detrahendus eſt. In topico-

Marginalia: Bubon — Panus — Tumores non ſtatim incidẽdi.

rum autem usu, fotus ex decocto chamæmelorum, aut anethi, aut id genus aliorum comprobantur. Reliqua uero medicamentorum materia, huc ex his quæ proximi uoluminis capite de parotidibus inscripto, memorata sunt, transferenda: neque ex his etiam minus, quæ nuper admodum mihi ad inflãmationes conferre dicta sunt. Proinde furunculorum quoque curationem ex his quæ ad erysipelata conducere recensuimus sumito. Atticus insuper aster herba, quę boboniũ, hoc est inguinalis etiam ob hoc ipsum appellatur, non solum cataplasmatis instar impacta, sed alligata quoque bubonibus, opitulari creditur. Panos præterea discutit ac disijcit emplastri modo adhibitum adiantum, atriplex, helxine, althææ radix in uino elixa, gutta ammoniaca cum melle eliquata & imposita: uiscum cum resina cerota. Rumpit item propolis (sordes apum, quæ legi in aluearibus potest) lupini amari cum aceto cataplasmate illiti: cucumeris syluestris radix resina terebinthina excepta: radix capparis consimiliter: nitrum itidem cum fermento uel ficubus.

Atticus aster cur boboniũ dicatur.

De Dothienibus abscessibus cum tumore. Cap. XXIII

DOthien, quem & furunculũ appellant, tumor est abscessionis faciem præferens, ex crassis humoribus in carnosis plerunq; partibus consistens: clemens quidem ac mitis, quum in sola cute constiterit: maleficus autem curatuq; difficilis, quum non in summa cute, sed altius coierit. Dissipat autem ac disijcit dothienas & maturat triticũ mansum, atq; dentibus ita friatum & impositum: Mastiche Aegyptia, uuæ passæ exemptis acinis sale contritæ, & cataplasmatis more impactæ: hoc utiq; uel distrahit, uel findit. Vel ficus aridæ ex hydromelite adglutinentur, aut resina ficubus commixta imponatur: Aut ipsæ ficus aridę dum fuerint pingues diuisæ: aut fermentũ cum nitro: aut semẽ lini cum melle: aut alterci folia leuigata cum butyro. Hactenus quidem incomposita. Mixta uero, confectio ex fermento: quæq; confecta est ex polline, diagyreos nomen obtinens: & medicamentum suo nomine Dothienicum appellatum, conuenit. Fotus uero calfactioq;, spongijs mollibus continue in calidam aquam immersis, indeq; ita impositis, id genus tumoribus remedio sunt.

De Terminthо tumore atro ac tereti. Cap. XXIIII

ORibasius terminthum phymatis speciem esse asserit, bullamq; nigri coloris, tam superiore quã inferiore parte adiacere, qua sublata inferius simile quiddã desquamato apparet: quo quidem dissecto, pus deprehenditur & subterfluit. Dioscorides uero & Alexander inquiunt: Terebinthi sunt exuberationes tumoresq; in corpore prouenientes rotundæ & oblongæ, atri coloris, terebinthi fructibus consimiles. Quocirca his quoq; cõpari omnino ratione, ceu alijs phymatos faciem habentibus tumoribus succurrendũ, ex prędictis subsidijs huc transferẽdo adminicula.

De carbunculis anthracibus'ue. Cap. XXV

QVum ſanguis copioſiore atra bile abundarit, & referbuerit, inq; aliqua corporis parte (toto enim corpore pariter erumpit)tabeſcet,carbones abſceſſus, ἄνθρακες appellati,plerūq; naſcuntur, quæ cruſtoſa quidem ſunt hulcera, magnaq; parte bulla,igne ambuſtis non diſſimili incipiunt:quandoq; ſine ea emergunt. Locus à principio tantum perpruriſcit, mox una interdum quidem puſtula, nōnunquam uero plures etiam tenues milīj magnitudine ſequuntur:diſruptisq; ījs, cruſtoſum redditur hulcus, in faciem omnino earum quæ cauterio aduſta fuerūt: Quandoq; cinereo colore cruſta apparente, quandoq; uero atro, ſic ut adhæreat ima radice, & ueluti infixū ſit, atq; quodāmodo ſerpat. Fit etiam cætera quæ circūfuſa hulceri caro eſt,cum ualidiſſima inflāmatione, nigra colore, nitetq; bituminis aut picis inſtar: Eiuſmodi uero bilis eſt ad unguem atra. Verum quæ in carne conſiſtunt carbunculi,breui limite circunſcribūtur auferunturq;: qui uero in membranulis,quos græce ὑμένας dicunt,aut neruis gignuntur,longo tempore durant,& dolorem finitimis etiam ſubiectisq; locis communicant, ita ut inflammationes eryſipelatoſæ fiant: nō paucis ſanè in ſuppurationem uertatur,plurimis uero & febres aliquando ſuperaccedant. Oboriuntur aūt & peſtilenti aliqua ex cauſſa carbunculi. Medendum itaq; ījs ipſis niſi omnino perpuſilli ſint, ſanguinis uena ſecta detractione, ad animi deliquium uſq; auferendo. Poſt uero ſanguinis è uena miſſionem,ſcarificationibus incumbere altioribus neq; alienum fuerit neq; abſurdum, ob humoris craſſitudinē. In parte uero languente, reījcientibus modice & diſcutientibus utamur: cuius eſt modi, compoſitio ex plantagine, diarnogloſſon nuncupata, lentisq; elixæ cataplaſma, ſumendo panis furnacei clibanitiue molle, neq; puri nimium, neque impuri. Ipſi uero hulceri uehementius aliquod remedium applicabimus: cuius generis eſt, medicamen Andronis, & Polyidæ,& Paſionis,immergentes eadem paſſo uſque ad uiſci formā habentem coagulationem,ſtrigmentiue balneorum concretionem. Maſſaleoticum item xerium,& ipſum pariter eliquatum, dracunculiq; radix, uel ariſtolochiæ, uel laſerpitīj liquor, uel ſucci cyrenaici, ſingula in aceto ſcite illiniantur. At quę eryſipelatωn faciem habent hulcera,eadem ratione qua eryſipelata curentur. At ſi per conſenſum finitima adficiantur loca, irrigationibus ex lana ſuccida, & œnelæo indulgendum. Placata uero phlogoſi flammeo ardore in carbunculis, cerotæ cephalicæ ſunt adhibendæ, remittentia'que filatim diſcerpta linamenta,quæ Græci ἐμμότους uocant,admoueantur. Probatiſſima uero fuerit herbacea, quæ diabotanon appellatur, & quæ ex nitro confecta dianitrum nomenclaturam habet, & quæ nomis depaſcentibus hulceribus conferunt, arida priuatim, & cum roſaceo admota. Duritie aūt mordicus perſeuerante, utendum melina Serapionis: Danda'que eſt opera, ut quamprimū ſuppurauerint carbunculi,bis quidem per diem,noctu uero ſemel

Qui breui longóue tempore durent carbunculi.

ſemel cataplaſmata remediaq; cætera permutentur. Cæterum ad eradicandum funditus carbunculos, liberandumq; loca continue uicina, mala Punica acerba diſcindens in aceto elixato, & ceram liquefaciendo, in linteolum emplaſtri modo illinito, & ſuperimponito: Vbi uero aruerit, aceto humectato. Carbunculos porrò ad ſuppurationem & purulentiam perducet & diffringet, nucis baſilicæ, id eſt iuglandis ueteris nucleus, uel etiam non antiquæ: Cupreſſi folia, & uirgulta ſeu germina, recentesq; & teneriores galbuli, quæ græce σφαιρία nuncupant, cum farina: Vua paſſa acinis excuſſis: ficus aridæ in uino elixæ: papaueris cornicularis flores, liquor laſerpitij cum ruta, exiguoq; melle, hygropiſſum adiectis uuis paſſis & adipe ſuillo.

Aduerſus carbunculos impendiò utile.

MEdendis carbunculis cumprimis ferè quod ex his conſtat, ducitur utile: ſpumæ argenti uidelicet libra una, olei ueteris libra una cum dimidia, auripigmenti libra una: Oleum argentiq; ſpumam decoquito tantiſper dum inquinamenta exuat, atq; ubi ſuſtuleris, auripigmentum immittito rurſusq; donec nigrore ſuffundatur decoque, atq; ubi contriueris eliquaueriſq; in mortariolo, utere emmoto, quod linteolis concerptis hulceribus, imponitur.

Ad gangrænas, uetera hulcera, chœronia, ſtrumas, podagramq;, & ad carbunculos, adq; eos qui in palpebris oriuntur anthraces.

HIſce calamitatibus ſingulis feliciter ſuccurras, accipiẽdo opij, acaciæ, miſyos aſſati, ſquamæ æris, uniuſcuiuſq; drachmas duas, atramenti ſutorij drachmam unam, ſeminis herbæ apollinaris drachmam unam, quibus eliquatis in aqua, unicuiq; ex enumeratis uitijs adhibe. Confert etiam (ut quidem perhibent) eximie ad eadem corporis uitia, ex quatuor contexta, unde tetrapharmacos appellatur, compoſitio, continens quintam partem thuris.

Ad pudendorum carbunculos.

CAeterum contra carbunculos qui in uerendis inſurgunt, chalcitidis, atramenti ſutorij, ſingulorum drachmas octo, ſpumæ nitri drachmas duas cum aqua eliquato, & utere. Subuenit etiam fimus ouillus torrefactus, cum melle. In Alexandria teſticulo ſarapiade, herba (quæ etiam orchis atq; triorchis uocatur) uiridi, cum fragminibus ac micis modo formaq; cataplaſmatis utuntur aduerſus carbunculos & omnia quæ cruſtæ faciem induunt. Cæterum ubi iam cruſta deciderit, triuialis hulceris modo curationem adhibe.

De Canceribus. Cap. XXVI

IN omnibus ac ſingulis humani corporis partibus cancer oriri poteſt: ſi quidem nõ oculis modò, uerum muliebribus etiam locellis, quemadmodum peculiariter de ijſdem ſuo loco tradidimus, atq; alijs corporis partibus bene multis, uerũ præci-

pue ac ſæpius in fœminarũ mãmis ſeſe inſinuat: quoniam raritate ſua laxę & fungoſę craſſiſſimã atrę bilis (unde hoc malum gignitur) materiam prompte admittunt, ne dicam obuijs (ut aiunt) ulnis excipiunt: ex eo nanq; humore quũ referbuit oriuntur cancri: qui ſi acrior fuerit, cum hulcere. Ob hoc, colore nigriores omnibus inflammationibus liueſcunt, citra caliditatem: uenæ circa id malum implentur & intenduntur, cancri aquatici animalis pedibus ſpeciem non abſimilem præferens morbus: unde factum etiam huic malo nomenclatura eſt. Inquiunt uero nonnulli, eo quod ægerrime euellatur ab his quas occupauit partibus, ueluti cancer animal pertinacius retinet, quæ ſemel corripuerit. Grauis hic & incurabilis morbus eſt, qui ob humoris craſſitudinem neq; extrudi neq; aualli aut diſcuti poteſt, neq; purgationi totius corporis cedit: ſed tam maleficæ naturæ, ut mitioribus remedijs medium unguem porrigat, aſperioribus autem ueluti crabro irritetur. Poſſunt uero cancri primum emergentes, quo minus augeantur, impediri, atribilarij humoris deiectione, priuſquam in membro languore affecto radices agat. Euacuabimus autẽ primitus quidem, niſi remora quædam impediat, ſanguinis è uena detractione: mox inde purgatione, ſimpliciora quidem intra primordia ſtatim exhibendo: Verbi cauſſa, epithymum quatuor unciarũ & ſemiſſis quantitate, in ſero lactis aut aqua mulſa. Proximum eſt, ex hiera, quæ helleborum atrum admixtũ habeat, purgationem inſtruere. Atqui ſi in loco languente admoueatur, ſine moleſtia exhulceratis ſubuenit. Solani item ſuccus, ſi linteolũ molle duplicatũ in ipſo irrigeť, & canceri imponatur. Foris aũt circa ipſum lana mollis in ipſo cremore madefacta inijcienda eſt: proſpiciendum autem ne exareſcat, ſucco perpetim infuſo. Vtatur inſuper quis longo tempore in exhulceratis cancris, diapompholigo, id eſt confectione ex bulla. Expediunt etiam egregieq; quadrant ad cancroſa & uitioſa formidoloſaq; hulcera, quæcunq; libro tertio de fœminarum locorum cancris deſcripta ſunt remedia. Sed ad ea quæ ſedem occupant torminoſa, & ad pudendorum, aut teſticulorũ, mammarum'ue inflammationes, in plumbeo mortariolo, & cochliari plumbaceo, lemniã ſigillatam è poſca & mulſo, lactéue conterendo, ut nigreſcat: uel roſaceũ uel omphacinũ oleum, uel cremorem ſemperuiui, uel umbilici Veneris, uel lactucæ, uel laſerpitij, uel omphacis, ubi triueris compari modo illinito. Manducet aũt languens cremoris ptiſanę plurimũ, ſerum item lactis: ex oleribus maluam, atriplicem, blitum, cucurbitam: Ex piſcibus uero ſaxatiles, & aues omnes, exceptis ijs quæ degunt in paludibus.

Cãcer morbus unde nomen ſortitur.

Archigenis ad cancri ſpeciem æmulantia, & malefica formidoloſaq; hulcera remedium.

CAncrorum fluuiatilium, & terræ cadmię æquas portiones leuigatas inſperge: uel eiuſdem animantis cremati cinerem cum cerota ſuperinducito: uel eryſimi ſemen eliquatum cum melle ſuperinuehito.

De tumo-

De tumore œdemateue. Cap. XXVII

SVper tumoribus qui ex feruidis humoribus eriguntur uerba
facientes, rursum de contrarijs tractabimus: principium qui-
dem à tumore, quod οἴδημα græce uocant, sumentes. Quem-
admodum enim biliosis humoribus in partẽ aliquam sese affa
tim recipientibus, sacer ignis, quem Græci erysipelaten (ignitam scilicet
rubedinem cum inflammatione) appellant, gignitur: ita pituitosi illius hu
moris cõfluxu & collectione œdema, qui sine dolore tumor est, exurgit.
Verum ne te lateat nõnunq; etiã alijs in locis œdemata emergere, uerbi
caussa, in hydropicorũ cruribus, & circa pedes, in corruptionibus & pra
uo corporis habitu, quam cachexiam uocant: In his quippe istiusmodi tu
mor affectionis hominem opprimentis, comes est, necessarium'ue conse
quens, quod Græci uocant σύμπτωμα, neq; ullam peculiarem eximie mede
lam efflagitat: Satis siquidẽ tum utiq; est, si crura perfricentur, interdum
quidẽ cum oxyrhodino, aliquãdo uero cum oleo & sale, uel ipsum quoq;
oxyrhodinũ salibus cõfundendo. At si propter pituitosi humoris in mẽ- *Oedematis ex*
brum aliquod confluxũ, œdema coëat, opis interdũ satis tulerit spongia *pituita curatio*
poscæ immersa & imposita, cum illigatione placide & clementer cõstri-
cta, ex inferioribus quidẽ partibus inchoante, superioribus uero termi-
nante. Cæterũ spongiam hanc nouam esse expedit. At si ad manum nõ
sit eiusmodi, mundato eam quæ in promptu est nitro, imò potius pul-
uere cognomento stacte. Quod si his tumor nihil expurgetur, pusillum
quiddam aluminis admisceto. Idoneum item fuerit elychnium mollissi-
mum, humore eiusmodi irrigatum atq; impositum. Probatur etiam glau
cium. Miliarem porrò (hoc est qui grani milij speciem habet) tumorem,
illito prius cum oleo membro, deinde spongia ex lixiuio imposita & tor-
refacta uiolentius medeberis. Distrahit uero & cõprimit tumores œde-
matis speciem preferentes, illita omnis terra, & uehementius Aegyptia,
& isatis satiua atq; uernacula.

De inflatione emphysemateue. Cap. XXVIII

SPiritu flatuoso, sub cute quidem aliquando, interdum sub mem
branulis ossibus circunfusis, uel musculos ambientibus, colle-
cto & coaceruato, emphysema (quam inflationem Latinorum
quidam nominant) gignitur. Congregatur autem & accumu-
latur quandoq; secundum uentrem, & intestina, & inter utraq; ipsorum,
& peritonium membranam, ceu in tympanijs ut uocant, intercutibus.
Dirimiturq; à reliquis œdematis, quod digito cedens, non tantam relin- *Tympanite qui*
quit foueam, quemadmodum illa dum premuntur, & strepit instar tym- *bus ab alijs tu-*
pani. Adiuuat autem densitas cutis, quæ spiritu non tam facile perflatur: *moribus diffe-*
cumq; hac si crassarũ partium sit spiritus: Vnde curationis scopus est, cor *rat.*
pori raritatẽ inducere. Extenuatio uero crassioris spiritus, medicamentis
tenuium partiũ, calidæq; potentiæ absoluit. Quamobrẽ ad emphysema

quod uentrem extaq; interiacet, oleum tenuium partium illud, eximiam iuuandi operam præſtat, in quo ruta fuerit elixa, aut cyminum, aut apij ſemen: non raro cucurbitula ingens, nõ inciſa cute ſcalpello, umbilico adiacentibus locis bis aut ter adglutinata, flatus diſtraxit & diſcuſſit. Quum autem muſculi ob contuſionem, ceu in pulſationibus inſufflantur, membra calidis admodum rebus acrioribusq; indignãtur, moleſtiaq; afficiuntur. Quocirca à principio ſtatim mitigantibus conſolatorijsq; remedijs plurimum occupari expedit: In declinatione uero mali, diſtrahentibus. Elixatione igitur cum oleo exiguo utendum, cutem lana ſuccida inſtau-
rando, uel cerotam ex hyſſopo confectam immiſcendo: Datoq; operam 1
quò caliditas permaneat: quæ ſi ualedixerit, frigusq; ſubſit, plus incommodi quàm emolumenti affert. Conualeſcente uero iam non abſq; ſolamine ſummo languente, acetum admiſce, nitrumq; uel nitri ſpumam, & poſthęc ſtacten puluerẽ: Poſterius emplaſtris diaphoreticis, hoc eſt uim diſijciendi diſcutiendiq; habentibus, inſtaurationis gratia utitor: cuius fa-
Glœon. rinæ utiq; eſt proximum quod ſubiungam: Glœon, quod eſt balneorum ſtrigmentum comburens, cola & defecato primum ut purum reddatur, atque rurſum cacabo immitte. Et calcem præterea extinctam conterendo ueluti in farinam, impinge, atque oppleto tantiſper dum argilloſa fiat
cœniq; craſſitudo inducatur, atq; contra emphyſemata utere. Cæterum 2
multo efficacius quàm hoc cenſetur pharmacum è fico Aegyptia, quem ſycamoron uocant, contextum.

De luxatis & contuſis. Cap. XXIX

ADuerſus articulorum luxata & contuſiones (quorum Græci illa στρέμματα, has uero θλάσματα appellitant) conferunt uellera ſuccida haud ita pridem ab ouibus detonſa: uel ſpongia oxelæo irrigata, & impoſita. Mollia bulborum decoctorum cum melle, uiticis folia, & ſal, & nitrum aſſatum leuigato cum cerota: utere item fotu infuſionis aquæ dulcis, uel marina calida: Sed ubi iam inflam-
matio doloresq; ſedati ſunt, membra luxata perfricentur. 3

De ſarcothlamatis & ecchymomatis, id eſt carnibus contuſis, & ſanguine in loco contuſo collecto. Cap. XXX

CArne ſub graui aliquo pondere illapſo contuſa, exiguisq; in hac uenulis diſcretis ac ruptis, ſanguis cum ſaltatione effunditur, unde ſub cute coaceruatus conſtitutionem inducit quam uocant Græci ecchymoma, hoc eſt ſanguinis in parte contuſa coitionem. Quo quidem in caſu, niſi cutis diſcindatur, tumoris inſtar moles tactui cedens ſequitur, liuidi coloris abſq; dolore. Pleruncq; igitur noſter medendi ſcopus eſt, congregatum hærentem'que ſanguinem diſtra-
here, idq; ſine mora prius quàm nigreſcat. Cæterum inter principia ſta- 4
tim aſtringentia quædam diſcutientibus ſunt admiſcenda, eo quod tunicæ uenarum fractæ, opus omnino habent denſitate & ſolidatione: Poſt hæc uero etiam abſque ſtipandi uirtute præditis rebus, digeſtiuis tantũ-

modò & disijcientibus utamur: & scarificando ab initio ecchymomata, sic deinde curationem admouebimus. Cæterum ad inueterata ecchymomata accommodatus est raphanus cataplasmate adglutinatus: discutit autem ipsa, ubi uellicare cœperint: Vel raphanorum cremor cum micis cataplasmatis modo impactus. Species autem ecchymomatis sunt ea quę Romani suggillata, Græci ὑπώπια dicunt, & ruptiones uenarum ex ictu plagáue prouenientes, ὑποσφάγματα nuncupata, & sanguinis ex plaga facta circa unguem influxio, de quibus abunde suis actum est locis uolumine tertio: Atqui de ijs quæ oriuntur in unguibus etiam fusius in chirurgia explicabimus.

De unitatis solutione rupturáue, & Conuulsione. Cap. XXXI

RVpta per se à continuitate discedentia, græce ῥήγματα appellata, cum ecchymosi, id est sanguinis in loco cõtuso collectione, uelis nolis prouenit. Succurritur autem his medicaminibus mediocriter calorificis: cuius utiq; classis habet διὰ τῶν αἰγείρων, id est è nigris populis acopum, & quęcunq; uiribus huic naturaq; respondent. Oportet aũt rhegmatis corporis profunditatem petentibus, maiore acrimonia acutieq; medicamẽta adhibere. Vtilis aũt hoc malo afflictis fuerit cucurbitulæ usus. Quod si confestim quidem discutiatur uniuersa eiusmodi sanguinis in parte contusa congregatio, concrescit non difficulter dispalata caro. At si inueterascet, sordesq; subtus alantur, rupturã coalescere deinceps impossibile. Verũ inter sese mutuò labia solum composito, ita ut eadem exigua quoq; occasione facile distinguantur, spaciumq; id in meditullio ipsorum relictum, humore aliquo oppleri, & continue modo quodã ecchymoma gigni uideas, confine ei quod erat à principio: nisi quod hoc quàm illud citius distrahitur, ueluti saniem tenuem continens, quum illud ab initio ex sanguine constaret. Cæterũ distentio fit conuulsis quibusdam neruis: & solamine solo pacantibusq; remedijs usq; ad indolentiam opus habet, conglutinari nanq; ipsi nequeunt. Aristolochia igitur rotunda, rupturis & conuulsionibus, si quid aliud, accommodata est. Compari etiam modo & centaurij grandioris radix, & cremor eiusdem: Rheum, quod rha quidam nuncupant, costus, bdellium, cum oxymelite hausta.

De scirrhis duritiebus non sensilibus. Cap. XXXII

EXactus quasiq; ad unguem expeditus scirrhus, præter naturam tumor est insensilis, & tactui ob duritiam non cedens: Sed non expeditus, parum sensibilis, non incurabile quidem, sed non facile tamen medicabile malum. Oritur autẽ sub tenaci crassoq; humore, nodo indissolubiliter membris scirrho infestatis impacto: Quandoq; igitur confestim intra principia coit & augetur: Plerunq; uero & medici eius mali autores fiunt, frigefacientes & immodice constringentes cum sacros ignes tum etiam inflammationes. Quamobrem si quis uehemẽtius eijcientia distrahentiaq; corporibus, insensilibus

Arrige aures medice. istiusmodi duritijs oppressis medicamenta adhibeat, & manifestam scirrhi diminutionem breui tempore efficiat, reliquias passionis deinceps insanabiles reddet, tenuiore quidem humiditate discussa, reliqua uero arida & perinde atque lapidea facta. Oportet itaq; medicamentum diaphoreticum aliquam etiam emolliendi uim, citra uehementem calfaciendi & arefaciendi potestatem, habere: cuius facultatis sunt medullæ omnes, atq; in primis ceruina & uitulina: Ex adipibus uero, leonis, & pardalis, & ursinus & taurinus: in auibus uero anserinus & galligallinacei, & phasianicus: aridior uero caprarum & hircorum. Adhæc præterea, gutta ammoniaca quæ ad odorem uaporat, unde græce ἀμμωνιακὸν θυμίαμα uocatur, & bdellium, præsertim uero Scythicum, & styrax liquidior ac pinguis, mastiche item Aegyptia. Quocirca in alijs quidē partibus scirrho infestatis peculiariter his seorsimq; utendum, necnon ex his compositis medicaminibus. Cæterum in neruis quibus sustinetur collum, quos à robore & firmitate τένοντας appellant, & ligamentis, quæ σύνδεσμοι dicuntur, lapidem ignitum aceto acerrimo extinguere expedit, si fieri potest pyriten, sin minus, myliten, in quo languentis membrum hinc inde permoueatur, atq; ita agitetur, ut uaporem sublatum excipiat: Post hoc denuo remedium emolliendi uim habens præstat imponere: tenuiumq; partium oleo mox à principio, non aqua membrum foueto & conspergito, ad summum unoquoq; die: elixantes interdum in oleo althææ radicem, uel cucumeris syluestris. Lauacris uel omnino facessendum est ita affectis, uel magna saltem ex parte abstinendū. Scirrho aūt mediocriter mollificato, guttam ammoniacam pinguissimam aceto acerrimo immergentes, membrum afflictum perungemus ad plurimos dies: quibus elapsis rursus ad emolliendi uim habentis remedij usum reuertendum, illito prius galbano & opopanace pinguissimis: cuius generis certe habetur præcipue, cōpositio διὰ πτέρυκς, & Amythaonis, atq; ea quæ deinceps strumis medendis perscribuntur medicamenta.

Diaphoretica citra calorem emollientia.

Tenontes.

De strumis, chœradibus'ue. Cap. XXXIII

Strumæ, quas Græci χοιράδας appellant, glandia (quæ ab eadem gente adenes dicuntur) sunt obdurata, quibus collū, axillæ, & inguina frequentissime occupantur. Communiter itaq; subijciuntur curationi proximo capite de scirrhis uidelicet in medium allatæ. Priuatim uero lupinorū amarorum farinam in oxymelite decoctam scrophulis cataplasmatis modo inducito: & tuberibus ipsis ac uomicę bubulum stercus cum aceto elixum cataplasmate imponito, id quod tumores etiam obduratos omnes discutit. Egregie uero strophas disijcit calx aqua non extincta, uel melle, uel balneorum strigmento excepta, uel oleo, uel adipe suillo: Vel calcis aqua non extinctæ, & nitri æquas portiones, nasturtij, & fœnogræci quadruplum cum melle, instar cataplasmatis impinge. Durities distrahit, permutatas rumpit, loleacea farina cum fimo columbino & semine lini, in uino decocta: grossi syluestres

ſtres atqꝫ ſatiui,aut naſturtium candidum cum pice liquida in malagmatis ſpeciem formatum impone: Vel cucumeris agreſtis radicis aridæ, & foliorum lauri aridorũ crematorum cinerem cum reſina terebinthina ſuperinuehito:uel uuę paſſæ ſylueſtris,nitri,æquales partes,erucę duplum cum reſina immitte: uel ſtercus caprinum aut bubulum in aceto percoctum:uel erui farinam in lotio impubis puelli maceratam, & pice & cera & oleo eliquatis exceptã. Vel ſerpentem extinctũ mitte in aulam, & gypſo probe circũmuniens ponito in fornacem quò cõcremetur,cineremqꝫ ipſius miſce cum tantundem fœnogræci, atque melle excipiendo utere. Compoſitio præterea ex aſpidibus miris admodum modis remedio eſt, atqꝫ ea quæ ex ſtruthio cõſtituitur,necnon quæ è cucumere ſylueſtri conficitur, & è cedrio itidem liquore. Strumas præterea ad ſuppurationem perducunt uel diffundunt,myrrhæ drachmæ decem,guttæ ammoniacæ thymiamatis drachmæ duæ, uiſci quercini drachmæ octo, galbani drachmæ quatuor,propoleos drachma una,in pila contundantur.

Ad ſtrumas ſtrophas'ue mammarũ & duritias.

MAmmarum ſtrophulis duritiebusqꝫ,quas σκληρίας Greci appellant, uiſci elaborati,reſinæ aridæ,cerę,uniuſcuiuſqꝫ libra una,galbani uncijs tribus ſcite adhibitis,egregie ſuccurras.

Ad ſtrumas exhulceratas,& hulceribus carentes.

CHœradibus hulcuſculis oppreſſis, atqꝫ exhulceratione immunibus iuxtà medendis, accipe ceræ, reſinæ, adipis porcini inſulſi, marrubij,æruginis raſæ,ſingulorum uncias ſex.

Chœradicum,hoc eſt ſtrumis curandis factum.

OLei ueteris libras duas, ceræ libram unam,colophoniæ uncias quatuor, nitri tantundem,allia duodecim detractis tunicis ac pellibus, macerato in oleo per triduum, deinde elixans tantiſper dum reddantur arida, ipſa quidem porrice: Vbi autem ab igne detraxeris, eliquata in oleum immittito:leuigatiſſimũ quoqꝫ nitrum inſparſum,abſceſſus rumpit. Aliud: Cineris cucumerini uncias duas,ſchiſtes unciam unam,nitri ſpumæ unciam unam,liquidæ picis uncias ſeptem.

Erodendi uim habens medicamentum chœradicum.

SChiſtes, ſandaraches,uniuſcuiuſqꝫ drachmas quatuor, ſquamæ æris drachmam unam,auripigmenti drachmam unam, arido hoc medicamine ſtrumas conſperge: Quod ſi cancri ſpeciem habeant,roſaceo cõterens & macerans,bis per diem utere.

De ſteatomatis,id eſt adipationibus,& atheromatis,id eſt pultationibus,& meliceribus. Cap. XXXIIII

STeatomata,atheromata & melicerides in genere abſceſſuum à cunctis (quemadmodum in illis explicuimus) enumerant: quorum ſingula à ſola ſubſtantiarũ tumoribus circũfuſarum ſimilitudine nomenclaturã inuenerunt. Eſt etenim earũ quædam inſtar adipis pinguetudiniſqꝫ, alia uero mellis ſpeciem præfert, &

alia pulti denicꝫ triticeæ alterius'ue frugis aſpectu maxime reſpondet.

Steatomatum, atheromatũ, et meliceridum curationis ſcopi.

Scopi autem curationis cõmunes, Diſcutere quod tunica illa inuolutum cõtinetur, uel totum medicamentis exedere, uel ſectione auferre: Nõnullis quidem ex his tumoribus triplici hoc conſilio ſubuenitur, hiſce nimirum qui tenuiorem humorem poſſident, cuius farinæ eſt meliceris: Quidam uero duplici ſolum ratione curantur, qualis eſt atheroma, quod non tam abſcindere quàm remedijs tollere licet: Sunt qui uno tantũ ſcopo medicantur, è quorum claſſe ſteatoma eſt, quod necꝫ medicamentis, inducta putrefactione exedi, necꝫ diſtrahi poteſt: ſed chirurgia duntaxat (ad quã omnino referendum eſt) curatur. Vniuſcuiuſcꝫ horum igitur ſignificationem in opuſculo de Chirurgia reperies. Eorum itacꝫ quæ diſcutiendi uim habent materiam, inter hæc quæ de ſtrumis edocuimus, inuenies. Priuatim uero ac proprie meliceridas diſijcit illud: Vuas paſſas excuſſis acinis octo, ſquamæ drachmas treis prius fouendo impone. Aliud: Accipe ladani, bdellij, galbani, guttæ ammoniacæ thymiamatis, propoleos, reſinæ terebinthinæ, portiones æquales in pila contuſas: conducit id quidem etiam ſtrophis, poſt, ſecundumcꝫ aures abſceſſibus, dothienibus, Panis, phymatibus'ue. Verum ad meliceridas Archigenis ſententia, ſpumam etiam nitri, ueratricꝫ duplum cum cerota rudi craſſacꝫ ſuper imponito. Cæterum medicamentis erodendi uim habentibus uti non licet, cute circunfuſa. Meliceridas itacꝫ & atheromata, uel ipſas etiam ſtrumas medicamentis adurentibus denudare expedit: è quorũ numero ſimplicius quidem eſt, quod conſtat ex calce aqua non extincta, & ſapone, ſtactesꝗ unguento. Varium autem magis et quod appoſitũ à malo tueri poteſt, habetur proximũ: Sumantur calcis aqua non extincti drachmæ quatuor, ſphecles, quę uini fex eſt, nitri liquidi cocti ſingulorũ uncię duę, rubricæ drachma una, diſſolue in ſtacte unguento, reducito ad mellis liquidioris craſſitudinem, & feruefacito ter donec aliquantulũ conſiſtat & & coëat: atcꝫ reconde in plumbea pyxide, inſtillans unguentũ, ne celerrime areſcat. Confert ad acrochordonas uerrucas, formicas, pterygia, clauos, & callos, cicatrices eminentiores, tuberáue excreſcentia, uini fex nõ admodũ uetuſta, uerum duorũ modò menſiũ: hoc medicamentũ cuti illinito: Quod ſimulatcꝫ arere cœperit, ſpongijs madidis lotiſcꝫ rurſum inungito, & ubi nigreſcit cutis denuo, ijs quæ cruſtam inducunt lauandũ. Cæterũ cruſta decidente, medelæ erodendi facultate natura præditæ adhibeantur. Erodit aũt citra uellicationẽ quantũ res ipſa poſtulabit, quod habet ſquamæ æris drachmas quatuor, ſandaraches, ſeminis urticæ (quę & cnide dicitur) exiccatæ, æquas partes: cuius uſus cumprimis probatur cum roſaceo. Aliud: Echinorum cruſtæ, ſepiæ teſta, auripigmentũ, æquis portionibus cum roſaceo circunquacꝫ in circinum circumliniant. Proba quocꝫ & ex re fuerit ceruſſa cum oleo illita: Necnon compoſitio ex calcis aqua non extinctæ & illaboratæ medimnis duobus, chalcitidis medimno uno, auripigmenti medimno uno confecta.

Sphecles quid.

Medicamentũ exedens abſcꝫ morſu.

De ſa

De fauis hulceribus foraminosis. Cap. XXXV

FAuus quod Græci κηρίον nuncupãt,tumor eſt pluribus & continuis in cute foraminibus terebratus, per quę mellis omnino craſſitudine humor defluit. Vuæ igitur paſſæ tali hulcuſculo ſunt imponendæ, poſt molliſſima rutæ, ficiq́ arboris folia, adiecto interim melle, uel naſturtium cum ſemine lini & melle: Vel cucumeris ſatiui radicem cum melle, uel ſulphur ignem non expertum cerotæ aut reſinæ terebinthinę copulatum. Cæterũ expeditius magisq́ uarium remedium reddes, ſi huc ea quæ ſuperiore uolumine, de manantibus capitis hulceribus, quæ Græci ἀχῶρας appellant, recenſuimus, inde transferas præſidia.

De ſimplici hulcere. Cap. XXXVI

QVoniam hulcus ſimplex nõ niſi hiatus quidã eſt, cuius ſi quis labia diducta contrahat, undiquaq́ coronæ inſtar uinculum circumponendo, diſſitæ partes facile abſque ulla alterius rei ope coaleſcent & concreſcent. Verum ubi quidem in uno aliquo labiorum foraminibus perforatorũ hulcus aliquod tranſuerſim extiterit, principium hinc ligaturæ fieri, atq́ in contraria uertere operæpreciũ & neceſſarium eſt. In utriſq́ uero diuortio facto, apprehendendum eſt duobus initijs ligamentum, & labijs hoc pacto contrahendum: nulla ſiquidem immunditia ueluti pilo, aut arena, aut oleo, aut feſtuca, uel alia quapiam ſimili re labijs incidentę, hulcus pleniſſime glutinabitur. Quod ſi hulcus adeò magnum fuerit, quàm ut queat ſeparata omnino prædicta deligatione glutinari, conſutionibus ea prius ſunt cõmittenda: deinde hoc pacto ſutura cõmiſſa, remedijs conglutinandi uim habentibus utendum, & quæ arefaciendi cõſumendiq́ humorem coactũ, & ne alius quiſpiam ſe inſinuet, arcendi poteſtatem obtinent.

Quæ hulcera conglutinandi uim habeant. Cap. XXXVII

COnglutinare hulcera poſſunt quercus folia cataplaſmatis modo impacta, & ſalicis, braſſicæ, fructus oleaginis fruticis, quẽ Græci chamælæan nuncupant: folia item, & cortex, & ſuccus auſterioris plantaginis. Papyrus poſca uel uino irrigata & macerata, coronæq́ modo circumducta. Recentia uero hulcera cõglutinat egregie pinus, & piceæ folia, & cortex recens ut uinculum circumactus cum aqua, aut poſca, uinóue, caſeus recens ſolutus: Foris autem rumicis folia applicato, aut uitis, aut betæ, ſiue lactucę. Cæterum caſeus, qui quoniam ex acido lacte fit, oxygalactinus nomen obtinuit, uulneraq́ ampliora ceu glutine cõmittit: Pyra item ſylueſtria quæ achrades græce dicuntur, cõmittunt & fluxum reprimendo ſiſtunt: Equiſetumq́ ut cataplaſma impactũ. Quod ſi nerui diſſecti fuerint, iſatis ſatiua in durioribus quidem corporibus, etiam ſi in capitibus muſculorũ extiterint, pulchre admodum hulcera conglutinat: item cupreſſi folia et ramuli, coniq́ iuuenes et molles in corporibus duris: ſed admiſcere conuenit araneam leuigatã, *Quæ conglutinant hulcera recentia.*

quæ ex mola uolitantem farinam acceperit: Myrrha cum aqua illita, uel libanotus, lumbrici terræ. Neruorum præterea discissiones cõglutinant pentaphylli folia cum melle, alliaq́ exusta cataplasmatis instar imposita.

Quæ hulcera antiqua cõglutinant.

Hulceribus autem uetustis è diuerso conducunt hordea combusta, cerussa cum cerotæ myrti triplo. Capitis porrò hulceribus myrrha arida inspersa non irrigua celerrime conglutinat: Vel aloën aridam, uel aristolochiam terito, melleq́ & uino simul decoquito, quoad in mediocrẽ crassitudinem deuenerint, inde in linamentum concerptum (quem penicillũ uulnerarium dicunt) illiniens imponito. Ex compositis autem medicaminibus conglutinandi uirtute præditis sunt Barbara, & chrysa, & confectio Nicolai, δι' ἰτεῶν, id est ex salicibus, & διὰ δικτάμνου, & his aliæ cõgeneres neq́ dissimiles, quæ ingentia maxime uulnera conglutinare possunt.

Ad dolentia & inflammata hulcera. Cap. XXXVIII

DOlore infestantibus & inflãmatis uulneribus adhibenda sunt necessariò siccifica, & quæ inflammationẽ extingunt medicamenta. Ex liquidis igitur probatissimũ creditur uinum: confert & posca. At si non absq́ sorde angat inflammatio, etiam mulsum aqua dilutum. Ex aridis autem pharmacis communi quidem curatione expediunt cuncta, quæ aduersus inflammationes facere prædicta sunt, demptis oleosis & acribus. Priuata uero ac propria curatione, illud præ aliis cõmendatur: Mala Punica dulcia in uino elixa & cõtrita cataplasmate superinducito: suspiciendũ id, & multiplicis usus: nam capitis quoq́ hulceribus sanandis conducit, necnõ ad uerendorũ & in uniuerso corpore infestantia hulcera, item contra oculorũ inflãmationes. Quod si sacer ignis etiam erysipelas'ue, aut simile quiddam hulceri accedat aut superueniat, hisce aduersus illa incõmoda descriptis suppetiis usq́ utendũ.

Aduersus immatura & necdum purulenta hulcera. Cap. XXXIX

REcentia quidem, atque ob id etiamdum inflammata, necdum suppurata hulcera maturant purulentáque reddunt, simplicia quidem aqua temperata inspersa, & ad fouendum de more adhibita, triticea farina, uel chondrus, uel panis, uel glutinum, membranis cum resina terebinthina cataplasmatis modo illita. Adhæc cera, crocus, libanotus, pix rosaceum, adeps porcinus, uitulinus. Compositum aũt in primis laudatur tetrapharmacũ, emmotum rosaceo imbutũ. Cæterum hulcera perantiqua & callosa maturãt, ex simplicibus quidem uua passa, styrax, galbanũ, myrrha, ladanũ, pix, resina, butyrũ, mastiche Aegyptia, hyssopum. Ex compositis uero, διὰ τοῦ κηκίνου, hoc est è galla oleóue rhicinino compositio, aceros Galeni, medicamentũ liquidũ quod linteolis concerptis excipitur, uulneribusq́ inditur, oleo uetere aut rhicinino subactũ, dichromos item, & Basilicũ, atq́ eius generis cætera.

De hulceribus concauis. Cap. XL

HVlcus cauum amissæ carnis repletionẽ instaurationẽq́ expetit: cuius sanè materia, sanguis cum moderatus tum inculpatus est:

Huius

Huius ergo ſymmetriã,id eſt iuſtam cõuenientiam ipſius ſufficiente quidem cibo cõpoſite efficiemus: Eucraſian uero,hoc eſt mediũ ad unguem temperamentũ, non tam cum eorundem alimentorũ euchymia, q̃ bona membri quod hulcere premitur temperatura. Sed in euacuando ſuperuacaneo (cui nomen περίττωμα græce eſt inditũ) ſi tenue quidẽ,humidius hulcus reddit:craſſius uero,undiq; ſordes adglutinantur:quamobrẽ medicamentis mediocriter arefacientibus & elidentibus indiget: cuius farinæ cenſentur libanotus, farina hordei,farina fabacea,orobina,iris,ariſtolochia,terra Cadmia,panax,pompholyx. Vbi uero nullũ medicamẽtum ſarcoticũ (hoc eſt quod carne implet) adhibitũ ſuccurrit, ad aliam medendi rationẽ eſt tranſeundũ. Verum ſi quidẽ ſordes ingenti multitudine cõpareant, atq; humidius omnino hulcus,ſciendum planè eſt quod mitiore medicamento exiccatur, atq; mellis admixtione intenditur. At ſi mundum & ſiccius deprehendatur hulcus,plus quàm conueniat areſcit, oportetq; cerotam oleo permulto madefactam adhibere. Accidit aũt aliquando cõtrarium,ut medicamento exiſtente uiolentiore, caro tabefiat & conficiatur, ita ut putridum humidumq; uideatur hulcus, haud ſanè aliter quàm ea quæ ſunt minus exiccata: Atqui hoc concauitatẽ ampliorẽ & colliquatã contrahit,& turgidũ redditur labijs, & cum inflãmatione præterea rufum: Sæpe uero numero liquide admodũ ac manifeſte languens uellicatur. Alterũ uero ſub his quæ minorẽ arefaciendi uim habent,nihil horum poteſt conſequi. Quamobrem lignorũ caries,atque ea in primis quæ moderatam conſtringendi facultatẽ,abſtergendiq; ſortita ſunt,ueluti ulmus quę quidẽ iuxta expurgat & implet munda & impolluta hulcera,uel anemonę appoſitę. Pini quoq; corticem detractũ atq; cum cerota in penicillũ contritũ,cõcauis hulceribus illinito,ſed prę cæteris rẽcentem ſuperinducito,carne etenim cõcaua implet. Cõpoſita uero,mũndatis iam hulceribus probatiſſima cenſentur,ex oſtreis compoſitio,Maneethonis medicamentũ è uini fece confectum,item illud ex aloë:Necnõ Meletera cognomento xerion, & quod conſtituitur ex amyli, mannæ, alicæ,erui, æquis partibus: conſimiliter etiam medicamen è thure, διὰ λιβάνου græce appellatum, & Aphroditariũ. Sordidius uero quodãmodo, ueluti quæ græce κεφαλικὰ nomen ſortita ſunt xeria: & quæ in linteolis concerptis medicamenta (ἔμμοτα græce nuncupant) excipiuntur: quæq; trophos appellationẽ obtinuit: & iſis,& cui titulus athena,& διὰ τῶν ἀτρακτυλίδων, id eſt ex atriplicibus confectũ:Eſt præterea cui appellatio Italicũ eſt indita,& breuiter quorumcunq; factum eſt periculum.

Si hæc non ſucceßit, alia aggrediunda eſt uia.

Quæ ſordida expurgant hulcera. Cap. XLI

SOrdibus referta hulcera,ſiue concaua fuerint,ſiue plana,egregie malum terræ,quæ ἀριστολοχία appellatur,cum melle perpurgat. Reſina itidem terebinthina cum pari menſura roſacei & mellis, uel loco roſacei butyrum,iris Illyrica cum melle, oliuæ ſalſæ colymbades uocatæ,cataplaſmatis more impactę. Aduerſus uero

hulcera neruos occupãtia, resina terebinthina liquefacta cum butyro adhibetur. Verum his quæ immodica quadam sordium ui obruta sunt hulceribus, & eorum quę depascendo serpunt speciem habentibus, marrubium cum melle expedit: hoc etiã crustas porricit. Hactenus incõposita quidẽ. Mixta uero eiusdem, ne uehementioris dicã, efficacię hęc sunt: Misce amurcæ decoctæ, mellis despumati, aluminis frugi & accommodi ęquas portiones. Aliud: Sarapiadis, & buteonis, quẽ græce τριόρχεα dicunt, ireos Illyricę aridæ, marrubij exiccati, mali terræ, singulorũ drach. octo, farinæ erui drach. x. arido utere, atq; nõ raro cum melle. Porrò aduersus hulcera perpolluta Aegyptia quoq; facit: necnõ ex salibus contextæ cerotæ colliquatæ, Indicaq; & Athena, & chloræ liquefactæ, præterea διὰ κισσύρεως, & ex eruo cõsarcinata arida: adhæc melanchloros pastillus, consimili deniq; modo & Ocriogenes.

De uermiculosis hulceribus. Cap. XLII

ARcendis quæ in hulceribus prognati sunt uermiculis, primũ quidem omniũ ac optimũ est, humiditatẽ cariemq; uermium parentem cõpescere atq; arcere. Profligunt aũt & interimũt uermes in genere quidem cuncta quæ ad aurium lumbricos conferre depicta sunt remedia. Cęterũ tollendis è medio his qui in hulceribus enascuntur, Archigenes cerussam & polium æquis partibus, cum liquida pice illinienda, magna cum utilitate asserit.

De carnium in hulceribus præter naturam incrementis. Cap. XLIII

CArnium in hulceribus suprà quàm par est excrescentiũ purgatio, medicamẽtis acriter arefacientibus tentatur: è quorum sanè numero habẽt diphryges cataplasmatis instar inductũ, & squama æris, & quæcunq; ostreorũ imitantur speciem cremata, echiniq; cõbusti, tam terrestres q̃ marini cum toto corpore. Verũ hæc non admodũ eximie, sed mediocriter modò carnium id genus excrescentias expurgant atq; cõpescunt: atqui Asiæ petræ flos longe ualidius id muneris obit: hoc uero adhuc uehementius, sory, & sarcocolla, & chalcitis, & misy: uerum deusta minus uellicant, flos itidem æris. Cæterum ærugo uiribus, multis (ut sic dicam) parasangis reliqua quotquot sunt omnia præcedit. Sales porrò combusti carnes cum humore flaccidas subliquefaciunt & labefactant: Consimiliter & linamenta filatim ex reijculis pannosis discerpta in muria maioris acrimoniæ irrigata, & denuo arefacta atq; imposita, mediocres carniũ excrescentias liquefaciunt atq; auerruncant. Verum ferrugo cum squama æris incrementa potentius reprimit. Composita aũt nõ Rhodia modò cognomento arida, sed etiam psaron, præterea xanthum, absq; morsu tumentia supprimendo in modestiam uiamq; reuocãt. Ingentissimas uero eiuscemodi carnium excrescentias corporis interna petentes, crusta obducunt Phaustiani pastilli friati atq; insparsi, & heliocades (quasi sole exustum dicas) xerium. Conducit pariter id etiam, quod accipit calcis aqua non extincti, squamæ æris,

mannæq;,partes æquales:idem incrementis immodicis ſuccurrit, & fungis ſimilia cum melle repurgat,& cum cerota carne implet.

Xerium præter naturam incrementa carnium ſupprimens.

ACcipe ſpumam argenti, rubiginem laminæ plumbeæ, æquis portionibus. Aliud efficaciter excreſcentiæ luxum ſine uellicatione reprimens, ſubueniens preterea nomis, & epulidibus,hoc eſt carnis gingiuarum excreſcentijs, & dentes deniq; candidans: Calcis uiuæ libra una, auripigmenti unciæ ſex: auripigmentum aridum cum aqua diſſoluens,calcem aqua nõ extinctam immittito, terræ Cadmiæ modo elotam atq; cõtritam arefacito & utere. Ex paſtillis pantolmius, & quicunq; polypis medendis deſcripti habentur, ſcite admodum hulcera reprimunt. Emplaſtra porrò uiridia, præſertim quod ex Cappadocicis ſalibus confectum eſt: Iſis item emplaſtrum,hulcera increſcere prohibent.

De nomis & putredinibus atq; phagedænis. Cap. XLIIII

QVod ſi mortaliũ corpora hulceribus quę depaſcendo ſerpunt, & putredinibus tabefacientibus, quas eadem gens σηπεδόνας indigitat,angantur, fomentis,quæ confici debent cum irrigatione,infuſioneq́;aceti & poſcæ,uel uini aſtringentis aut aquæ gelidæ, aut marinæ, aut decoctionis lenticulæ, malicoriorum,balauſtiorum,lentiſci,myrtorũ,acanthes Aegyptiæ,aut rerum deniq; conſtipandi & arefaciendi uim habentium,utendum eſt. Cataplaſma præterea ita affectis impingendum, è ſequentibus ſimplicibus conſarcinatum, erui farina, alumine liquido, panis ſiliginei (quem σεμιδαλίτην Græci nominant) interiore, quam medullam uulgò dicunt medici: gobio ueteri, uel alio ſalſamento antiquæ carnis illotę,reſinam inſuper terebinthinã liquidam æqua lance leuigans & diſſoluens, imponito:uel malum terræ, uel gallarum foliorũ cremorem æquis partibus: Rubiginis dimidiũ ex aqua mellis craſſitudinẽ habens illinito. Quod ſi cruſta non abſcedat,elaterij æqua pars ærugini admiſceať. Porrò in ſepedonibus,hoc eſt purulentis ac hulceribus, prodeſt ſory leuigatum & inſparſum:& ſuperne tilma aridum, uel malum terræ rotundũ, uel gallas, æquis partibus cum oleo inungito:uel cucumeris ſylueſtris radicẽ,uel braſſicæ,aut betæ,aut rumicis folia illigans calidis cineribus reconde:ubi aũt oleo eliquata fuerint, cum ſale terendo impone. Valide purgat ipſa Thalia in uino decocta cum melle,modo cataplaſmatis adhibita:uel chalcitim cataplaſmate ſuperinducito:uel apĳ ſemen contritũ, uel ſemen lini friatũ cum atramẽto ſutorio impingito:uel ex thymo,& uua paſſa, & ficubus decoctis impoſito cataplaſmate: uel cucumerinis folĳs leuigatis cum melle: uel nitrum & cyminũ & farinã cum melle imponito:uel cucumeris ſylueſtris radicẽ, uel ſcillam coctã cum melle,uel ſereos drach. duodecim,chalcitidis drac.decem, miſyos drachmas quatuor,cum aceto acerrimo ad dimidium acetabulũ ſoluendo donec exareſcat, detractisq; ab igne utere,melam inſtrumentum, quo medici hulcera interna explorant, inſerens, hulcerique inuoluens,

& ſuperne duplum linteũ ex œnelæo imponito. Quod ſi inflãmatio prę-ſtò fuerit, altercum cum farina, uel braſſicã cum melle cataplaſmatis mo-do impingito. Ad putredines quæ in ſingulis locis cõtingunt & no-mas: Calcis non extinctæ, chalciteos, uniuſcuiuſq; drach. duæ, auripi-gmenti drach. una: hoc quidẽ & aduerſus quæ in digitis proueniũt pte-rygia, & phagedænas, & ad carbunculos utendũ: In uerendis quidem cum melle, in reliquis uero locis arido, ſuperne ſplenio reſinę impoſito.

Aduerſus nomas omne genus, atq; adeò etiam eas quæ in ore proue-niunt, & ad ſanguinis eruptiones, & excreſcentias domans, multiplicis uſus arefaciendo.

HVlceribus quæ depaſcendo ſerpunt omnibus, etiam ſi os occupent, ſanguinis item profluuio, quam Græci αἱμοῤῥαγίαν uocant, & carniũ incremẽtis frenum imponitur ſuccurriturq; cõfectura eiuſmodi, quæ ha-bet chalcitidos, miſyos crudorũ, uniuſcuiuſq; drach. uiginti, ſquamæ fer-ri drachmas ſex, gallæ immaturæ drachmas octo.

Medendis nomis & putredinibus.

SVmantur ſalis drach. xij. aluminis combuſti drachma una, ſquamæ, pumicis cremati, æquis portionibus: bene etiam facit rubigo raſilis cũ myſios deuſto, ſi pice liquida excipiant̃, & ſquama ferri, adiecto oleo.

Curandis nomis uerendorum.

NOn tam hæc, quàm dictum meleterium nomis pudendorũ conue-niunt: Confectio ex aceto myrtino, & illud ex charta medicamen-tum aridum, etiam ad nomas quaſcunq;, & ex melle cõfectum coracium, atq; Andronis paſtillus, & id genus alij. Cæterũ hæc eadem ipſa meden-dis quoq; phagedænis apprime quadrãt: nam & phagedæna hulcus eſt depaſcens, nomæ forma & aſpectu, naturaq; haud admodum abſimile.

Phagedæna.

Ad hulcera cum humore flacceſcentia, tetriq; odoris.

HVlcera cum humore flaccida graueolentiaq;, horum medicaminum appoſitu curantur: Lemnium ſigillũ ex aceto, uel aceto mulſo (quod græce ὀξυμέλι appellant) aut uino immerſum tantiſper dum cœnoſam in-duat craſſitudinẽ, illitum optime ſuccurrit: Vel cupreſſi folia & ramuli, & galbuli molliuſculi, uel cucurbitæ aridæ deuſtæ cinis, uel platani cor-ticis toſti, & anethi cõbuſti conſimiliter, uel lanæ ſordidæ crematæ, uel plantago: Iſatis cum per ſe, tum adiecta farina, aut peucedani radix arida.

De hulceribus cicatrice obducendis. Cap. XLV

CArnes hulcerum quæ cicatrice indigent, tam aridas redden-tes atq; conſtipantes adeò, ut non modo id quod pręter natu-ram ſuperuacaneum ſit, diſtrahatur diſcutiaturq;: ſed id etiam quod ſecundum naturam eſt, in ſuperficie hulceris prope cu-tem accendatur, præparabimus, & hulcus in cicatricem agemus: ad quã ſanè functionem idonea ſunt, galla omphacitis, hoc eſt immatura, atque mali Punici lemmata, ſeu cortices: mediocriter arefacientia, & breuiter quæcunq; abſque aſtringendi facultate citra uellicationem arefaciunt:

atq;

atq; hæc quidem cicatrice quoq; obducunt, nempe myrrha, ſpuma argenti, & ſi combureťur oſtreum, inſertis quippe aridis. Hæc quoque cicatricem identidẽ inducunt, cortex pini addita cera myrtea, hæderæ flos cum cerota, lilij radix adiecto roſaceo, pityina, id eſt reſina arida, pumex aſſatus, ſquama æris, pari pondere, aridis utere: hoc etiam compeſcit & reprimit. Vel pumici friato, mannæ & diphrygis exiguũ admiſceto, & utere: uel ſpumæ argenti partem unam, diphrygis ſemiſſem, cum cerota ut ſplenium impone. Cęterum ueteribus cicatricem auferunt, uiſcus cum thure, ęrugo cum diphrygis tantundem, atq; cum cerota myrtea: uel centauriũ exiguũ recens cataplaſmate adglutinatũ. Sed liquidioribus cyprini radicem impinge. Porrò aduerſus ſedis & uerendorũ maxime hulcera inflammata, aloë utere leuigata, arida uel ex aqua: uel ſquamam æris, uel chryſocollam in ſole cum cera mollificando adhibeto.

Aridum Apuloticum.

OStreorum drachmæ duodecim, mannæ drachmæ ſex, cadmiæ drachmæ quatuor: proſunt itidem ad nomas. Aliud: Mali terræ, quam ariſtolochiam dicunt, unciæ ſex, corticis pini drachmæ ſex, mannæ drachmæ ſex, pumicis drachmæ quatuor, colophoniæ, ireos, ſingulorum drachmæ quatuor. Aliud: Sumito cornu ceruini deuſti uncias quatuor, corticis pini uncias ſex, ceruſſæ uncias quatuor, æruginis raſæ uncias nouem, cadmiæ drachmas duodeuiginti. Aliud: Florum mali Punici, quos Græci priuatim cytinos appellant, atramenti ſutorij, ſingulorum drachmas ſedecim, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi, uniuſcuiuſq; drachmas octo, gallæ drachmam unam. Aliud: Accipiantur ceruſſæ, ſpumæ argenti, uniuſcuiuſq; unciæ octo, recrementi plumbi, gallæ, myrrhæ aridæ, ſingulorum drachmæ quatuor.

Cicatricem inducens.

MEdicamen illud κατουλωτικὸν eſt, quod habet aluminis ſiſſi unciã unã, quã leuigando in aquę xeſta una irrigato: ubi uero diſſolueris aqua, linteola concerpta macerans & arefaciens, ipſis utitor.

Emplaſtrum Apuloticum.

CEræ drach. quadraginta, ſpumæ argenti drach. trigintaquinq;, diphrygis drach. octo, myrtini ſemicotylium: Facit autẽ ad hæc & emplaſtrũ ex dactylis palmæ, & διὰ καδμίας, & medicamentũ myrſinati, & id genus alia. Cæterũ ad reluctantes & ægerrime cedentes cicatrices probantur, ceræ, myrtinæ, ſingulorũ unciæ ſex, cadmię tantundem, plumbi, thuris, ſingulorum unciæ duæ, aluminis ſiſſilis, æris cremati, uniuſcuiuſq; uncia una, rubiginis raſæ drachmæ duæ, diſſolue alternis diebus.

Inueteratis & cicatricem difficilime exuentibus.

CAdmię drach. octo, chryſocollę, ſchiſtes, ſingulorũ drach. octo, ęruginis, ſquamæ æris, uniuſcuiuſq; drachmam unam, pityinæ, hoc eſt reſinæ drachmas quadraginta, ceræ drachmas centum, myrtini quantũ ſatis eſt. Aliud: Accipiantur ceræ, reſinæ, pini, ſingulorũ unciæ ſex,

cadmiæ tantundem, chalcitidis crudæ unciæ tres, myrtini quod ſufficit. Cadmia in uino diſſoluatur: & chalcitis ſub temporibus Canis platiſmate, ſuperne autem linamento concerpto, & ſpongia ex uino utere. Aliud: Aeris toſti uncias duas, aluminis fiſſi, ſalis ammoniaci, ſingulorum tantundem, ceræ uncias ſex, colophoniæ uncias ſex, myrtei uncias duas, arida diſſoluantur aceto in ſole diebus uiginti: Quum autem mellis ſpeciem craſſitudinemꝗ acceperint, liquefacta & refrigerata cera, miſce mollificando. Confert ad hæc prætereà medicamentũ etiam διὰ κισσήρεως, hoc eſt confectũ ex pumice, item iſis, & id genus cætera.

De cacoëthibus hulceribus, quæ Chironia, Telephiaꝗ dicuntur à medicis. Cap. XLVI 1

Hulcera Chironia.

ANtiqua & inueterata ægerrimeꝗ cicatricem cõtrahentia hulcera, quę κακοηθῆ, hoc eſt malefica appellant, alij Chironia quidem, tanquam Chironem centaurum, Apollineæ artis antesignanum peritiſſimum in curatione reſpectantia: alij uero Telephia (hulcera multæ malignitatis, quæ ſalutarem Achillis manum requirunt) quod in eiuſcemodi hulcere Telephus Myſiorũ rex aliquandiu fuerit, nuncupant. Conſiderandum igitur ne quando uniuerſum corpus prauo ſucco redundans, id genus affluentias immittat hulceri: humorꝗ ſuperfluus idoneorum inter ſe medicaminum officio euacuandus 2 eſt. Quod ſi uarices etiam crura unà cum hulcere occupent, recuperandæ tum etiam hæ ſunt, quemadmodum in Chirurgia explicabitur: Vel ſanguinis detractione ſic habentes leuandi ſunt, nõ parcè auferendo ſanguinem: Poſterius topicis utendũ eſt adminiculis, quæ inſtaurandi potentiam abſꝗ uellicatione cõtineant. Simplicia ergo quæ ex pumice, diphryge, ſquama, ęrugine, calceꝗ mediocriter abluta cõſtant, alumẽ item ſciſſile leuigatũ inſparge: Hyſſopi drachmas quatuor, nitri drach. duas, uuę paſſæ drachmas quatuor, illiniendo prius melle, cataplaſmatis modo inducito. Squamæ porrò æris drachmas decem, aluminis drachmas duas, cum ceræ drachmis decem, mollificans ſub ſole, formidoloſis neꝗ 3 facile curabilibus hiſce hulceribus ſuperimponito.

Hulcera Telephia.

Compoſita aduerſus uitioſa multæꝗ malignitatis hulcera.

Emplaſtrum ad Chironia.

CEruſſæ unciæ octo, aluminis ſciſſi unciæ duæ, ſquamæ æris drach. duæ, ſalis ammoniaci, thuris, æruginis raſæ, corticum malorũ granatorum, uniuſcuiuſꝗ unciæ duæ, calcis uiuæ uncia una, cerę libra una, myrti libra una cum dimidia, arida uino diſſolue: Hoc callum tollit principio, mox depoſitum ſeruatur: Poſtremo aũt remollitum myrtino cicatricem contrahit. Aliud: Spumæ argenti libra una, olei libræ duæ, chamæleontis herbæ nigræ, radicis ariſtolochiæ, quod malum terræ Latini uo 4 cant, gallæ omphacitidis, ſingulorum uncia una, galbani, guttæ ammoniacæ thymiamatis, thuris libanotiue, uniuſcuiuſꝗ unciæ duæ, parato cum radicibus uiridium harundinum mouendo.

Archi-

Archigenis ad Chironia cum in tibijs tum in mammis, cacoëthe, ſtrophulas & parotidas.

ADipis bubuli libræ tres, reſinæ terebinthinæ unciæ quinq;, mannæ unciæ ſeptem, terræ quod uocant Sardæ, qua pictores utuntur, unciæ quinq;, liquefactis cum aridis cõfuſis utitor. Aliud eiuſdem Archigenis: Ceræ accipit uncias quatuor, olei omphacini, mannæ, uel thuris, diphrygis, ſquamæ, ſingulorum drachmas quatuor, cum aceto arida eliquando, mellisq; craſſitudinem faciens, miſce cerotæ, et utere, immergendo linamentũ concerptum, quod Græci appellant ἔμμοτον. Aliud, ad ea quæ fœminas, & alios tenerioris cuticulæ homines infeſtant maligna, curatuq; difficilia hulcera: Ceræ Tyrrhenicæ drach. octo, pinguetudinis taurinæ, reſinæ terebinthinæ, plumbi deuſti, et piperis, uniuſcuiuſq; drachma una, utere linteorũ fragmentis uel roſaceo uel myrtino imbutis.

Ad cicatrices atras. Cap. XLVII

FVſcas pullatasq; cicatrices exterit radix bryoniæ nõ tam candidæ quàm nigræ in oleo ad ſuccoſitatem, ut ita dicam, decocta & impoſita. Nepeta item in uino elixa, ſpuma argenti elota cum roſaceo candido. Quæ lichenas uero ſequuntur cicatrices, & alias iuxtà reliquæ cuti concolores facit, aſininus adeps illitus, erucæ herbæ ſemen contritum cum felle caprino & bouillo & ouino illitum cum ſpuma argenti. Compoſita porrò ex lithargyri, mentæ, thuris, æquis portionibus, & melle. Aliud: Nitri, guttæ ammoniacæ thymiamatis, ſulphuris igne intacti, myrti, æquas ſingulorũ partes in aceto albo, uinóue aut aqua eliquãs, fuſcedini cicatricũ inungito parciſſima manu, ne exhulcerationem inducat. Aliud: Cretæ cimoliæ, ſtercoris columbini, ſaponis, thuris, partes æquales ex aceto illinito. Smema abſterſióue tollendis cicatricũ fuſcedinibus: Cretæ cimoliæ drach. octo, ſpumæ nitri drach. quinq;, ueratri albi drach. quinque, glandis unguentarię piæſmatis drach. quatuor, quibus cũ in balneo cicatrices abſterge.

De hulcerum lacunis. Cap. XLVIII

QVando cutis quæ hulceribus adiacet, longò tempore & ſpacio, ſubiecto corpori nõ coaleſcit & conglutinatur, Græci κόλπον hoc malum, Romani ſinũ appellant: Proinde quũ in ſuperiorem hulceris partẽ lacuna extenditur, facili deſtillatione excernitur per os ſanies, & promptius multo coaleſcit: Contrà autem quæ ſuperiorem partem occupat, nulla ſe deſtillatione purgante ſanie, contiguas omnino partes corrodit: & niſi inciſionẽ primitus quo ſubterfluat machinaberis, nihil egeris, neq; lacunas carne implendo, neq; conglutinando. Quod ſi autem in aliquo membrorum, uerbi cauſſa brachio, aut crure lacuna exiſtat, tum abſq; diuiſione poterit etiam conglutinari inferior pars, modò te ſchema nõ effugiat: In brachio nanq; prope cubitum ore exiſtente, ſummam extremamq; manus partem altius in ſublime extendens, lacunam in fluxionem conuertes. At ſi lacuna in fœmur ſupra

genu incidit, formam eius ita pronam reddes, ſi hygnyæ puluinar molle ſubijciens, ſuræ ſitum inclinatiorem reddes. Quapropter ſi neque carnis impletione eget lacuna, continuo per fiſtulam rectam ueſiculam intus habentem, à ſanie melicrato dilutiore eluenda eſt: ſed ad futuram conglutinationem uino uel œnomelite: atque deinde ad ea quæ conglutinandi uirtutem habent, deueniendũ eſt. Quod ſi concauus exiſtat ſinus, carnis expletione omnino opus habet. Primũ quidem ac præcipuũ eſt, exiguũ medicaminis è charta arida cum roſaceo immittere: Proximum, linamento filatim diſcerpto oſtiũ obturare: Ab hoc Iſidis, aut Machærionis, uel id genus alia in forma emplaſtri medicamina, cũ roſacea cerota liquidiore compari modo inijcere. Sinu uero moderate iam carne impleto, conglutinandi aliquod uirtute prẹditũ medicamentũ imponito, perinde atq; recens cruentũ uulnus curatur. Eius ordinis facultatisq; cenſent emplaſtra Barbara, & δήχρωμα, id eſt incerti coloris, & quæ κιῤῥὰ, id eſt gilua cognomentũ habent: ſed omnium præcipue id quod ex rhicinino, & metallicis, nõ addita cera præparatum eſt κιῤῥὸν Galeni emplaſtrum conuenit. Vbi uero medicamẽta dicta ratione fuerint adhibita & impoſita, deinde ſpongia inanis uel ex œnomelite uel ex uino circunquaq; applicetur, clementer admodum ac molliter. Fiat etiam colligatio: ab imo quidem ſinus & radice inchoandum, circa os uero manus extrema imponenda. Complicationes uero faſciæq; linteæ, quas περιβολὰς Græci nominant, fundũ ſinus conſtringant quidem, ſed ne dolorem inferant ac torqueant. Haud ita uero diu pòſt, exoluentur uſque ad oſtiolum, circumpoſito foris ſinui emplaſtro, & forcipe ſecundum orificium inciſo, quò ſanies excernatur. Puſillo autem alio in ipſum emplaſtriolo impoſito, ex eodem medicamento laxiore & molli, ad promouendam effluxionẽ. Sinito autem ipſum ad diſſolutionẽ uſq;, quam ubi tertio die effeceris, auferes idipſum, atq; permutes ſedulò, dimittendo nõnihil in uniuerſum medicaminis ſinui circũpoſiti. Argumentũ porrò tibi fuerit altitudinem fundumq; ſinus conglutinari, ſanie non informiter effluente, parumq; & concocta, uel omnino etiam nihil effluente. Præterea uero ſecundum ipſum etiam ſinum ſi neq; dolor aliquis ſentiatur neq; tumor, ſed contrahatur locus omneq; ſpaciũ, aridum & indolorium eſt. Quin ſi pus quoq; præmaturũ circa os conſpicias pauculum, adhuc ſpem animo meliorem cõcipito: Sin autem primo uel altero die ſanies aliqua tenuior è ſinu excernat̃, conglutinationis ſpem tantum non abijcias: Sæpe etenim numero medicaminis uires uehementer ex ſubiacentibus partibus humorem prætenuem exprimunt, quo quidem expreſſo, moderate arida facta ſpacia contrahunt & conglutinant. Tertio uero die uel quarto mox ab initio, ſi crudus & immaturus ichor appareat in ſinus foramine, iam tum ſinum coaluiſſe & ceu glutino commiſſum eſſe intelligito. Perſeuerandum præterea in eodem pharmaco, & remouendo, ut par eſt, ipſum propter madorem quempiã, ab ipſo medicamine permutari nihil eſt abſurdum.

Hulcera caua carne implẽda

Margin markers (right): 1 (at "id genus alia in forma emplaſtri…"), 2 (at "& radice inchoandum…"), 3 (at "tinari, ſanie non informiter…"), 4 (at "appareat in ſinus foramine…")

De ſinubus

De sinubus cute attritarum uestium speciem præferentibus.

ALiud adhuc lacunarum genus est, quod tarde secto abscessu, aut medentis chirurgi imperitia, aut eius cui medetur timore fit, quum uidelicet sinui cutis tenuis, & attritis uestium fragmentis compar (unde ῥακώδεις κόλποι priuatim à Græcis uocantur) superiacet: quæ quum circumuersari nullo pacto possit, post traditas nuper lotiones, quæ græce clysmata dicũt, glutinandi uirtute prædito medicamine utendum, substantia quidem crassitudineue liquido, potentia uero arido: Cuius farinæ est, compositio διὰ χαλκίτεως, quæ phœnicina nomenclaturã obtinuit, imbuta Phœnicina. immersaq́ oleo uetere, ut neq́ nimium dura sit, neq́ impolluta: mox uero cum uino mediæ ætatis trita & macerata: deinde in orbem imposita, cum apposita & competenti ligatura. Subuenit præterea in reijculis detritis similibus, ceu traditum est, cuticulis haud parum, mel ad concretionẽ usq́ emplastri elixum, & superinductum. Satius uero fuerit si postquam in linteolum impactum sit, spargatur per cribrum sublime leuatum pulueris specie myrrha, uel aloë, uel thus, uel pariter omnia. Expertus uero ipse sum, tenue centaurium præcipuæ & admirandæ opis esse in hac re præsidium: proximæ uero est symphytum: ab hoc tertium bonitatis locũ habet Illyricæ iridis radix: post quæ eruaceam comperi farinam cũprimis utilem. Atqui secundum decoctionem nonnunquã inferimus ipsa melli, quando uidelicet auferendus est ab igne cacabus: prꝫstantius uero etiam post sublationem, deinde mouere dum tepidum fiat, sinuiq́ ipsum imponere, atq́ perinde ut tradidimus, alligare.

De fistula. Cap. XLIX

FIstula sinus est in callũ induratus, ex abscessibus plerunq́ constans, sumpta per translationem ab harundinũ fistulis appellatione. Quare si ad os usq́ syrinx penetrat, curari hanc absq́ manu chirurgica impossibile est, nisi diuturnitate sua sponte squama uel os abscedat. At si nõ terminetur in osse, medicamentis callum auferẽtibus & cõglutinantibus curabitur: Sunt igitur ectylotica, hoc est Ἐκτυλωτικά. callum abducentia huiusmodi: spondylij radix circumrasa & imposita, fistularũ callos amouet: Veratrũ item nigrũ fistulis impositum in duobus tribus'ue diebus callũ expungit, amurca cocta & offusa: Sory crudũ uel tostũ, cum exiguo cramate, quod est uino immodice diluto, infusum: Sory quoq́ & crocomagma cum hydromelite: Aut elateriũ resina terebin- Κράμα. thina excipiens collyria formato & superinducito: Aut laserpitij radicis cremorem infundito. Liquefacit præterea nõnihil illud: Aeruginis drachmas duodecim, guttæ ammoniacæ drachmas duas aceto excipe, proderit id quidem longo tempore.

Collyrium cuius usus est ad eruncationem calli fistularum.

CAllũ fistularũ aufert collyrium constans ex guttæ ammoniacæ thymiamatis, atramenti sutorij, rubiginis, misyos, chalcitidis, cõmeos, æquis portionibus, exceptis aceto. Aliud ex Heliodoro chirurgo:

Cadmiæ terrę,miſyos,atramenti ſutorij,æris cremati,cõmeos,ſingu-lorum drachmas quatuor, chalcitidis crudæ drachmas treis, lotio pueri impubis excipito,& redige in collyria:imponendo uero collyriũ in fiſtu lam,foris applicato panis uiſcera aqua macerata,mutãs ac renouans ſub-inde,tantiſper dum pituita fiat, & cruſta exciderit.

Aliud collyrium, quod ab Alexandro ſumpſit.

ANchuſæ radicũ,miſyos toſti,chalcitidis,ęruginis,aluminis fiſſi,atramenti ſutorij, aloës, uniuſcuiuſq; unciam unam, cantharidas quinq; aceto eliquãdo pange collyria. Aliud: Atramenti ſutorij drachmas duas,chalciteos,rubiginis,ſingulorum drachmã unam excipito gummi, & utere. Verum ubi callum diſcuſſerit, rubigine toſto cum mulſi puriſſimi octuplo repurga,affabre faciens collyria. Cæterum callo iam proſcri-

Collyrium ſarcoticum. pto remedijs carne implentibus utendũ. Collyrium ſarcoticum,id eſt ſinus ac fiſtulas carne explens: Aloës,myrrhę, guttę ammoniacæ,ouorũ teſtarũ crematarũ,cineris,æquas partes aqua ſoluas, facitoq; collyria, & applicato. Aliud: Myrrhæ,aloës,thuris,corticum mali granati,portionesquantitatis eiuſdem aqua excipito:ſunt qui felle taurino excipiant. Carnibus uero etiam omphacium (qui ex uuis acerbis expreſſus cremor eſt) offundũt. Nouimus ipſi quempiã qui cedrio liquore fiſtulas inundabat,& uoti compos ſubinde factus,admirandus habebatur. Poſtquã aũt fiſtula carne expletur,medicamentum conglutinandi potentia præditũ, eſt adhibendũ, ei conſimile omnino, quem in alijs ſinubus explicui modo. Sed quũ anguſta pariter & oblonga fuerit fiſtula,inquit Galenus,& non appareret mihi complecti intra ſe callum, uerum ſordes & immunditiem duntaxat inſidere, antę omnia lixiuium immiſi, deinde in fiſtula tandiu continui,dum ſorditiem uniuerſam radicitus profligatã iam emanaſſe ſperabam:poſt hæc pharmacum impoſui: ſuper illud uero rhicininum oleum,de quo ſuperius egimus.

De ruptis. Cap. L

HVlcerũ uero nõnulla cicatrice obducta,poſtea tempore haud ita multo interiecto denuo inflammantur, rurſumq; ſua ſponte & per ſe à cõtinuitate ſua diſcedunt: Oſſe etenim quopiam male affecto,caro quidẽ quæ ſuperiacet facile in cicatricẽ contrahitur,atq; ſana, ad unguemq; reſtituta uidetur: Rurſum uero ualenter influente ex corrupto ſenſim in altitudine oſſe, inflammatio cum purulentia cicatricẽ lacerans & effringens ſuperuenit. Quę ergo curatio iſtiuſmodi, qua hulcera tantopere arefacias, ut os languens abſcedat? Quocirca prompte quidem oſſium interſtitia uel papaueris ſylueſtris,uel arboris ficus folijs leuigatis cum tenuiſſimo hordeacęę farinæ floſculo,& uino cataplaſmate facto,curabis: Vel alterci (quem græce hyoſcyamũ dicunt) ſemen,uel atramentũ ſutorium æquis portionibus cõterens: Peucedaniq; radix oſſium lamas breui remouet & abſcindit.

De hul-

De hulceribus articulorum. Cap. LI

ARticuli ficciores carnofarum funt partium, cuius ergò quum hulceribus impetuntur, aridioribus egent pharmacis. Paftillus igitur polyidæ cum uino tantifper dum ftrigmenti balneorum conftitutionem ac craffitudinem induat, contritus, magnifice opitulatur: Pari quoq; modo ficcifica medicamina, & aquã infuper marinam, & muriam, fæpius maiore cum utilitate confpeximus id genus hulceribus impofita. Vtendum itaque in articulis etiam ijs, quæ maiore efficacia ac uiribus arefaciunt.

Quæ paxillos, & tela, fpinasq;, & alia innumera corpore fixa extrahunt. Cap. LII

TEla, fpicula, culmos, furculos, preterea & fpinas, atq; alia id genus quæ corpori fixa inhærent, educunt quidem & euellunt anagallides duæ, ariftolochia rotunda, gutta ammoniaca cum melle, herbæ apollinaris fructus leuigatus, & cataplafmatis modo impofitus. Harundinis porrò radicem contunde, melliq; confunde, & in linteũ impingendo prolixe ac liberaliter imponito, & celerrime fanè quicquid infixum eft corpori, extrahit.

De fanguinis eruptione, cum è uena tum ex arteria. Cap. LIII

QVando corporis humani aliquod profufa fanguinis effufione (quod mali αἱμοῤῥαγίαν Græci appellant) membrum laborat, finubus contraria planè medendi forma competit: hæc uero anarrhopos eft, atqui hoc ipfum etiam intra modum fieri expedit: periculũ nanq; ne dolorem inferat, & cum impetu denuo fanguis è uafe erumpat: Nihil enimuero quicquam dolore uehementius, grandem fanguinis eruptionem concitabit, inflammationesq; adaugebit. Sed quod ad opem ferendam attinet, fanguine hoc modo ex membris profiliente, confeftim digitum in hulceris circa uafa ofculũ immitte, blande quidem & clementer innitẽs & fuffulciens, digitisq; tam fufpenfis ne quem dolorem inferas, reprimens: pariter enim fanguinem cohibebis, & grumum in pufillos globulos concretum adglutinabis, atq; conftabilibis in uulnere. Profectò fi uena fanguinẽ effundens denfa lateat altitudine, exactiore diligentia obferuabis, atq; perdifces cum pofitũ ipfius, tum quantitatem, & uenà ne fit an arteria: poft hæc uero uafe exiftente angufto & exiguo, eorum aliquo quæ fanguinem fupprimunt utendum. Bonitate uero reliqua omnia poft fe relinquunt, ea quæ emplaftri modo inducuntur compofita, tum ex refina fricta, tum farinæ triticeę puluere, & quæcunq; id genus, oui albore friata & eliquata, atq; leporinis cum pilis impofita. Spaciofo autem & capaci uafculo exiftente, hamulo transfige conceptaculum, non tam extendendo quàm circumuertendo mediocriter. Suppreffo uero fanguine, fi quidem uena fuerit, tum citra laqueum fanguinem mittere tentato, eifdem ipfis medicaminibus: Sin arteria, è

duobus alterum, uel laqueũ circumponens, uel totum intercidens conce
ptaculum, cohibebis sanguinis effusionem. Laqueos uero quandoq; ma
gnis etiam uenis circumponere cogimur, quemadmodum & dissecare
interdũ totas nempe transuersas. In hanc necessitatem deuenies in his ue
nis, quæ rectæ ueniunt è profundiore corporis loco, præsertim in angu-
stia loci, ubi uena sita est, uel in principibus membris: Sic enim uellet ad
se utraq; sectæ uenæ pars utrinq;, & confodit tegiturq; à corporibus ad-
iacentibus uulneratio. Tutius uero fuerit utrunq; facre, laqueũ quidem ua
sis radici circumponere: secare uero deinceps. Hæc ubi perpetrata sunt,
uulnus quamprimũ fieri potest, carne expleto, priusq; consumat & dis- 1
soluatur conceptaculi uinculũ. Quod si ocyus quidẽ carne impleat, locus
uero alibi uacuus offendit, malum quod Græci ἀνεύρυσμα, id est dilatatio-
nem nominant, oborit. Perpendes aũt & discernes uená ne an arteria sit,
unde sanguis promanat: Arteriæ nanq; sanguis giluí flauiq; coloris ma-
gis & tenuior esse consueuit, & cum pulsibus multis exhauritur. Venæ
autem sanguis atrior & sine pulsu existit. Omnium igitur quæ scimus me
dicamentorũ carne implentium probatissimum est, quo aduersus etiam
sanguinis eruptiones meningarum (quem cerebri panniculum Piam ma
trem uulgò appellant) sine omni perniciei metu, & securissime utitor, &
aduersus ceruicis uulnerationes, necnon ad iugulares usq; pertinentes: 2
nam harum quoq; re uera nullo adhibito funiculo sanguinem compescit.
Accipit autem id de quo agimus amuletum, thuris libanotiue pinguissi-
mi partem unam, aloës, in delicatioribus tenellisq; corporibus medimnũ
dimidiatum: In durioribus uero tantundem, & thuris præterea loco,
mannæ æquale pondus, oui albugine etiam illud conterito & liquefa-
cito, tantisper dum mellis formam crassitudinemq; induat, tum denique
leporinis pilis mollioribus excipiatur, inde uasculo & hulceri uniuerso
imponatur. Alligetur autem foris ex uelamine lineo: prima porrò appli-
camenta quatuor aut quinq; uasculo unde sanguis erumpit diligenter al-
ligando: inde uero in radicem ipsius distribuito: posterius aũt die uideli- 3
cet tertio soluito, si quidem asq; periculo hulceri etiamdũ adhæreat phar
macum: rursus alterũ in orbem circumfundens & tanq; cõmadefaciens
denuo alligato. Quod si primũ linamentũ concerptum sua sponte & per
se resilit respuiturq;, leuiter summis digitis cõceptaculi radicẽ premendo,
ne quid influat, illud quidẽ sensim detrahe, sed applica alterũ, atq; ad hũc
modũ usq; opem ferre pergito, donec carne expleatur conceptaculũ sine
molestia perpetuò in sublimi erecto schemate obseruato. Cæterum cru-
stas adglutinantia glabriorem efficiunt partem, quàm secundum natura
lem constitutionem fuerit delapsa crustula. Plerosq; uero hæmorrha-
gia difficulter compescibilis secuta in crustarum decidentijs: utendum ta 4
men etiam illis, quum urget necessitas ingens. Ipsa autem res quamma-
xime poscet remediorum usum quæ crustam inducendi uim habeant, cau
teriorũ item candentium, quãdo uidelicet ex erosione cariosa marcorisq;
formam

formã prẹferente ſanguinis prouenit eruptio. Atq; enimuero poſtquam in id genus affectibus totum abſciderimus marcidum, minore cum diſcrimine uel deurere ipſam ueluti radicẽ, uel remedijs incruſtandi naturam tenentibus uti licet, id uero in uerendis & ano potiſſime ſolet cõtingere. Scopus uero cruſtantiũ eſt cum ſtipticitate caliditas, perinde atq; cernere eſt in chalcitide, miſyi, & atramento ſutorio. Sed quæ è calce uiua conſtant, uehementiora quidem ſunt: ſed quoniam cõſtringendi uirtute calx deſtituitur, cruſtæ citius ipſorũ applicatione decidunt: præſtaret autem ut manerẽt: anticipant enim præcoci caſu carnis in fundo excreſcentiam & tanquam operculi uaſis creationem. Cæterum eiuſmodi hæmorrhagiam iſatis ſatiua inſperſa eximie compeſcit, uel gallæ toſtæ: expedit aũt ipſas candentes aceto uel uino extinguere. Porrò ſanguinis eruptiones omnino ſupprimunt, incõpoſita quidem, aloë, thus, manna, ſamius aſter, ærugo ferri, & lanæ crematæ: Conſimili etiam modo leuigatiſſimus cinis, ſtercus aſini, & equi puſillum, malicoria, diphryges, galla, myrtus arida, alumen omne genus, tum crudum tum etiam combuſtum, reſina fricta, uitis cortex, uel folia arida platanorum, galbulorum puluis, præſertim quum humorem concretum abiecerint. Priuatim uero ac proprie narium ſanguinis profluuia impoſitu ſiſtunt, iunci marini (quem græce oxyſchenum uocant) fructus, foliorum urticæ cremor, chalcitis, ſolaſtrũ deuſtum, capilli leporis, ferulæ dimidium crematum cum aceto, onia arida uel uda, ſuccus porri cum thure elychnio exceptus. Hactenus ſimplicia. Compoſita autem cuiuſuis ſanguinis profluuij remedia hæc ſunt: Spongiam recentem liquida pice immergens, & in aulula cum bitumine circũquaq; obturata combure, cineris uero medimnos duos immittens, admiſce plumbi medimnum ũnum, & ſtibij medimnum unum. Aliud: Thuris, mannæ, ſulphuris uiui æquas partes inſere. Aliud: Chalcitidis drachmæ octo, thuris, uel mannæ drach. ſedecim, reſinę frictæ drachmæ octo, gypſi deuſti tantundem. Eſcharoticum iſchæma, hoc eſt cruſtas ducendo ſanguinem compeſcens: Accipe chalcitidis, æris toſti, atramenti ſutorij, miſyos aſſati partes æquales. Præterea Rhodia cognomento compoſitio, necnon & ipſa Xantha, è numero præſtantium medicamentorum quæ ſanguinem ſedant, cenſentur.

Scopus incruſtantium.

Simplicia ſanguinẽ ſiſtentia.

Compoſita.

De neruis faucijs. Cap. LIIII

Nerui faucij uel ſtimulati inflãmationem doloremq; immenſum excitant, propter immodicam, qua præditi natura ſunt, ſenſationem. Proinde febres quoq; & cõuulſiones ita affectos corripiunt: nonnullos uero deliria inuadunt, propter neruorum ad cerebrum continuitatem. Verum quandoq; etiam in alijs quibuſdam locis percuſſi membri phlegmonæ & apoſtemata oriri aſſolent ſecundum neruum percuſſum, ob perpetuitatem ipſius: Cutis itaque uulnus nullo glutine cõmiſſum, diductum patensq; ſeruandũ eſt, quo per ipſum ichores ſine impedimento defluant. Atqui in compunctionibus, ſi latêre

uidentur nerui, duplici ſectione & decuſſi ſe ſecante opus eſt. Sed quod ad opis ferendæ attinet iudicium, ante omnia quidem, ſi corpus humoribus redundarit, inflammatioq; magna affuerit, à ſanguinis per uenam detractione medendi inchoanda eſt ratio. Quod ſi prauis corpus affluere nimis uideatur ſuccis, deiectionis uſus cumprimis cõmendatur. Præſidia autem uulneri adhibeantur, quæ dolorem placandi ſedandiq; uiribus polleant, & effluxionem aperiendo promoueant, præſertim ſi deſit ſectio. Aquã proinde calidã cæteris quidem inflãmationibus perquam idoneam ac utilem, ſcito his eſſe q̃ infeſtam: ſatius ergo oleum partibus ſuis tenue, nulla ſtipticandi ui præditum aſpergere ſenſu feruidũ: Neq; 1
profectò algidum, neq; etiam tepidum his eſt admodum exitioſum. Cæterum ex medicamentis reſina terebinthina accõmodatiſſima eſt per ſe, cum pueris, tum fœminis & carne teneriore molliculaq; præditis: eliquata uero cum euphorbio in carne durioribus: Et ſi quando duriora obuenerint corpora, cum oleo quopiam tenuium partium macerata. Cataplaſmatis inſuper, inflammatis & marceſcentibus neruis utendum. Hordeaceam præterea farinam, aut fabaceam aut eruaceam coquendo in lixiuio ſtacte cum oxymelite: Sine coctura uero in puncturis etiam cerotã eiuſmodi adhibe: ceræ uncias treis, euphorbij unciam unam, uel ſtercus columbinum: in durioribus carne corporibus olei uncias duas, & reſinæ 2
terebinthinæ nonnunquam unciam unam. Emplaſtri uero inſtar remedium præparans, in euphorbij unciam unam, ceræ, reſinæ frictæ, olei & picis pinguis, ſingulorum uncias ſex iniјce: uerum reſinæ loco propolim (quæ eſt uiſcida in aluearibus apium materies ſordesq;, quibus quaſi fundamenta operis inſtituunt) pinguiſſimam immittens præſtantius effeceris.

Punctorũ neruorũ remedia.

Ad cõpunctos præterea neruos illud excellens ac præſens eſt ſubſidiũ, conferens etiam ictibus rabidorũ: habet aceti xeſtam unam, picis pinguis libram unam, opopanacis uncias tres: Opopanacem ſolue in aceto, ampliusq; leuigato, & picem eliquans decoquito: Hoc neruorũ puncturis expedienti eſt præſidio, non permittens punctionis os conniuere, ueluti neq; rabioſorum morſuum hulcus cicatricem ducere: ſed du- 3
ris duntaxat prodeſt corporibus: Quod ſi in pueris, aut mollioris carunculæ hominibus punctis uti uelis arido, liqueſaciendum eſt aliquo diſcutiente ipſum & diſiјciente medicamento: Verbi cauſſa, amaracino, uel opobalſamo, uel oleo uetere: Cõuenit etiam Baſilicũ pharmacũ aſſumẽs nitrum, aut calcem uiuam, aut euphorbium, aut ſulphur igne intactum, aut ſilueſtris palumbi fimum, aut opopanacem, aut ſagapenum, aut ſuccum Cyrenaicũ, aut caſtorium: In libram uero medicaminis, dictorũ alicuius unciam unam iniјcito: Conducit aũt ad neruos percuſſos optime, atque in primis compunctos. Poterit autem quiſpiam ruri, nullo horum 4
ad manum parandiq; copia exiſtente, propolim recentem & pinguem uulneri imponere, uel fermentum, præſertim antiquum cum per ſe, tum propoli admixtũ, uel unà cum ſucco tithymalli. Cataplaſmatis præterea his

his ex oxymelite, uel ſtactes lixiuio, cum farina fabacea, aut eruina, aut ciceris, aut lupinorum amarorum, aut hordei, uel tenuiſſimo denique farinæ polline non ſolum in iam inflammatis, uerum ab ipſo confeſtim initio, utitor. Cataplaſmata uero relaxantia, quæ χαλαστικὰ à Græcis appellantur, in neruorum percuſſorum curatione ſemper faceſſant ac ualeant. Quod ſi non puncto neruus, ſed euidente ſectione ſaucietur, ita ut circumfuſa etiam pelle diuiſa, neruus nudus & rectus appareat, minime autem oblique diuiſus, prædictorum ex euphorbio atque alio tantæ acredinis medicamine nullo utaris: nudatus quandoquidem neruus non feret uehementiorem ipſorum uiolentiam. Calcem itaq;, adhibe ablutam, iterum atq; iterum tempore calido liberaliore oleo irrigatam. Vtilis uero & confectio eſt ex pompholyge, necnon compoſitio ex melle contexta, in roſaceo multo eliquata: neq; uel tantillũ quod uellicet uulnerationem attingat: quoniam plurimum ſub ſenſum uenit neruus, & eſt temperatura frigidus ac cõtinuus maxime principi membro.

Neruorum ſenſatio maxima.

Enimuero ne oleo quidem id genus hulceris aſpergendum eſt, ſqualet enim ſordetq;: ſanies ergo tantum abſtergito, lana molliore hypaliptro implicato atque inuoluto. Omnibus uero ex animi ſententia ſuccedentibus, citra periculum datur Siderei paſſo madefacere. Atqui in fortioribus, polyidæ etiam paſtillo cum calido linamento diſcerpto ac infecto utere. Poſthæc aũt neruum denudatum contege: linteola item diſcerpta quæ ulcere conduntur foris adhibenda ſunt, aliquo eorũ quę ad anguſta uulnera cõducunt adiecto: uerbi cauſſa, medicamine ex euphorbio aut eo quod confectũ eſt ex ſtercore columbino plurimũ etiam ſalubrium partium amplectentibus. Vulneratio uero ſi obliqua ſit, maiore quidem cum periculo operitur: Hæc itaq;, atq; ſimilia ad curationem neruorum attinent. Atqui in uulneratione etiamdum recente, conſutionibus quidam uſi ſunt, & glutinantibus quibuſdam medicamentis. Verum caue nimiũ propere in ſuperficie cõmiſſiones admittas ne altitudo ac uulneris interna inglutinata permaneant, ſed profundiora quidem obſeruans denuo neruum acu ſtimulato. Scire uero omnino in neruis percuſſis oportet, quod medela puncturis ſubueniens, calidior exiſtens, non poteſt nerui hiatum ſanare: uellicationem enim ipſarum atq; phlogoſim, id eſt inflãmationem non ſuſtinent. Neq; præterea quicquid medicamenti diductionibus ſubuenit, punctionibus ſtatim cõgruit: quoniã uis eius neutiq; in intima fundũq; penetrat, arcta admodũ cutis à cõtinuitate ſua diuiſione cõſiſtente.

Diæta in uulneratione nerui.

Sed quod ad uictus rationẽ attinet: Nutricatus tenuis eſto, culcitra mollis, calidoq; utatur oleo in axillis, capite, & ceruice. Si crus, inguina ſumen, & finitima loca uulneratio impetat, ualeant omnino lauacra, uſq; ad inflãmationis relaxationẽ, infeſto illis & incõmodo aquæ, ut diximus, attactu. Quoniã aũt nonnulli propter ſolennem lauandi conſuetudinem, lauacris abſtinere non ſuſtinent: ſi quidem membrũ uulneratũ, fuerit manus, danda eſt opera pro uirili cuiuſq;, ne hæc aqua uel calida & multo minus gelida made-

Nerui pedis uulnerati curatio.

fiat. Sin pedem angat uulneratio, quum fieri nequeat ut non irrigetur aut humectetur qui lauare omnino uoluerit, sauciæ pedis parti cum aliquo medicamine imbutum imponat emplastrum: foris insuper multiplicatis linteis quãplurimis oleo madidatis muniat & operiat: in posterũ extrinsecus uinculũ è linteo iniiciat: atq; posthæc rursum in balneo ligamentũ oleo perfunde iamiam secundũ neruũ uulnerato in solium descendente: ubi lauerit aũt, cuncta quidẽ quæ adiacent porrice. Vtere præterea præscripta totius curationis institutione & regula. Si uero neruus solũ pressus quassusq; fuerit unà quidem cum cute, ita ut exhulcerẽt, appositũ fuerit remediũ ex farina fabacea, & oxymelite cataplasma. Licet etiam interdum erui farinã & ireos, cõcussioni doloris mitigandi gratia admouere, picem liquidã miscendo: Sin cutis pressa quassaq; nõ sit, distrahendi summam facultatem habet, calido oleo conspergi & foueri perpetuò, anethino inquam, aut rutaceo, aut irino, aut amaracino. Neruo autem uniuerso dissecto, discriminis quidem nihil incumbit, sed membrum succenditur: curatio uero compar aliis hulceribus adhibeatur. Hactenus quidem de omni neruorum sauciorum, quæ simplicioribus adminiculis peragitur, curatione sufficiat. Neq; tamen desunt, qui polysynthetis uti in ita afflictis consueuerunt, qualia sunt, è metallicis confectum pharmacum, emplastra cognomento Barbara, & cissinum, hoc est ex hędera, & quod fit ex irigeronte, necnon melanchlorũ, ipsaq; Indica harmonia, & Athena: quorum compositiones utendiq; rationem ultimo reperies uolumine. Quoniam autem locupletissimi quidam sumptuosis preciosisq; in neruorum uulneratione medicaminibus uti dignantur, Galenus ad punctiones neruorũ huiusmodi tradidit: Cinnamomi, dictamni, fœniculi, uniuscuiusq; unciam unam, maioranæ uncias duas, ceræ uncias octo, opobalsami uncias decem, resinæ terebinthinæ unciam unam. Aliud: Accipiantur, succi Cyrenaici uncia una, ceræ unciæ tres, succi balsami unciæ duodecim. Cæterum ad neruos denudatos illud: Ceræ aromatariæ uncię sumantur (inquit) tres, unguenti Spicati aut Phuliati, uel Nardi unciæ duodecim, pompholygosq; uncia una, spicæ nardi, amomi, folii, singulorum uncia una. Atque hæc quidem sunt iis qui opibus pollent, ostensa à Galeno remedia.

Nudis neruis remedium.

De curuatione neruorum, quam Angylosim dicunt. Cap. LV

ANcylas & ancyloses nuncupare solent articulorum detentiones, originem ad densitatem obstructionemq; uel nerualem quampiam extensionem referentes: In quibus emolliendi & relaxandi uiribus præditis medicaminibus opus est. Communiter sanè his ea quæ in membris scirrho infestatis, adhuc uero magis ea quæ de dissolutis enumerata sunt partibus, succurrunt. Priuatim uero & peculiarius multo confert per hydrelæũ aspersio, in quo cocta sunt semen lini, fœnogræcum, althæa, laurus, cucumeris syluestris radix: & sic cucumerinum oleum post aspersionem adhibeatur ita affectis: acopa quidem

quidem primum ſimpliciora, ueluti ſunt medicamentum ex alno, item illud ex abiete, & bromium, & Baſilij, & Pyxis: poſt quæ etiam Ariſtophanium, & Azaniti. Vehementiſſima uero ſunt, quod Liſoponium appellatur medicamentũ, & ex his quæ emplaſtri formam habent remedia non modò Amythaonis, ſed & Anicetus. Probatiſſimum uero illud: Bdellij, adipis uitulini, guttæ ammoniacæ thymiamatis, ireos Illyricæ, ſingulorũ drachmæ ſedecim, opopanacis, galbani, hordei, ſtyracis, thuris, uniuſcuiuſq; drachmæ octo, piperis grana centum & ſexaginta, ceræ libra dimidia, reſinæ terebinthinæ tantundem, fecis irini quantum ſatis eſt, uini quod ſufficit: inciſum & contuſum eſt medicamentum. Probatur etiam acoptum permixtum irino, uel cyprino, uel laurino. Inter acopa uero & emplaſtra numerantur διὰ πτορύνης, polymagmatum. Cæterum acoporum uſus cum molli & conſtanti frictione fiat, languentis membri leui periclitatione, tum curuatura tum extenſione.

De flacceſcentibus luxatiſq; artubus. Cap. LVI

IN diuturnis quæ cum febre ſunt morbis, & in colicis paralyticiſq; ægritudinibus articuli ſæpenumero flacceſcunt, uiribuſq; omnibus deſtituuntur: calidiore pleruncq; & humidiore eoſdem à iuſto modo intemperie occupante: hinc utiq; etiã motio impeditur. Quibus acaciæ cremor aquę inditus, & fouendi gratia aſperſus congruit: uel rubi, uel myrti, uel lentiſci, uel ulmi radicum corticis elixatio: uel malicoria cataplaſmatis modo impacta: uel myrti folia unà cum cerota myrtea impoſita. Robur quippe neruorum nexibus eſt inducendum, cum ſtipandi & arefaciendi uirtute prædita materia. Huius itaque farinæ artubus medicamenta ſunt adhibenda, cuiuſmodi eſt διὰ ἰτεῶν appellatũ, quod ſalices contineat & oxyra, & phœnicina quę uino aſtringente uel aceto conſtat. Permulti uero ex algore & frigedine iſtiuſmodi languorem imbecillitatemq; oriri autumantes, calidioribus uſi adminiculis, detrimentum multo acerbius intulerunt.

De lumbricis. Cap. LVII

TRes ſunt in ſumma lumbricorũ differentiæ: una quidem quæ tereti & rotunda forma eſt ſecundũ craſſitudinem: altera uero, quos lumbricos latos nominant: tertia, quos Græci aſcaridas nuncupant. *Tria uentris animaliũ genera.* Omnium uero eiuſmodi uentris animalium ſpecies, cauſſa & origo eſt, cruda & craſſa pituitoſaq; materia, & putrefactio huic functioni idonea eſt, cuiuſmodi in pueris colligitur, & in alijs pariter ætatibus, his ſcilicet qui ultra ſatietatem auide ſeſe ingurgitant: uerum nunquam à calida & acri, uel melancholica materia: nam hæc nutricandi naturam ſupergreſſa ad lumbricorum conſtituendam originem inepta eſt & prorſus inacommoda, imò uero etiam contraria, corrumpunt enim hos bilioſa præſertim excrementa. *Lumbricorũ cauſſa.* Quod ſi aliquando unà cum lumbricis flaua bilis eijciatur, ſiue per inferna, ſiue etiam per uomitiones, in inteſtinis ſcito cõſiſtere: bilioſum uero humorẽ, uel in ore uentris,

uel in alio quopiam membro hærere. Singulorum itaꝗ differentiarum ſpecies ortumꝗ explicabimus, locum item & notas, curationemꝗ, principium à tereti & rotunda ſumentes.

De lumbricis teretibus ac rotundis.

LVmbrici igitur uentris rotundi formã nemini mortalium obſcuram cõtinent, quoniam hi quàm alij copioſius abundant: in gracilibus uero inteſtinis pleruncꝗ conſiſtunt, & in ſuperiorem uentriculum progrediuntur: proinde per os non raro eijciuntur: nonnullis uero per nares huiuſmodi animalia uentris eiecta ſunt. Quod quidẽ uermium genus infantibus quàm alijs ætatibus peculiarius magis quotidianum, & magna 1
quidem ex parte cum febre eſt. Verum ſi circa febrium principia proueniant, ſubſtantiam ex diſcrimine ſubiecto obtinẽt: Circa ſummos uero uigores, ex malitioſo putridoꝗ morbo. Circa autem relaxationẽ febrium ſcaturiunt lumbrici rotundi ex omnium in melius mutatione. Aſſerit nanque Hippocrates, bonum eſſe ac utile lumbricos etiam rotundos in eunctis ægrimoniæ iudicatorium progredi, ſed hi ocyſſime pereunt. Accidit uero plerunꝗ cunctis lumbricos teretes habentibus, uellicatio inteſtinorum, & uentris, & tuſſes non magnę, aridæ, & irritantes: quibuſdam uero etiam ſingultus, ſomniꝗ cum tremore, & irrationabilibus ſtultisꝗ ex ſomno reſurrectionibus: Nonnulli cum uociferatione exurgunt & pro- 2
ſiliunt, ſed rurſus deijciunt, & in ſoporem proſternuntur. Pulſus inordinati, & augentur febres nullo ordine errantes, cum magno articulorũ algore, quæ per tertiam quartam'ue diei noctis'ue partem hominẽ temere inuadũt; Puerulis uero & grandioribus natu, cum prominẽte lingua exhauſta: ſtridor fit dentium, oculi cõniuent, ſilentium amant, & excitantibus indignantur, ſtomachantur, oculiꝗ apparent, & ſuffunduntur malæ rubore, atꝗ rurſus mutato colore liueſcunt: Breui uero hæc & ex interuallis fiunt: quorundã uero ſtomachũ petentes, nauſearũ & uellicationũ autores ſunt: cibum ad hæc laborantes auerſantur, coacti uero nauſeantes, uix deglutiunt, oblatumꝗ ac ſumptum alimentũ euomunt: Non pau- 3
cis uero uenter etiam deijcitur cum eſculentorũ corruptione, atꝗ tympani inſtar inflatur. Reliquum uero corpus præter rationem liquefit & tabeſcit, neꝗ fame præſcripta, neꝗ ulla euacuatione immoderata admiſſa. Cæterum non in omnibus prædicta ſunt ſingulatim inquirenda indicia, ſed quæ principatum tenent: aliquando uero plurima. At hæc animalibus ſeſe in inteſtinis circũuoluentibus rotantibusꝗ & mordentibus deniꝗ ſolent accidere, & febrili ardore uapores ad cerebrũ ferente prauos, ex coaceruato in uentre putrido humore natos: in quibus partim quidem utriſꝗ iuxtà cum febri tum lumbricis proſpiciendum eſt: partim uero febrim haud magnopere curantes, prorſus expelli uentris animalia couenie- 4
niet: Pleriꝗ etenim quũ negligerent, corroſi ab ijſdem conuulſiꝗ, extincti ſunt. Neꝗ uero deſunt, qui aſſerunt ſe uidiſſe per inguina languentis lumbricos prorepſiſſe. Præſtat igĩ ipſos expellere; expelles aũt ſi prius enecaueris

Teretum lumbricorũ notæ.

Præcipua lumbricorum cura expulſio.

enecaueris:enecantur autem medicaminibus maxime amaris . Cōmuni igitur quartanæ febris curatione & animalium uentris exiſtente, expedient ſanè præſidia ſimpliciora . Mixaria igitur decocta ſic habentibus uel potui uel eſui offerenda : exhibendus item ſuccus ſereos,coriandriue ſeu coriani ſemen, cum exigua aqua calida contritum,ſiue cum poſca:uel auriculæ muris herbæ decoctum, uel cornu ceruini ramentum,uel etiam rubrica ſinopis leuigatiſſima : olei præterea ex nondū maturis oliuis expreſſi amari cochliaria duo paulatim abſorbeantur , amarulentia nanq; lumbricos abigunt,lubricitate uero ipſos unà cum oletulo expellunt. Inflammatione uero diſtentioneq; uiſcerum exuperante,è ſemine lini & fa rina lupinorum, abſinthij item & bryoniæ radicis utendū cataplaſmate ex hydromelite,uel aſpergine cum oleo chamæmelino,uino,fructuq; abſinthij, uel aloë ſecundū præcordia aſperſa. Verum ne febres uehementer fatigent atq; perturbent, miſcenda eſt mixarijs menta, atq; præbenda. In apyrexia uero febréue iam decedente etiam efficaciora,uerbi cauſſa,ſeriphi decoctum,uel nepitę, uel filicis,uel ſemen cardamomi,uel mali Punici acidi radicis ad tertias decoctum,uel fricti cymini, & nitri, tritici, uniuſcuiuſq; diobolos treis, uel ſandonicū uel abrotonū, uel utrunq;,unà cum melle catapotijs factis, uel lupinorū amarorū dioboli tres, aut braſſicæ,aut erucæ ſemen contritum,uel abſinthinum,quod unum ſæpius ſatis profuit . Exhibendi inſuper aloës lotæ pondo dioboli tres, id quod ex his quæ in primis probantur medicamentis eſt unum, in his uidelicet quibus roboris plus & ſpacioſior corporis moles conſiſtit. Quoniam autem pueri aloën non admittunt,inſtrumento quo os diuaricatur, ſupinis ipſis uiolenter ſeruatis, os diducentes,per clyſteridium quodpiam fiſtulam non fragilē continens, inuitis ijſdem q; poſſumus maxime aloën interius inſerentes inijciamus:quæ quidē admiranda eſt methodus puerorum moleſte aloën ferentium,quibus ſorbilia ſæpe etiam numero alimenta eo modo cibum ſtomacho reſpuente infundimus:Et Cyphi confe ctio, necnon maſuarium pulchre & utiliter adhibeatur : Cornu item cer uinum deuſtum,adiecto pipere cum melle uel oxymelite,& reliqua quoque tentanda experiendaq; in ipſis ſunt. Præſtat uero pluſculum,ſi ſcilliticum acetum fuerit, præſertim in adultioribus:uel ſinapi,cum olei & ace ti cochliarij quantitate. Cæterum quibus lumbricorum culpa fluore al uus perturbatur,his ſuccus plantaginis propinandus eſt:uel ipſa etiā arida exhibenda eſt plantago, iuxtà nanq; & ex æquo utriq; ſuppetias cum defluxioni ipſius alui, tum infeſtantibus lumbricis contulerit . Cataplaſmatis pręterea modo ita habentibus adglutinanda ſunt,polenta hordea cea,filix,abſinthium,farina lupinorum, ſandonicum & abrotonum:Iam uero malicoria quoq;,acacia,galla,balauſtiumq; admiſceātur. Quoniam uero ſæpe potionibus amaris offenduntur aliqui,ea ſanè quæ iampridem enumerauimus,haud euidēter ſed remiſſius amara exhibe. Adhæc etiam chamæpityn, marrubiū,enulā campanā, daphnococcū, baccas'ue lauri,

casiam,thymum, pulegium, carpesium,cyperum, polypodium,irin, cnicum,rubiam passiuam,acanthum Aegyptium cum pipere,æquis portionibus pondo diobolorũ sex,uel decoctum (quod ἀπόζεμα græce uocant) mẽtę,uel radicis mori cremorẽ, uel elixationẽ petroselini,et id genus alia fragrantia semina: Extrinsecus aloën cum melino uinoq; adhibeto: hoc utiq; et appetitum excitat summo admodũ studio affectatũ. Admiscenda porrò non raro aloë,absinthium: uel felle taurino umbilicum additis aliquibus amaris enumeratis impleto: seu oleum rhododaphnes ubertim illiniendum: uel cedrius liquor per se, aut cum cerota uniuerso uentri, uel pix arida trita & leuigata inspargenda: uel mentam, aut melanthium cum rosaceo adhibe: uel laserpitij quoque decoctum ita affectis miscendum: maliue Persici folia contrita & soluta cataplasmatis instar imponamus. Iam uero medulla quoq; ceruina unguinis modo utendum, cum circa umbilicum, tum secundum abdomen & imum uentrem, tum etiam lumbos. Cerotã insuper, si res ipsa poscere uidebĩt, applicabimus: Accipe aloës, absinthij, farinæ lupinorum, seriphi, nigellæ, quod melanthion græce uocant, uniuscuiusq; diobolos sex, ceræ unciam unam & dimidiatam, chamæmelini quantũ satis est, bilem taurinam, leuigato quæ sunt arida. Mulsum porrò crebrius id genus lumbricos habẽtibus est immittendũ, ut dulcore mellis inescata eadem uentris animantia, subducanĩ per inferna: Atqui si iam putruerint in profundo, non excernentur, sed euaporationes potius machinentur: Sunt uero uel aloë, uel ex hac medicamento peramaro sumpto subducendi: quandoquidem alioquin etiam ipsis neutiquam inutilis est mediocris per hypalatũ deiectio.

Forinseca lubri corũ curatio.

De tæneis seu lumbricis latis.

LAtitudo tæniæ uentris est, ut ita dicam, adnatæ in interiore intestino membranæ, in materiam animalis permutatio, quę identidem excernitur etiam tota, incredibili sua amplitudine, uisu horrendum exhibens spectaculum, uel pars eius modò aliqua redditur: dissoluta quidem non consistit, sed redundat, quandoq; sanè in non febrientibus: Cæterum febricitantibus quoq; per diuturnas ęgritudines accidit, uellicationes adiacentis stomachi inferens, & à cibis auersionem appetitus inducens, alimentiq; incõtinentiam, uiuificatũ etenim in intestinis animal: nutrimentum rapit, & consumit assumptum, ita ut confestim altero opus habeat: quod si sumere quis supersederit, lancinat intestina. Accedit autẽ his & ceu umbra comitatur corpus strigosum & male habitum, imbecillitasq; cum inæqualitate turbaq; corporis. Infallibile aũt ac certissimũ indicium, si cum stercoribus simul excernanĩ quædã semini cucurbitæ similia. Sed in curatione omniũ ore probantur propinationes acrium, & alliorũ esus, Græci σκοροδοφαγίαν uocant: & filicis uel centaurij decoctio cum hausta, tum etiã enemate immissa: aut nepitę, uel dictamni, pulegij'ue. Infundenda est insuper his interdum muria. Propinato etiam illud, quod neq; his qui alijs lumbricis conturbanĩ inutile, potissime si liberi à febre fuerint:

nitri

nitri rubei, piperis, cardamomi, portiones æquales, exhibentur cõmode una uice dioboli tres in uino aquáue calida. Alius linctus: Sumantur piperis, baccarũ lauri purgatarũ, cymini Aethiopici, maſtiches, partes cõpares, mellis quantũ ſatis eſt, cuius iuſta præbitio eſt cochliarium unum, non tam mane, quàm demittendo iam membra grabato. Quod ſi idipſum efficacius reddere uolueris, nitri quoq; rufi tantundem adijce. Aliter: Enulæ campanę, guttæ ammoniacæ thymiamatis, † piperis, ſingulorum drach. quinq; cum oxymelite calido, per interualla potui dato, euphorbij drach. unam, uel geminas integras ad ſummũ. Aliud: Filicis acetabulum, quem Græci oxybaphum nuncupant, nitri drach. duas in cotyla aquæ præbeto, iam antea euacuato. Præſtantius & ſalubrius redditur adiecto ſcammoniæ momento, id eſt modico & pauxillo. Aliud: Mali granati acidi radicum corticis in ſuperiori parte detracti drach. quatuor, piperis tantundem, cardamomi drachmæ ſex, marrubij drach. duæ, in melle ei qui prius in cibo allia ſumpſerit contra lumbricos latos utiliter exhibentur. Cæterũ quò exacte quis & in totum ab hac faſciarum uentris afflictione uindicetur, theriacam (niſi uehemens febricula impedimento ſit) incunctanter adhibeto.

† *Aliâs filicis.*

De Aſcaridibus. Cap. LVIII

PORrò aſcarides (ceu iam & in ſuperioribus præmonſtratum eſt) ſpecies ſunt lumbricorũ, uermibus forma reſpondentes atq; perſimiles, qui in extremo longanone plerũq; ſolent conſiſtere, & quamprimũ claudit ſe inteſtinum illud, prope anum conſpiciunt, grauesq; in his partibus pruritus excitant. Quæ ſanè uentris animalium ſpecies, ex prauis alimentis, frigedine, ciborumq; corruptione prouenit. Diſijciendi ſunt itaq;, in pueris quidẽ glandibus ex melle, cum ſalis momento, aut nitro: In natu uero grandioribus, muria maioris acrimonię, uel centaurij elixatione cum nitrò, & melle, uel colocynthide, aut abſinthio, uel chamęleonte, uel anchuſa, uel cnico, uel hyſſopo, uel pulegio, uel nepita, uel lupinis deniq; contextis. Verum poſt ablutionem longanon inteſtinũ ſubungendũ eſt, ſimplicibus quidem hiſce, acacia, hypocyſtidéue, addito nitro, uel rho Syriaco cum liquido alumine: Sed quorũ aluus aſtrictior eſt, lemnio ſigillo, q̃d σφραγίδα Græci uocant, cum uino. Cõpoſitis uero, Andronis paſtillo, atq; id genus alijs. Liquor præterea cedrius per clyſterem multis foraminibus terebratũ immittendus eſt: cuius ſunt modi quæ metrenchytæ nomẽ habent: uel ubi carnem ſalſam accõmoda temperandi ui præditã impoſuerimus, illigatione utamur q̃ longo ſuſtinuerit tempore, atq; hoc ipſum identidem permutet. Cõmuniter aũt omnibus lumbricorũ infeſtatione ægrotantibus ſuccurrunt, ex ichneumonis capillis ſuffitus. Alimenta item probi ſucci, inq; loco ac tẽpore rite exhibita, utilia ſunt, quæq; lumbricorũ materiã non accumulent, atq; ea quę corporis robur uiresq; labefactari & cõminui non permittunt: Proinde uinum etiam exhibebimus ualde dilutũ. Crebrius

Cauſſa aſcaridum.

Materiæ glandium.

Metrenchytæ.

uero & celerius cibaria ob hoc ipsum affectis præbeto, ne nutrimēto destituti lumbrici, uellicationes inducāt. Opportunum aūt edendi tempus uidetur, quū maxima adhuc copia alimoniam habent. Quod si profluuiū etiam (quem rheumatismū uocant) uentris adsit, sciendū est multiplicari magisq; redundare lumbricos uentris, non rite dispositis edulijs: Et iam sorbilosas quidē ipsis dapes administrare conuenit, admiscentes nōnihil etiam stiptici: uerbi caussa pirum, aut malum, & malū Punicū, præsertim acidum. Foris uero uentri adminicula quæ alui retrimenta impediunt atq; etiam astringunt, ea græce ἐφεκτικὰ dicuntur, sunt applicanda, quorum sylua quædam in superioribus est enumerata.

De Dracunculis Dracontijs'ue. Cap. LIX

IN India, regionibusq; supra Aegyptū animantia quędā uiua lumbricorū formā præferentia, dracontia uulgari appellatione nūcupata, in musculosis corporis partibus, puta brachijs, cruribus, suris consistunt: In puerulis etiam in lateribus sub cute coëunt, aperteq; mouētur: deinde ubi perennarint diutius in extrema aliqua dracontij ora, locus suppurat, & aperta cute foras progredit dracontij caput. Si hoc quicquid est animalculi trahat, cruciatus excitat, atq; adeò maxime si quando disrumpat: Cuius ergò plumbum appendere dracontio necessarium esse quidam affirmant, ne cumulatim, sed pedetentim & particulatim graui plumbi pondere decidat. Alij uero eam curandi rationem damnantes, propterea quod nihilominus grauitate plumbi dracontium abrumpatur, grauioresq; dolores inducat, præcipiunt membrum in aquam calidam esse immergendū, quò dracontium percalfactū sese foras proferat ac prodeat, mox digitulis sensim & particulatim extrahendum. Soranus contrà non animantis principium, sed neruuli alicuius substantiā siue concretionē dracontiū esse autumat, opinionem duntaxat animalis, eo quod moueatur inducentis. Cæterū siue hoc, siue illud cuius superius mentio facta est, fuerit, cum Sorano, tum Leonidæ, tum etiā cæteris uisum est, in utrisq; nullo discrimine conspersione, fotuq; calido, cataplasmatisq; maturantibus esse utendū, nempe ex melicrato, & farina triticea aut hordeacea cōcinnatis. Emplastri præterea eiusdem facultatis usum interdum approbāt. Ex re porrò usuq; existere queat confectura, quæ ob id quod è baccis lauri cōstat, διὰ δαφνίδων appellationē obtinuit, & quæ ex melle conficitur pariter: Ex horū nanq; remediorū usu extincta iam dracontia, uel circumfusum corpusculū excidunt. Suppuratione porrò inductà, nisi prodeant, diuide cutem, & cōtinentem pelliculam denudatam auferto, cutemq; dissecato, atq; deinceps consentanea puris effectrix curatio tentetur.

Aqua feruida dracontium perimit.

LIBRI QVARTI FINIS.

In hoc uolumine operis uniuersi quinto, non tam de uenenatorũ animaliũ medicaminibus, quæ θηριακὰ Græci indigitant, quàm de toxicis potionibus medicis, & aduersus hausta letalium herbarũ, animaliumq; uenena adminiculis, quæ eadẽ gens ἀλεξιφάρμακα nominat, quod perinde ferè sonat, quasi dicas, propulsatoria ueneni, seu præsentissima contra uenena quoquomodo sumpta remedia adiumentáue, eo qui hic tanquã in tabula oculis subijcitur ritu & ordine tractabitur.

CAPITA LIBRI QVINTI.

Præcautiones omnium cõmuniter quæ ictu uenenum relinquunt eiaculanturq;. Cap. I
Cõmunis omniũ quæ uirulenti animalis morsu ictuq; accidunt curatio. II
De rabiosi canis morsu et aquæ metu. III
Aduersus non rabientium canum morsus. IIII
De crabronibus & apibus. V
De phalangijs. VI
De araneæ ictu. VII
De scorpij ictu. VIII
De scolopendra terrestri & marina. IX
Aduersus ascalabotæ morsum. X
Contra felis morsum. XI
De mure araneo. XII
De anguibus & uiperis. XIII
De amphisbæna & scytale. XIIII
De dryino. XV
De hæmorrho, & prestere, & dipsade. (XVI
De hydro. XVII
De cenchro. XVIII
De ceraste & aspide. XIX
De basilisco. XX
De pastinaca marina & muræna. XXI
De dracone marino. XXII
De scorpio marino. XXIII
Præparatio sanguinis testudinis marini. (XXIIII
De crocodili ictibus. XXV
De hominis morsu. XXVI
De uenenis. XXVII
De præseruatione uenenorũ. XXVIII
Communis quoruncunq; uenenorum curatio. XXIX
Enumeratio simpliciũ uenenorũ. XXX
De cantharide. XXXI
De bupestre. XXXII
De salamandra. XXXIII
De pinorum eruca. XXXIIII
De lepore marino. XXXV
De rubeta rana palustri. XXXVI
De hirudinibus. XXXVII
De chamæleone. XXXVIII
De alterco. XXXIX
De coriandro. XL
De pulicaria herba. XLI
De cicuta. XLII
De papaueris succo. XLIII
De carpesiæ cremore. XLIIII
De mandragora. XLV
De aconito. XLVI
De ixia. XLVII
De ephemero. XLVIII
De taxo arbore. XLIX
De solano furioso. L
De sardonia herba. LI
De papauere corniculato. LII
De pharico. LIII
De toxico. LIIII
De fungis. LV
De sanguine taurino. LVI
De lacte cui admixtum coagulum est. LVII
De uenenato melle quod ad Heracleam nascitur. LVIII
De gypso. LIX
De cerussa. LX
De calce, sandaracha, & auripigmento. (LXI
De spuma argenti. LXII
De plumbo. LXIII
De argento uiuo. LXIIII
De ueratro albo, thapsia, elaterio, agarico nigro, ruta syluestri, nigella, et pappis. LXV
De his quæ domestica & in quotidiano usu sunt, uino & aqua frigida. LXVI

PAVLI AEGINETAE

MEDICI PRAESTANTISSIMI DE ARTE MEDENDI LIBER QVINTVS, ALBANO TORINO VITODVRENSI INTERPRETE.

Prophylactica omnium cõmuniter quæ ictu uenenum relinquunt eiaculanturꝗ. Cap. I

IN hoc uolumine de animalibus uirulentis, uenenumꝗ eiaculantibus tractaturi, ab id genus cõmuniter omnibus præcautionibus antea demonstratis, ſumendũ eſt exordium. Quocirca ſi urgente aliqua neceſſitate, ſomnum capere alicui, in locis ubi uenenatę cõplures beſtiolæ diuerſari conſueuerũt, contigerit, præſertim ubi plerunꝗ ſalamandræ, aut phalangia, uel ſerpentes aliqui magna copia degunt, obturanda ſunt ferarũ luſtra allio cum aqua cõtuſo, uel alia quadam ex his de quibus agemus, herbula. Adolenda ſunt etiam ſuffitus gratia cornua cerui, ungulæ caprarum, aut pili, gagates lapis, bitumen, bdellium, galbanum, cupreſſi uel cedri ſcobes, nigella, peucedanum, uiticis folia, nepita, ſagapenũ, caſtoriũ, radix hordei, conyza, quam Romani intybum uocant, uel aliquid id genus aliud tetrum odorẽ ſpirans. Culices aũt peculiariter ac proprie ſuffitus auertũt, atramenti ſutorij, nigellæ ſylueſtris, ſeminis cymini portiones æquales, & ſtercus bubulũ: adhæc etiã denſior ignis accenſus: magna etenim ex parte beſtiolæ ignis ſplendorẽ fugiunt. Subſternenda ſunt præterea cubili herba albucũ, nepita, uitex, pulegiũ, polium, conyza, abrotonũ: Atqui ſi fieri nequit, ut omnibus his pariter utamur, circũponenda tamen aliqua ſunt ſtratui. Attendere item oportet animũ circa eſculẽta, & aquas, uaſaꝗ uinaria, ut accurate ſummaꝗ ſemper diligentia cooperiant. Neꝗ item uaſa culinaria ponenda ſunt ſub aliqua arbore, maxime ſub picea aut pinu: in his enimuero ſalamandræ aut bruchi peſtilentes ſcatent, qui quum aliquẽ ignis teporem ſenſerint, decidunt in fercula, uel in alias patellas, ſi caſu quodam nullo fuerint operculo contectæ: Proinde quæ adhuc tutiora ſeruare ſtudemus, eis cerotam liquidiorẽ illiniemus ex cera, & roſaceo, & galbani momento, id eſt perexiguo, & ramento cornu ceruini modico, aut cymino quoꝗ Aethiopico. Ab apibus uero & crabronibus cõpungi prohibent folia maluæ illita, cum oleo attrita & leuigata.

Culices profligantia.

Communis omnium quæ uirulenti animalis morſu punctuꝗ accidunt, curatio. Cap. II

QVod ſi contingat forte fortuna quempiã ictu morſuúe à quopiam uirus immittente offendi, confeſtim etiamdum recenti malo, exuctu utendum. Cæterũ ne is qui exuctionis munus obit ieiunus ſit, cautio eſt, ſed uino etiam os ſuum abluiſſe, &

ore

ore oleũ tenere cõgruit,deinde loco inhęrere cõpuncto,cucurbitulamq́ cum multa flamma inciſa prius cute ſcalpello imponere, proximaq́ loca conuellere:uirus nanq; cum flatus ac ſanguinis attractione iuxtà elicitur & educitur. Inurendum præterea,cruſtæq́ hulceribus inducendæ uene no extracto. Quandoq; etiam haud importunũ fuerit membrum, præſertim extimarũ partiũ amputare,ſi fere letalis ictus ſit, ut ex aſpide, cera ſte,uipera, & conſimilibus, quemadmodũ Galenus memorat, uinitorẽ quempiam morſu petitũ à uipera,is ubi animantis naturã cognitã probe haberet, neq; ictum peſtiferũ letalemq́ dubitaret, falce protinus morſo à mortifera beſtiola digito amputato,periculũ omnino euaſit. Quod ſi ui rus iam corpus ſubierit,ſanguinis detractione quãcelerrime utendũ eſt, atq; inprimis ſi morſus uideaẽ corpulentus. In cibo ſtatim edendũ piper & allium præbeto: Vinumq́ potui forte ac potens, q̃d recente fragranteq́ odore ſpiret uernaculum,concretioni calorem inducendo. Poſt hęc etiã locus fuerit calfaciendus cataplaſmate quod extrahendi laniandiq́ facultatẽ habeat:cuiuſmodi eſt cinis braſſicę,aut ficus arboris cum aceto mixto, aut unguine ſeu conia ſtacte, uel garo, & cepæ cum farina, panéue, & porri plurimũ cum ſale, uel pix liquida pariter & calida cum ſale, aut cedro,ſtercoribus'ue caprarũ. Competit præterea ipſis hauſtus aceti calidi, in quo nepita elixa ſit, uel hauſtio ex aceto & aqua marina, uel ex oxalme. Locis inſuper ictis gallinæ ſuperimponendæ ſunt, atq; potius galli gallinacei, aliáue animalia diſſecta calida: uirus nanq; ebibunt, & dolores leniunt. Vtendũ præterea emplaſtris aliјsq́ medicamentis,adhibito interdũ ſale,interdũ hordeo,atq; adarce, & quod in totũ ſit acerrimæ poteſtatis. Cæterũ omnibus in genere qui nõ tam morſu q̃ ictu ui rulenti animantis oblęſi ſunt,uinũ potandũ eſt, niſi partes profundiores omnino uideãtur incolumes & illæſæ: ſeris item,uel erice, uel aſtragalus cum aceto,ſiue bitumen paliuri,uel παλιούρου, quaſi ueteris putris'ue flumi nis dicas elixatio,uel muſtelæ arefactæ drachmæ duæ, celebre admodũ medicamentũ eſt: uel teſtudinis marinæ ſanguis, uel caſtorіј drachma una, addito uino nimiũ diluto, uel libanotidis drach.i. uel cucumeris ſicyoniæ'ue radicis,aut porri cremor, uel chamæpitys,uel ſmyrnium, uel cinnamomũ, uel ariſtolochia, uel uiticis ſemen, uel galbuli cupreſſi, uel ſeſeli, uel piper, uel trifolіј ſemen, uel baccæ lauri, uel cancri fluuiatiles tam toſti quàm elixi. Vtendum adhęc theriaca ex hiſce compoſita:

Historiam narrat.

Animalia impoſita uirus extrahunt.

Theriaca aduerſus uenena,herbasq́ toxicas,morſus uiperarum,ictusq́ ſcorpionum.

ACcipito bryonię,opopanacis,iridis Illyricę,libanotidis radicis, zigiberis, ſingulorũ drach. quatuor,ariſtolochię drachmas quinque, thuris, rutæ ſylueſtris,uniuſcuiuſq; drach. treis, farinæ eruaceæ drachmas duas,uino pange paſtillos,& cum uino porrige triobolum. Purgatio deniq; omnibus proderit,& hydroteria,& theriaces eius quæ ex uiperarum carnibus conſtituitur aſſumptio.

De rabiosi canis morsu, & aquæ metu. Cap. III

SVper his qui à cane, aliis'ue rabidis mordicus impetuntur bestiis, præ cæteris in præsens differemus, quoniam id animantis frequens & contubernale est, rabieq; cõtinenter infestat, & ob id obseruatu perdifficile, & periculũ ex eo proueniens minus euitabile, nisi quis ope multa, adq; hanc rem ad unguem factis in tempore utatur auxiliis. Rabie aũt canes in uehementioribus Solis æstibus potissime corripiunt, quemadmodũ & de lupis asserunt: interdum etiam quũ intensissima sunt frigora. Rabie porrò correpti cùm esculenta tum poculenta horrent & auersant: & sitibundi quidem sunt, potare uero nequeunt: suspiriosiq; linguam exertant anxie ut plurimũ, & auriculas demittunt, sputũ largum atque spumosum eiectant, & sine uoce atq; amentes reddunt, adeò ut ne domesticos quidẽ agnoscant. Impetunt aũt passim sine latratu omnes, feras pariter ac homines, & nullo discrimine mordent. Mordentes uero nihil infestũ primo, nisi uulneris modò dolorem afferũt: temporis aũt progressu morbus ille, quẽ Græci à re ὑδροφοβικὸν appellant (ea affectio qua à canũ rabidorũ morsibus petiti, aquam horrent) exoritur, qui quum aduenerit conuulsiones cum rubore totius corporis ingruunt, maxime uero uultus cum sudore, suiq; & domesticorum ignorantia: quorũ alij aquam modò uidentes admotiq;, alij humorẽ prorsus omnem auersant. Sunt etiam qui canũ instar latratus edunt, & interuenientes mordificatim impetunt, mordicibusq; suis aliis eiusdẽ rabiei caussam inferunt. Inter aliorũ porrò symptωmatũ caussas, nihil adeò affectionẽ istam inducit, ꝙ ubi uirus uniuersas corporis partes occupauerit. Formidinẽ aũt aquæ, nõnulli quidẽ ariditati immensæ, tanq; natiui prorsus humoris abacta essentia, acceptã referendã asserunt. At Rufus ipsis melancholiæ speciẽ huiusmodi putat accidere, q̃d id uidelicet uirus eundem æmuletur humorẽ, haud sanè aliter, ꝙ reliquos etiam melancholicos nouimus alios alia formidare, omniaq; tuta timere: quæ utiq; caussa ne tantillũ quidẽ discrepat ab iis qui opinantur & perhibent spectrum canis à quo demorsi sint, in aqua existere. Eorũ uero qui ad id peruenerunt malum, neminem nouimus incolumitati pristinæ redditum, dempto ex historia uno aut altero duntaxat, eosq; nõ à rabido cane morsos, sed à morso homine mordicus petitos: Verum antequam malum altius insedisset, non pauci etiam à canibus morsi sospitatem recuperauerunt: Hinc itaq; nobis auspicanda est curatio. Sed quoniã frequẽtissime ex eo quod non confestim à morsu sese hydrophobica appetit afflictio (plerunq; etenim post quadragesimũ à morsu diem solet ingruere, quibusdam uero post sex menses, aliis fertur etiã post septem) alij mordentẽ canem arbitrati sunt nõ fuisse rabie percitũ, & proinde cicatricẽ hulceri inducere studuerũt, atq; hoc pacto ipsimet huius mali autores sibi perniciem statuerũt. Proinde huiusmodi usus experientia, facile deprehẽdes rabiosus sit canis nec ne, qui momordit: Nuces basilicas accuratè tritas cataplasmatis

Hydrophobica affectio.

Demorsi rabido cane, conferuntur melancholicis.

cataplaſmatis inſtar hulceri adglutinato,ac deinde demptas gallinaceo, gallinæ'ue in cibo obijce:primũ quidẽ nõ attinget: ſin aũt fame preſſus tandem uorauerit,tum curioſius attendito:enimuero ſi qui momordit rabioſus non ſit,ſoſpes atq; ſuperſtes auis quæ comederit permanebit:ſin rabie correptus fuerit, illa poſtridie morieť, inde hulcus obductũ abſq; mora aperito: idemq; experimentũ poſt aliquot dies iterũ tentandũ, & ſiquidẽ auis nõ extinguať,tum hulceri cicatricẽ inducito,nullum ſiquidẽ laboranti imminebit periculũ: Huiuſmodi uero experimentũ Oribaſius tradidit. Quod ſi ex prædictis notis cognouerimus,rabioſam fuiſſe mordentẽ caniculã,medicamẽtis aperiendi facultate prǽditis repẽte utendũ. Ex his itaq; primũ honorẽ habet,q̃d è pice,acetoq; auſteriſſimo,necnon opopanace conficiť, de quibus capite de neruorũ uulneratione diſſeruimus. Porrò ſi morſus teneriore cuticula præditus ſit, immittendũ fuerit irinũ oleum, ſeu balſamus,uel aliud eiuſmodi. Licebit etiã calfacto prius hulceri allium cataplaſmatis modo impingere, & cruſtã inducere. Aridum uero q̃d cruſtã contrahendi uirtutẽ obtinet,hoc modo cõcinnatur:

Rabioſi canis morſus curatio.

Aridum uulneribus à rabidi canis morſu factis,cruſtam offundens.

APponantur ſalis foſſilis drach.octo,chalcitidis drach.ſedecim,ſcillę tantundẽ,rutæ uiridis drac.iiij.ęruginis raſæ drach.totidẽ,ſeminis porri drach.i.utere primitus arido, quo facilius cruſtã obducat, deinde cum roſaceo,ut excidãt cruſtæ. Cuſtodianť aũt partes ne cicatriceſcant, dies ad minimũ quadraginta duos. Cataplaſma aũt quod à rabido cane mordicus petitis os hulceris diductũ ſeruat,ex his conſtat: Cepam cum ſale & ruta more cataplaſmatis applicato, uel laſerpitium cum ſale,uel ſal ſamentum uetus, uel cinis pampini cum oleo, uel allia, uel ſambuci folia, mentáue ſeu apiaſtrum, quodlibet per ſe, uel adiecto etiam quandoq; ſale:iuglandes cum cepa, ſale, & melle,aut cinis ficuum,cerota excepta & indita. Proluendum uero abſtergendumq; hulcus,decocto in aqua chamæmeli,ſylueſtriſq; rumicis radice: Nec deſunt qui cauſterijs etiam ferreis hulcus inurant. Potionandi uero ſunt languẽtes,ex ſimplicibus quidem lycio, & abſinthio, ſuccoq; laſerpitij, & trixaginis,allio & polio. Compoſita uero potent huiuſmodi: Cancrorum fluuiatilium in malleolorum uitis candidæ toſtorum in uaſe cyprino aut æneo cochliaria duo, gentianæ radicis leuigatæ cochliarium unum, cum uino meraci ueteris cyathis duobus in potu per quatriduũ prębeto: Quidam ſanguinis peradicum cochliaria duo porrigunt. Cæterum cancri cum luna recente ſunt accipiendi,priuſquam ad oppoſitionẽ cum ſole peruenerit. Si qui aliquo ex his diebus potionẽ intermiſerint,duplã poſtea aut triplam interdum præbeto. Quinetiã ex uiperis theriaca magna admodũ cõmoditate exhiberi poteſt. Purgãdi aũt ſunt cotidie medicamento ex ſicyonia cõcinnato cum ſaluię decocto,aut ſideritide Heraclea,quã aliâs διάλυβον uocãt. Sunt præterea qui canis,qui morſum intulerit,hepar ad edendum exhibẽt.Porrò uictus ratio eiuſmodi obſeruãda eſt,quæ pariter & hebetet ac

Cinis clematinus.

Victus ratio.

extinguat ueneni uiolentiam, ſimulq́; prohibeat ne malum altius radices agat. Vtrunq; aũt horũ præſtabit uini dulcis meraci ueteris, purioriſq; lactis potus, conſimiliter etiam allij, cepis & porri eſus. Quod ſi autem dictis adminiculis ob impedimentũ aliquod ab ipſo ſtatim principio uti ſuperſederit laborãs, minime gentiũ prætermittendũ eſt quo minus aut caro circuncidat̃, aut parti læſæ cucurbitulę apponant̃, aut hulcus denique ipſum aduret̃, potiſſime uero ſi iam uirus altius penetrauerit: Memoratis porrò cum decenti uictus ratione utendũ eſt, anteq; rabies aquæ'ue horror hominẽ occupet. Non mediocriter etiã conferet contra iſtiuſmodi malũ purgatio cum hiera, & lacte ſciſſo facta. Sudores excitandi, ad- 1
mouendũ unguentũ eſt dropax, id q̃d dropaciſmũ dicunt: probantur & ſinapiſmi, particulatim ſingulis corporis partibus adhibiti. Præcipuum aũt ferre auxilium res ipſa docuit helleboriſmũ identidem ſumptum.

Aduerſus non rabientium canum morſus. Cap. IIII

MOrſus præterea canũ nulla rabie percitorũ, ueneni quiddam exitialis ſecum adferũt: protinus itaq; aceto uulnere irrigato, os eius morſus'ue porrecta palma uapulet, deinde uero nitrũ cum aceto contritũ deſuper applicato: Spongiã item nouam cum aceto madidatã, aut etiã cum ipſo oxynitro per triduũ imponito, irrigans ipſam, nam omnino malũ diſcutit: uel eruaceã farinã oleo macera- 2
tam impingito: uel ſpongia noua, lanáue ſuccida pollutaq; adhuc, aceto & oleo madefacta uulneri imponatur: Vel amputatis rubi frondibus, & contuſis cum aceto, cataplaſmatis more ſuperinducito: aut ſi præſtare uidetur, cepã cum melle ſubactam, uel origani coma, & ſale, æquis portionibus cum melle, uel marrubium nigrũ, quod aliâs βαλλώτην nuncupant, adiecto ſale. Vbi uero iam ardor morſus occuparit, plurimũ contulerit ſi eruinam farinã melle ſubactam & maceratã impoſueris, quandoquidem peculiariter hiſce prodeſſe creditur: Sed eis quę iam inflãmata ſunt locis, ſpumam argenti eliquatam & contritam cum aqua inungito.

De Crabronibus, & Apibus. Cap. V 3

QVi ab apibus percuſſi ſunt, eos dolor quidã comitatur & rubor, tumor item circa aculei plagam, qui in eadem fixus hæſit. Cæterũ à crabronibus puncti, haud aliter quidem quàm cæteri afficiuntur, præterquam quod aculeus non hæſit in plaga. Succurritur autem utriſq;, ſi obliniatur locus luto, ſeu ſtercore bubulo, aut ficuum ſucco, uel ſycamini, quod & morum uocatur, folijs eliquatis, uel maluæ, aut etiam farina hordeacea cum aceto ut cataplaſma impacta. Fouendum præterea muria, uel aqua marina.

De Phalangijs. Cap. VI

RVbore ac ueluti diſtinctis punctis in phalangiorũ ictu morſuúe 4
locus ipſe infici conſpicitur, neque tumens tamen, neq; adeò calens, uerum mediocriter quidẽ ſubrufus eſt, perfrigerationibus horret, & pruriginoſus eſt: Accidit uero & umbræ inſtar ſequitur percuſſos,

Comites ictus phalangij.

tuſſos, frigoris occurſus, tremor, totius corporis laſſitudo ſeu grauitas, ſudor egelidus, dolor intenſus, pallor, & cõtinuus eijciendæ urinæ pruritus: quibuſdam uero ex aduerſo multa in pellendo difficultas, & genitalis membri intenſio, oculi humentes & lachrymoſi, tenor quidã & rigor circa inguina & poplites, conuulſioni per omnia ſimilis, uellicatio ſtomachi uehementior, linguæ torpor, uomitiones aquarũ, uel araneis conſimiles: Neq; deſunt quibus per lotium aluumq; eadem feruntur, deſcendentesq; in aquam calidam dolorẽ primo nullum ſentiunt, mox ualidiſſime dolitant. Pręſenti uero ita affectis præſidio eſt, forinſecus cinis cucumerinus appoſitus, cum ſale in uino diſſoluto maceratus: uel radix ſylueſtris mali Punici ſumma contrita diligentia, uel malum terrę, quam ariſtolochiam dicunt, cum farina hordei aceto immerſa & eliquata. Proluendũ præterea fouendũq; uulnus eſt aqua marina calidiore, aut apiaſtri decocto: cuius etiam folia pariter ſunt inijcienda. Lauacris inſuper perpetuis ſi quis indulgeat abſurdum nõ ſit. Vtendum uero potionibus eiuſmodi quæ primo ex abrotoni conſtent ſemine, anetho, ariſtolochia, cicere ſylueſtri, cymino Aethiopico, baccis cedrinis comminutis, platani cortice, trifolij herbæ ſemine, & fructu myricæ: horum uniuſcuiuſq; drachmas duas cum uini cyatho potui dato: Et uiridium cupreſſi galbulorum decoctum cum uino temperatum. Sunt etiam nonnulli qui cancrum fluuiatilem in ſuccum redactum addito lacte, & apij ſemine exhibitum, præſentem aduerſus phalangiorũ ictus opem conferre aſſerunt.

De Araneæ ictu plagáue. Cap. VII

Est etiam quoddam araneorũ genus, quod ubi hominem pupugerit, intenſus ac uehemẽs circa medium præcordiorũ labor excitatur, rubor itidem & lotij expellendi difficultas ſequitur, quandoq; etiam ſuffocatio quædã. Leuantur aũt icti hiſce adhibitis remedijs: Cymino ſylueſtri Thebaico, uel uiticis ſemine, & populi albæ folijs epotis: uel his nõ minus allia ſola, ſi offerantur adhibeanturq; eiuſmodi, conferunt: uel uini quoq; meracioris ſorbitione ab omni planè aranei ictus periculo liberantur.

De Scorpionis ictu. Cap. VIII

Inflammari confeſtim à ſcorpij ictu percuſſuq; locus incipit, duruſq;, & ruber, ac diſtentus, ſupraq; modum rigidus cum dolore redditur: & nunc quidẽ feruor, mox etiã algor alternatim occupat: quandoq; ſequitur dolor, qui itidem alternis nunc meliuſcule habet, mox iterum intenditur & augetur. Accedit inſuper à ſcorpio percuſſis ſudor, horridus quidã ſenſus, & tremor, & extremarũ corporis partium frigus, eriguntur inguina, ueretrumq; extenditur, ſæpius item feruntur cum ſtrepitu per ſedem peditus, rigent pili, diſcolor ſumma cutis redditur ſuperficies, dolorq; tota percipitur cuticula tanq; acus confoſſionibus factus. Succurrit aũt ſcorpij ictibus efficaciſſime quamprimũ inſtillatus uulneri ficulneus cremor. Ipſe etiam qui

percuſſit, plaga ſua diſſipatus, attritusq; & impoſitus ſcorpius: Poſthæc ſalem tritū cum lini ſemine, & althææ herbæ, qui hibiſcus eſt, ſemen imponito. Subuenit & ſulphur uiuū cum terebinthina reſina exceptū. Prodeſt pariter & galbanū emplaſtelli more extenſum, & parti affectæ impoſitū: nepita quoq; leuigata, et cataplaſmatis modo impoſita: & hordeacea polenta uino cōfecta, & in rutæ decocto exhibita. Neq; minore efficacia ſuccurrit ſemen trifolij herbæ, tritum uulneri inditū. Vtendū præterea eſt potionibus eiuſmodi ſatis efficacibus: Ariſtolochiæ drach. ij. pondere, præcipue corticis cum uino, gentiana tuſa, pulegioq; ad ſummum elixato, lauri baccis numero decem leuigatis, & nepita diu multumq; cum poſca elixa. Confert etiam cyperis, quę iunci odorati quadrati radix eſt, cum uino ſumpta. Prodeſt ſimiliter & ruta, & ficulneum lac, & laſerpitij itidem, ſi copia eius ad manum ſit: ſin in promptu nō ſit, partico liquore utendū erit. Cōducit adhæc trifolij, & ocymi ſemen in potu ſumptū: Valet mirifice argentū etiam ſtatim plagæ impoſitū. Omnibus his adhibeatur lauacrorū cōtinuus cum multo ſudore uſus: temperatiq; nimia aqua potus. Cōpoſita uero antea in potu ſumenda ſunt, ſulphuris uiui, Aegytiæ fabæ quantitas cum piperis granis octo in uini dimidiata cotyla, uel ſuccus laſerpitij cum cancro leuigato ac diſſoluto, aut nigellæ, cymini Aethiopici, uiticis ſemen, ęquis cum uino partibus.

Aduerſus Scorpionū formidoloſorum & Phalangiorū periculoſos ictus.

SVmantur fecis uini drachmæ ſedecim, pyrethri drachmæ quatuor, ſeminis rutæ ſyluestris drachmæ tres, caſtorij, erucæ ſeminis, ſingulorum drachmæ duæ, excipiantur ſanguine teſtudinis marinæ: Dentur oboli quatuor cum uini meraci acetiue cyathis tribus. Aliud: Pyrethri, ariſtolochiæ, cuiuslibet unciæ quatuor, piperis unciæ duæ, liquoris laſerpitij drachma una: Doſis eſto fabæ Aegyptiæ magnitudo.

De Scolopendra terreſtri & marina. Cap. IX

PLerunq; aūt ijs quos ſcolopendra momordit, locus plagæ in orbē liueſcit, & quaſi in tumorē attollitur: Interdū ſanē fecis ſpeciem induit, rariuſcule uero ſubrufus apparet, exhulceraturq; ſumpto à morſu principio hulcere quodā laborioſo & lurido. Adhæc uniuerſo quoq; corpore ſentitur quaſi pruriginis ſenſus. Peculiariter uero his quos marina ſcolopēdra pupugit, aquæ perſimilis & ueluti tranſparēs quandoq; inſurgit tumor: Rubicundus aūt his quos ſcolopēdra terreſtris ſauciauerit. In horū utriuſq; igitur curatione, oportet circa morſum & plagam ſalem ex aceto tritum, aut conciſam & leuigatam rutam imponere, uel cinerē aceto contritum & maceratū, ſeu ſcillam: conſpergendus fouendusq; oxalme etiam locus eſt. Cæterum Archigenes oleo etiam multo feruido prædicta eo quo dixi modo imponere ſolebat. Potui uero prębēda eſt ariſtolochia cum uino, uel ſerpyllum, aut nepita, uel ſylueſtris ruta, uel trifoliū, uel ſuccus radicis albuci, menſura fermē dimidiata cum uini cotyla.

Aduer-

Aduerſus Aſcalabotæ morſum. Cap. X

ADuerſus aſcalabotæ plagam ictum'ue, utiliter ſeſamũ ſubactum & contritum cataplaſmatis modo imponitur.

Contra felis morſum. Cap. XI

QVi porrò felis morſu percuſſi ſunt, uehementiore admodum dolore afficiuntur, luridumq; omnino uulnus redditur. Succurras aũt ijs, ſi q̃ primum uulneri cataplaſmatis inſtar cepas alliáue impoſueris. Porrò ijſdem etiã ueſcẽtes, uini meraci & indiluti ſorbitione egregie curantur, priſtinæq; ſoſpitati reſtituuntur.

De mure araneo. Cap. XII

MVris aranei morſum conſequunt̃ dolores magni & pulſatorij, rubores ſecundũ unũquodq; dentis ueſtigiũ, punctura, puſtulæ (quæ appellant̃ phlyctænæ) fartæ circa morſum ſanioſo humore, liuorẽ contrahunt adiacentes & propinquæ partes omnes, detractaq; phlyctænes cuticula, ſubcandidũ apparet hulcus: Adhæc depaſtione his quæ ſerpunt nõ abſimili facta, partes ſolent putrefactæ decidere. Accedũt poſthæc, grauiſſimus inteſtinorũ dolor, lotij reddendi difficultas, gelidiq; ſudoris undiq; fluxus. Succurrit aũt à mure araneo morſis, ex galbano confectũ ſpleniũ emplaſtellũ per ſe, uel tritũ ex aceto impoſitũ. Remedio itidem eſt farina hordeacea cum oxymelite cataplaſmatis modo impacta. Quinetiã ipſe araneus mus qui morſum intulit, diſſectus, ſuoq; uulneri impoſitus, ſubuenit: & pyrethrũ emplaſtri more adhibitũ: malicoriaq; dulcis mali Punici decocta, uel malua ſylueſtris, allia item trita, & ſinapi leuigatũ cum aceto. Præterea cõmendatur ex calida muria facta fomentatio & conſperſio: deinde ex hordeo combuſto concinnatũ cum aceto cataplaſma. Vtile aũt fuerit & ſalutare miſcere & propinare abrotonũ cum uino decoctũ, uel ſiſymbriũ, uel ſerpyllũ, uel herbã erucã, uel galbanũ, uel ſaluiã, uel cupreſſi molliores galbulos cum oxymelite, aut pyrethrũ cum uino, aut chamæleontis radicẽ, aut coagulũ hœdinũ agninũ'ue aut uiticis, gentianę'ue, radicẽ, ſeu uerbenacam in potionibus exhibeto: cæterũ eadẽ cataplaſmatis quoq; modo utiliter impingitur. Sunt etiam qui murẽ ipſum qui momordit contritũ aduerſus propriũ morſum cum uino hauriunt. Prodeſt adhoc ueneni genus medicamentũ etiã illud, habens myrrhæ pondo drach. ſex, corticis ariſtolochiæ drach. iiij. Cæterũ cõtra aranei muris & ſcolopendræ morſum, ſales cum liquida pice hygropiſſóue emplaſtri modo illinito, uel liquorẽ cedrium addito melle, uel allium cum folijs ficulneis, aut cymino, uel folia nepitæ, ſeu hordea, adiecto etiam aceto. *Medela morſus muris aranei.*

De anguibus & uiperis. Cap. XIII

CAeterum ab anguibus aut uipera uel id genus alijs animalibus morſu ſeu ictu uenenũ reliquẽtibus demorſos, intra principia ſtatim dolor in loco quidem morſu compuncto, inde in uniuerſo quoq; hominis icti corpore comitatur. Apparent autem ſecundũ uulnus gemina forami na perexiguis admodũ interſtiti-

bus inter se spacijs, unde à principio sanguis saniosus, aquosusq; humor defluit, deinde oleosus, in omnibus indiscriminatim uirulentus, quod ferarum esse uenenū quidam autumant. Consequitur aūt, tumor ubi ictus rubicūdus ac luridus, pallor in corpore, uertigo, resolutio stomachi, animi deliquium: nonnullis uomitiones biliosæ, mictionis angustiæ: insurgunt præterea circa ictum locum haud aliter atque in ambustis pustulæ. Occupat & noma hulcus depascendo serpens, progrediens ad finitimas partes: cruentant his etiam gingiuæ: accedit præter hæc ictu petitis tremor, sopor quem Græci κάρον nominant, & frigidi sudores. Minore uero periculo euadere credunt, qui ab echidna, quàm qui ab echi fuerint icti, sed minus etiam ab ijsdem ipsis offenduntur ei qui nutrimentū offerunt.

Accidētia morsus anguis & uiperæ.

Curatio demorsorum à uiperis & anguibus.

Cæterum in medendo tam efficacissimum præstat auxilium allij deuoratio, meracior isq; uini potio, ut si quis eo remedio utatur, alijs sanè nullis opus habeat suppetijs. Cōmendant aūt morsibus eiusmodi animantum percussi porros, cepas, & salsamentū acerrimū, quidam ranas etiam iurulentas in cibo dederunt. Conducunt uero hæc quoq; in poculis cum uino singula, marinæ testudinis sanguis aridus cum cymino syluestri, leporis hinnuliue triobolari pondere coagulū, aridi ceruini genitalis drachma una, anchusa tenui folio tota: hanc uero aliqui etiam pro amuleto applicant atq; imponunt: porri cremoris dimidiatæ heminæ pondo, in melicrato, foliorum apiastri succus, & ruta syluestris, contubernalium gallinarū cerebrum, panacis radix cum uino decocta, agarici drachma una, iuniperi, asphodeli radix, pistacia leuigata atq; soluta, uiticis semen, arefactæ mustelæ drachmæ duæ, echini cum radix tum liquor, cancri non tam fluuiatiles quàm marini, cum priuatim per se, tum adiecta pediculari herba, quam græce staphidagriam nuncupant, saleq; & polio, mali terræ (quam aristolochiam dicunt) radix cum myrrha, & gentiana, baccarum lauri æqua portione melle excepta. Mirificum porrò habetur cōtra uiperæ morsum Oribasij illud, cōstans anisi in aceto tincti, piperis cuiuslibet sigillatim drachmis quatuor, aristolochiæ corticis, opij, castorij, myrrhæ, uniuscuiusq; drachma una: Passo uino hęc cuncta diluenda sunt, atq; fabæ græcæ magnitudo fingenda, exhibeto habita uirium ratione cum uini immodice diluti cyathis tribus. Aliud ex Lyci cōmentarijs medicamentū cōtra uiperarū morsus concinnatū: Accipit myrrhæ, castorij, piperis, sandaraches, singulorū drachmam unam, seminis anethi oxybaphum, passo eliqua & exhibe. Aliud ex Archigene: Cancros uiginti cum sufficiente farina frumentacea in mortario summa cura contundito, nepitæq; salisq; nonnihil confundito, redige in pastillos, & arefacito: In usu uero cataplasmatis modo cum lacte impingito, atque unum cum mulso potui dato. At si ad manum fluuiales (inquit) cancri non sint, marinis utitor. Extrinsecus uero opem uiperinis morsibus fert caprinus fimus, in plagam emplastri instar cum uino accurate impactus, is sanè opitulatur magnifice; uel lauri folia cocta cum oleo, aut baccę lauri,

Quæ foris adhibenda sunt in uiperæ morsibus

aut

aut nepita, erice, ruta, apium, abrotonum, galbanum, emplaſtelli ſplenij modo iniectum, origanum uiride leuigatũ: pulli gallinacei diſcerpti ac calidi imponendi ſunt iugiter & perpetuò. Adglutinanda præterea erui farina contrita & macerata in uino, raphani cortex eliquatus, ſcilla elixa, farina polentáue hordeacea ex oxymelite, cucumeris ſylueſtris folia cum polenta ex tenuiſſima hordeacea farina, fex uini pariter cum polenta è tenuiſſimo hordeaceæ farinæ floſculo, ruta, ſale, melleq; adhibitis: furfures elixi in aceto, cinis cum aceto, cedrius liquor appoſito ſale, pix liquida itidem adiectis ſalibus. Foueri præterea locum trifolij decocto expedit, aut elixatione pulegij, ſeu muria acida. Vbi uero ſanguineæ ac ſuppuratæ comparent puſtulæ, ipſas confeſtim reſecato, cutem nõ detrahẽs: mox inde larga aqua cõſperge ac foue, atq; cataplaſmatis modo lenticulam coctã cum melle donec ſanitatẽ recuperent, loco icto impinge. Cæterũ ex uiperis confecta antidotus peculiari quadã efficacia in huiuſmodi pota morſibus opitulatur, nec non ictui quoq; ipſi impoſita.

De Amphisbæna & Scytale. Cap. XIIII

COmparia omnino, in eius quæ amphisbæna, & eius quæ ſcytale appellat̃, beſtiolæ morſibus, uſu ſemper ueniunt. Remedio ſunt igitur eiſdem communia: quocirca priuatam ac propriam deſcriptionem, quam ſibi exigere nobis minime uidebantur, ſortiti non ſunt.

De Dryino, Galeni uero præfatio. Cap. XV

VItam dryinus beſtiola in radicibus quercus (à qua arbore appellationem ſortitus eſt) agit, tam malefica parataq; ad nocendum ui, ut ſi quis calce modò eum premat, cute hominis pedes denudet, & totis cruribus tumorẽ largum ac ſpacioſum inducat. Ferunt præterea quod maiori admirationi futurum eſt omnibus, nudari cutem pariter eorum, qui curationem eius tractauerint, Quod ſi quis pœnam ab eo illatę iniuriæ ſumpturus, beſtiolam perimere tentauerit, tetri admodum odoris fluxum emittere, ſuoq; graueolenti odore omnium aliorum odorum ſenſum tollere. Cæterum in dryini animalculi plagis, circa morſus locum cum rubore tumor fit, & inſurgunt in ijſdem partibus in orbem puſtulæ, defluit præterea aquoſus aliquando humor, quem ἰχῶρα Græci nominant, urgent eroſiones ſtomachi, q̃d malum eadem gens καρδιωγμὸν appellat, & circa umbilicum torſio, qui στρόφος ab ijſdem dicitur. Succurrit dryini morſibus cum uino pota ariſtolochia, trifoliũ item herba, & haſtulæ regiæ radix pari modo ſumpta, & quercus cuiuſcunq; glandes conciſæ ac potæ. Ilicis itidem radices tuſæ, locoq; cataplaſmatis more impoſitæ, dolorẽ placant & leniunt.

De Hæmorrho, & Preſtere, & Dipſade. Cap. XVI

AB hęmorrhi morſu graues ſtatim dolorũ uexationes inſurgunt, & ex earum continuitate breues omnino & anguſtas raritates præbent, multus etiam erumpit ex morſu ſanguis; & ſi cicatrix

quæ in toto corpore inducta fuit rumpatur, & ſanguine defluat, cruenta egeruntur excrementa, interq; meiendum pro urina in exigua fruſta quaſiq; minimos globulos denſatus redditur ſanguis. Extuſſiunt porrò è pulmone cruenta, deniq; euomentes tanq; deplorati pereunt. A dipſadis præterea morſu æſtus intolerabilis ac conſtans irrumpit, ſitisq; tam indomita, ut nunq; expleri neq; intermitti queat: poculentaq; affatim ac larga manu infuſa hauriunt quidẽ, eadem tamẽ ſitis perpetuò excruciat, haud aliter quàm ſi ne tantillum quidem potionis ſumpſiſſent ab initio. Neq; ex aſſiduo poculorũ hauſtu ſitis ſedatur aliquid, ſed idem iugiter & ęqualis totius ſitis durat habitus: unde ab urendo preſter, & ab ardendo καύσων, ab inexplebili ſiti διψὰς appellatur. Cæterũ à multis priſcisq; autoribus ab hæmorrho ac dipſade morſi, ceu deplorati & inſanabiles relinquebantur. Tentanda uero cõmunia ſunt remedia, ſi quæ priuatim opem illis ferre poſſent, deſiderentur. Confodiendusq; ſcalpello confeſtim & urendus locus, & ſi liceat mutilandus: deinde acerrima quæq; applicanda ſunt cataplaſmata. Profueritq; in pendiò omniũ quidẽ acriũ eduliorũ eſus, quam drimyphagian uocant, imprimis uero ex ſalſamentis, meraciq; uini potus, pariter & lauacrũ: Vtile aũt fuerit breuibus temporum interuallis cõtinuare, priuſquã morbus graſſetur, & inualeſcant mali huius comites: his enim ſemel emergentibus, nulla prodeſſe poteſt medicorũ opera. Quæ uero ad localia attinent remedia, eorum in morſibus uel ſyluam deſcriptam deprehendes: In dipſadis igitur morſu, portulacę folia cum aceto trita et eliquata, farinaq;, & rubi folia accurate ſoluta cum melle, plantago item & hyſſopus, allium album, porrum, ruta, urtica, quæ & cnide dicitur. Aduerſus uero hæmorrhũ omnia ſanè eadem hæc faciunt medicamẽta, atq; ſupra hæc uitis etiam folia elixa, cum melle conciſa & eliquata, Per os autem, hæmorrhi ipſius qui morſum intulit crematũ caput potetur, aut allium, cum oleo irino: manducandæ pariter ſunt in eiuſmodi periculo uuæ paſſæ.

Dipſas. — *Preſter.* — *Drimyphagia* — *Dipſadis morſus remedia.*

De Natrice. Cap. XVII

QVi ab natrice, quam Græci hydron dicunt, morſu petiti ſunt, horum uulnus dilatatur, & poſtremo ſpacioſum amplumq; euadit, ichor ex eodẽ ater ac largus, tetroq; odore ſpirãs, perinde atq; ex depaſtione (Græci nomã dicunt) deſtillat & egeritur. Medicatio aũt mali cum tempore & ęgre ſuo tandem munere fungens, quod petit aſſequitur. His itaq; ſuccurrit origanus conciſa, & aqua eliquata, atq; morſus uulneri tandem ſuperinducta: uel conia quercus oleo irrigata, uel hordeacea farina cum melle eliquato in potione ſumetur, & ariſtolochiæ geminæ drachmæ, uel in cramate poſcæ, quod ὀξύκρατον græce dicunt, cyathis binis: Deinde cremor marrubij, uel elixatio cum uino, uel naſturtium ſylueſtre, uel fructus haſtulæ regiæ aut flos, fœniculiue ſemen cum uino, & fauus deniq; recens comeſtus, adiecto ſimul aceto, hydri ictibus ſubuenit.

De Cenchro. Cap. XVIII

CEnchri morſus per omnia uiperæ morſui reſpondet, accedit putredo ſeu exhulceratio, atq; poſt tumores ſubeunte cutem aqua carnes omnino decidunt: lethargici præterea euadunt & cataphorici, hoc eſt ueternoſi, & mali ſoporis delationi obnoxij. Eraſiſtratus his iecur, & ueſicam, & craſſius inteſtinum, quod Græci κῶλον appellant, affici corrumpiq; aſſerit: Diſſectis nanq; eorum corporibus, corruptæ offenduntur eædem hominis partes. Virulenti huius animantis morſibus lactucæ ſemen cum ſemine lini cataplaſmatis inſtar impoſitum ſuccurrit: necnon & ſatureia leuigata, & ruta ſylueſtris, & ſerpyllum cum aſphodelo tritum. Potiones aũt quamprimũ centaurij radicis drachmæ duæ cum uini cyathis tribus, uel mali terræ radix itidem, naſturtiumq; pariter & gentiana contra cenchri morſus utiliter adhibentur.

Curatio.

De Ceraſte & Aſpide. Cap. XIX

TRes aſpidis eſſe ſpecies Galenus teſtatur, nam unam terreſtrem nuncupat, alteram chelidoniam, tertiam ptyada, quæ omnium pernicioſiſſima eſt: ſiquidem erecto in anteriorem partem collo, ex interuallo longitudinem quod ſatis eſt emenſa, uenenum hominis in corpus iaculatur & expuit. Hanc aſpidẽ ferunt Aegypti reginam Cleopatram, quum ſuperato & interfecto Antonio, Auguſtum uictorem timeret, ne in ſeruitutem ſe & triumphalem abriperet pompam, ſiniſtræ mammæ feriendæ admouiſſe, unde demorſam celerrima & ſubitanea mors conſecuta eſt. A ceraſtis igitur morſu locus cum duritie in tumorem attollitur, & puſtulas agit, ex icto autem loco fluit aquoſus humor, quandoq; ater, ſubpallidus interdum, & colore porraceo: uniuerſum uaricum modo corpus in hac peſte conſtitutum tumet, pudenda arriguntur, mente capiuntur, oculorũ caligo exoritur, conuulſione tandem rigentium modo decedunt. Qui porrò ab aſpide icti ſunt, uulnus ſanè his quæ acu puncta fuerunt, prorſus ſimile apparet, exiguum admodum & abſq; tumore, non uſquequaq; cruentum, pauxillus uero & ater ſanguis deſtillat, caligo quamprimũ oculorum acies obnubilat, uniuerſoq; ſtatim corpore multiplex, ſed leuis, nec ſine uoluptate languor urget. Proinde ſcite admodum Nicander cecinit: καμάτου δ' ἄτερ ὄλλυται ἀνήρ, hoc eſt, peritq; citra dolorem homo. Color demorſi permutatur atq; uireſcit, ſtomachi nõ adeò grauis eroſio infeſtat, frons perpetuò reuellitur, palpebræ abſq; ſenſu, quaſi in ſomno uacillent, contremiſcũt & conniuent, & his mors incumbit, uix enim in tertiam diei partem ſuperſtites ſunt. Vtriſq; igitur his ocyſſime mutilatio ſuccurrit: Quam ob cauſſam mature pars icta ſi fieri poſſit, à reliquo corpore amputetur, aut confeſtim omnis circunſecanda ad os uſq; in uulneratis partibus illiſq; adiacentibus caro eſt, deinde etiã quæ ſuperſunt cauterijs perſequenda:

Cleopatræ interitus.

Aſpidis morſus

Horum nanq; uirus æquale Basilisci est, nec aliter quàm lac bouis ocyssime in arterijs sanguinem ac spiritum coagulat.

De Basilisco. Cap. XX

HAec fera in mortalium conspectum rarenter quidem uenit, Erasistratus uero tradit, quum Basiliscus momorderit, plaga subflauo & quasi aureo colore fulget. Eiusdem aũt tam uirulenti animantis ictibus cõferre putat castorij, si potentur, drachmas treis, similiterq; papaueris liquorem, quod opium dicitur. Nos uero horum nihil experientia comprobauimus.

De Pastinaca marina, & Muræna. Cap. XXI

CAeterum inter has quæ in mari degunt feras, pastinacæ quidem & murænę cognitio omnibus admodum liquidò patet, nobiles enim atq; omnibus cogniti pisces sunt. Morsibus aũt horũ succurrũt succi ficulnei stalagmi quatuor, uel paulò plus cum conijs serpylli tribus aut quatuor poti, & cuncta quæcunq; aduersum uiperæ morsus remedio sunt.

De Dracone marino. Cap. XXII

MArini draconis ictus plumbo cõfricandus est, uel locus trito serpyllo, lentéue decocta, aut sulphure cum aceto obstruendus, uel idem hominis urina fouendus & conspergendus: Dandum insuper contra eius animantis iniurias absinthium in diluta plus satis uini potione, uel saluia, ficulneorum'ue surculorum in dulci uino dilutum, aut piscis etiam cerebellum.

De Scorpio marino. Cap. XXIII

ICtui scorpionis marini medetur trigla dissecta & uulneri imposita, sulphur igne intactum ac uiuum, cum aceto contritum & leuigatum, quo quidem confricandus est locus: potandæ item baccæ lauri numero tres.

Præparatio sanguinis testudinis marinæ. Cap. XXIIII

TEstudinis belluæ marinæ sanguis ad reponendũ hoc modo præparandus est: In ligneo aut fictili uasculo supinã inclinando testudinem, quamprimũ eius obtruncato capitulum: Congelatum aũt sanguinẽ in plures particulas harundine disijce, impositoq; uasi operculo instar cribri, in solem colloca, arefactũ uero iam tolle: deinde ubi res postulat in uiperarum morsibus quemadmodũ traditum est, utere, drachmis uidelicet duabus, cum aceti cyatho uno, tertio autem loco drachmis duabus cum aceti cyathis tribus.

De Crocodili ictibus. Cap. XXV

ADuersus crocodili ictus, utiliter nitrum cum melle eliquatũ, tantisper dum hulcus repurgatur, imponitur, mox melle, butyro, medulla cerui, adipe anserino implendum. Porrò Galenus testatur à crocodili morsu percussos pinguedine eiusdem

belluæ uulneribus impoſita, exacte ab omni periculo liberatos.

De hominis morſu. Cap. XXVI

NOn à noſtro inſtituto fuerit alienum, cum ijs quæ uenenũ ictu morſuúe relinquũt animalis, hominis quoq; morſum ictumq; deſcribere, ſiquidem longe pernicioſiora cæteris hulceribus uidentur, quicunq; ab hominibus inferuntur morſus, præſertim ſi qui morſum intulit ieiunus fuerit, anteaq; legumina pro cibo ſumpſerit, atq; in primis lenticulã. Eapropter quęcunq; cõmuniter alijs uirulentis prodeſſe docuimus, eadem in his quoq; extrinſecus morſui inter principia adhibita cõuenient, exceptis nimium acribus, & cauſticis, hoc eſt deurentibus. Priuatim uero morſu prius oleo perũcto, fœniculi radicem admixto melle ut cataplaſma impinge: uel fabaceã farinam cum poſca & oxyrhodino emplaſtri modo impone, identidem mutando. Emplaſtro adhæc utere, cõſtante ex ſquamæ æris, galbani, æruginis, uniuſcuiuſq; uncia una, ceræ libra una, plumbaginis libris duabus, olei xeſta una: Plumbago cum oleo prius elixata æruginem aſſumit & ſquamulã, & ubi iam in anguſtũ contractũ fuerit, accipito eliquata. Poſtquam uero inflãmatio quieuerit, ueluti cõmune uulnus, etiam illa curato.

De uenenis. Cap. XXVII

POſtquã de uenenũ ictu morſuúe relinquentibus animalibus cõpendio tradidimus, conſentanea admodum ratione ſermonem de uenenis quoq; aggredi inſtituimus. Simplicia quidẽ perſequentes, & horũ non ſignificationes modò notasq;, ſed amuleta præſentanea aduerſus idem uirus, quæ Græci ἀλεξητήρια uocant, cum in genere cõmuniter, tum ſingulorum priuatim deprompſimus: ex his per ſe ſuo cuiuſq; Marte coniectanda & colligenda ſunt compoſita: Sunt etenim qui uaria diuerſaq; uenena letalia cõpoſitis profligent, quæ legentibus officere plus q̃ prodeſſe poſſunt: Neq; enim indicia horum exacte ac liquide in affectis deprehenduntur, ut quis inde his cõueniens applicet auxilium: Diuerſis uero his apparentibus, ex eo quod in mixtura pollet. Aequali etiam modo quis traditum uarij generis uenenũ coniectans, operabitur interdum quidem ex æquo, nõnunquam uero ex eo quod præualet. Auſpicandum igitur etiam hic loci denuo à præcauendi modulis, qui græce prophylactica dicuntur, quaſi latine dicas præſeruatiua, & quorum beneficio uitari queunt exitia.

De præſeruatione uenenorum. Cap. XXVIII

INter ea quæ de letalibus uenenis traduntur, ea quæ de præcautione agit ardua magis ac difficilior eſt ſpecies, propterea quod qui uenenis homini clàm inſidiantˉ, tam doloſe inſidias temperant, ut peritiſſimo cuiq; facile imponant: quoniam uenena ſua amaritudine, admixtis dulcibus ſpoliant, & odoris grauitatem mixtura odoramentorũ à letalibus uenenis eximunt. Non raro aũt ceu

ad leuandam ualetudinem, opisq́ ferendæ gratia propinare creduntur maxime in infirmitatibus eiusmodi, puta absinthium, abrotonum, opopanacem, castorium, quibus uenena permiscent: Necnon in cibarijs nempe solidioribus, uel opsonijs rebus diuersis uariegatis, uenena compinsentes exhibent. Quam ob caussam, qui in istiusmodi suspicione fuerit, condita elaborataq́ cibaria omnia uitare debet, omnesq́ intensas gustu qualitates, quæ ex dulcibus uidelicet salsisq́ & acidis saporibus constant: præsertim uero gelida potu præsumẽda est aqua. Satiato enim appetitu, facile corripiuntur à stomacho postea qualitates. Sed alius adhuc est efficacior prçcauendi ab ijs qui uenena insidiose miscere student, modus, ut uidelicet quibus ceu eius præsaga mali mens semper præcomedant aliquid, quod uenenorũ uires retundat, inefficacesq́ reddat: cuius farinæ sunt caricę cum iuglandibus, quas nuces basilicas uocant, manducatæ: & ruta, & chondro & grumo salis, & mala medica, quæ citria dicuntur: Naporũ item semen drachmæ pondere cum uino potum, uel nepitæ foliorũ, uel sigilli lemnij par pondus, aut rutæ folia uiginti, & nullo sic ueneni genere lædent. Eundem effectũ præstãt & antidoti cum uino sumptæ cotidie Aegyptiæ fabę magnitudine, citra omne periculũ præseruãt: è quorũ numero censetur, quæ scinco, id est terrestri crocodilo & **Mithridates.** sanguine tẽperatur, & Mithridatios: hac olim rex ipse Mithridates cotidie usus est, quo se à letali ueneno defenderet, & tutum omnino ab eius periculo redderet: Quocirca à Romanis captus, quum iterum atq́ iterum letale uenenum potasset, atq́ mori nequiret, seipsum ense confodere aggressus est. Verum quoniam fortunæ temeritas sæpenumero in itinere locisq́ desertis periculo expositis similia sine insidijs hominum discrimina adfert, si fortefortuna sub aliqua arbore, uerbi caussa pinu uel picea cibus sit capiendus, animaduertenda sunt quæ ex his prouenire possunt exitia, uel laquearia, unde letifera labuntur interdum animalia. Inspicienda porrò etiam diligenter sunt uasa uinaria & aqualia. Adhæc etiam aululæ in quibus decoquuntur edulia, suo accurate cooperiantur operculo, quemadmodũ & in animalium morsu ictúue uirus relinquentium præcautione iampridem est traditum.

Communis quocunq́ modo sumptorum uenenorum curatio. Cap. XXIX

Quod si præseruatiuis quibusdam aliqui ante mortiferi ueneni haustum sese probe muniuissent, tum certe nullo medicamine sumpto, sponte uirus uomitione eijcerent, qualia sæpicule multa in uita hominũ solent accidere, uel ex quorundã etiam insidijs: Siquidẽ nobis sumptum uenenũ liquidò quale fuerit patefit, uel his qui sumpserint, aut ijs qui interfuerunt annũciantibus, q̃primum ad idoneum accedentes remedium, ueluti in horũ explicatione memorabitur. Verum si nulla nobis hausti ueneni cognitio prębeatur, protinus ad

ea

ea properandũ, quæ communiter in cuiuslibet ueneni hauſtu opitulari conſueuerunt: nam expectare quæ comitantur indicia, malum nullis cedens medicaminibus reddit, quod intercedente dilatione, nõ niſi ægerrime ſuccurri poſſit. Proinde ſine mora calidum oleum per ſe uel cum aqua bibendũ, ut uomere cogantur, dediſſe expedit. At ſi oleum ad manum non ſit, butyrum olei loco cum calida aqua, aut malua, aut ſemine lini, uel tragi frugis, uel fœnogræci, uel urticæ denicꝫ ſeminis decocto exhibendum. Hæc quippe non modò uomitione purgabunt ſtomachum, ſed aluum quocꝫ ſubducent, & malignitati uirus aduerſabuntur, adeò ut accrementũ eius hebetent, præſertim oleum, quod euidenter ex eo datur argumẽto deprehendere: Si quiſpiam cantharide, aut calce aqua nõ extincta, aut quauis acriore alia re cutem exhulcerare ſtatuerit, is ſi ipſum oleo præunxerit corpus, nõ exhulcerabitur. Atqui necꝫ ſpiſſare, ſi antea oleo illitum fuerit, corpus poteris. Vomitus præterea non ob id modo quod uacuet, & noxium humorem educat, ſalutaris eſt, ſed aſſumptum aliquando uenenum, odore, coagulatis grumis, ac fruſtulis concretis, uel colore arguit: Odore quippe & amaritudine cicutam, colore ceruſſam & gipſum, globulis cõcretis lac, uel nuper iugulati animalis ſanguinem: Fœtore autem halitus, & materiæ euomitæ qualitate, & odore, leporem marinum, & rubetam ranam prodit. Ita ut ab ĳs nonnullam opem ſperare liceat, ad accommodata ſingulis uenenis remedia tranſeundo, oleo malucꝫ decoctum admiſceatur, uel adeps anſerina, uel pinguium carnium ius, uel auium, uel lixiuium ex lignorum cinere factum. Facit item ad hoc nitrum cum hydromelite tritum & hauſtum, & uinum uetus copioſe potum, & quæ ex adipe & butyro conſtant. Deiecto uero per uomitum quod hæſerat in aluo, acerrimo clyſtere reliquias in inteſtina delapſas educemus. Poſt hæc uero propinandum eſt lac, nam moleſtum & uirulentum facile ab illo permutabitur: Dantur præterea quæ communi dote cunctis uenenis accommodata ſunt remedia: cuius generis habentur, rubrica lemnia, agaricum, abrotonum, irion, radix eryngĳ, paſtinacæ erraticæ ſemen & nepitæ, nardum Celticam, caſtorium, uiridis ferulæ medulla, nerĳ, quod rhododendron appellant, flores, uel rhododaphnes, marrubĳ cremor, laſer, aut laſerpitium, quod eſt ſilphium eius'ue liquor, ſagapenum, panacis aut peucedani ſuccus & radix, ariſtolochia longa, rutæ ſylueſtris ſemen, Betonicæ (quam ceſtron dicunt) folia, ſingula cum uino drachmæ unius pondere. Confert inſuper & polĳ elixatio, & pix liquida in ecligmate ſumpta. Egregie uero præter cætera opitulantur antidota prædicta, & magis adhuc ex uiperis concinnata theriaca, uerum neutiquam eandem poteſtatem habent, quum letalibus uenenis ſuccedunt, & quum eadem anteuertunt. Quæ enim antidoti quantitas præſumpta ſufficeret contra afflictionem & calamitatem, quas uirus comites habet, idem antipharmacũ poſt ueneni hauſtum

adauctum in quadruplum, aut quintuplum exhibitũ iuuit, neqꝫ id ſemel modo per diem, ſed bis: nam ſic egregio & ad miraculũ uſqꝫ in arte præclaro uidetur ipſi Pergamenſi Galeno.

Enumeratio ſimplicium uenenorum. Cap. XXX

Animalia exitioſa. EX uenenorũ catalogo, animalia mortifera hæc ſunt: Cantharis, bupreſtis, ſalamandra, picearum eruca, lepus marinus, rana rubeta, & muta paluſtris rana, hauſtæ hirudines. *Semina letifera.* Ex ſeminibus uero letalibus ſunt: Apollinaris herba, quæ hyoſcyamus eſt, coriandrũ, pulicaris, quod pſyllium ſignificat, cicuta, nigella 1
Gith appellatũ, græce uero melanthion. *Liquores mortiferi.* Ex liquamentis aũt exitioſam uim habentibus cenſentur, meconiũ, carpaſi liquor, opocarpaſon græce uocatum, thapſia, elaterium, & mandragora. *Radices uirulentæ.* Radices porrò exitiales ſunt, Chamæleon, aconitũ, thapſia, ixias, helleborus, agaricum atrum, & ephemeron, quod colchicum nõnulli à Colchide ubi naſcitur appellant. *Plantæ capitales.* Arborũ germina, frutices & holera capitalia ſunt, Smilax, quam aliqui thymion, Romani uero taxum appellant, ſolanũ manicum, hoc eſt furioſum, quod & dorycnion dicitur, ſardonia herba, quæ ranũculi herbæ ſpecies eſt, corniculatũ papauer, pharicum, toxicũ, ruta ſylueſtris, & fungi. *Animalium partes.* Ex animaliũ uero partibus letales etiam hę ſunt: recens taurinus 2
ſanguis, coagulatum lac, melqꝫ in Heraclea Ponti genitum. *Metalla.* Metallica uero gypſum, ceruſſa, calx, auripigmentum, ſandaracha, ſpuma argenti, adarce, plumbum, & quod nomen obtinuit argentum uiuum, græce ὑδράργυρος. *Importunitas uini & aquæ.* E uitibus poſtremo, uinum liberalius à balneo potum, aut paſſum, uel aqua egelida conſimiliter, hominibus tanquam præſentaneũ poſſunt eſſe uenenum.

De Cantharide. Cap. XXXI

HIs qui cantharidas hauſerint, notę accidunt omnium grauiſſimæ: nam ab ore fermè ad ueſicam uſqꝫ cuncta morderi ſentiuntur, picem aut ſimile quiddam cedrio liquori reſipiunt, 3
inflammantur in dextra parte præcordia, urinam ęgerrime emittunt, ſæpiusqꝫ per eam ſanguis fertur. Quinetiam excernuntur per aluum ſtrigmenta haud aliter atqꝫ dyſentericis, animæ deliquijs, ciborũ ueluti ex repletione faſtidijs & uertiginibus cõcidunt, poſtremo abalienantur mente. Succurrit itaque uomitus citatus cum hydrelæo, & lactis potu, cretæ cimoliæ drachmis quatuor, cum mulſo: nuclei præterea pinei, cucumeris item ſemen, ius bubulum pingue, uel anſerinum, & ouinum. Carnes inſuper præbeantur uolucriũ, gallinaceorum ue, aut agninæ, uel ouium, uel porcellorũ deniqꝫ, flacceſcentes longiore coctura, & pingues cum lini ſemine elixæ. Vino præterea potentur dulci & 4
prolixius. Accommodatæ ſunt inſuper ijs qui cantharidas ſumpſerunt, thuris corticis drachmæ quatuor. Poſt eſculenta item fercula clyſtere

ducenda

ducenda aluus, qui conficiatur ex ſucco oryzæ, uel chondro, uel trago, uel ptiſana, uel malua, uel ſemine lini, uel althęa, quam Romani hibiſcum dicunt, uel fœnogræco. Quãdoq; mulſum cum nitro oportet his ad abſtergendum inteſtina infundere. Poſtremo inflãmantia cum confectura ſeminis lini, ac hordei mitiganda, intra primordia nanq; ſtatim offenderint: Deinde dulcium aquarũ balneis in hoc periculo utendũ: Vtile fuerit deniq; potionari ungento cum irino, tum roſaceo.

De Bupreſte. Cap. XXXII

QVi bupreſtidem potauerunt, uiroſo nitro ſimile quiddam in ſapore ſentire uidentur: urget ſtomachi & alui grauiſſimus dolor, inturgeſcunt eædẽ partes difflatæ, ut in cutem ſubeuntibus aquis, totoq; corpore cutis extima contenditur, lotium item ſupprimitur. Opitulantur autem his eadem quæ hauſtis cantharidibus opem ferunt: priuatim poſt uomitiones & purgationes, quas clyſteribus molimur, caricæ (quod eſt ficus aridæ) bono & remedio ſunt, & cum uino pota earum decoctio, uel cum lacte hauſta, uel œnomelite, mulſóue: pirorũ omne genus eſſe, & lac muliebre potare expedit.

De Salamandra. Cap. XXXIII

SAlamandram qui hauſerunt, linguæ inflãmationem ſubeunt, & in ſermone linguæ impedimentum, & cum torpore quodam reſolutioneq; aliqua tremorẽ: pallorq; corporis partes aliquas circunquaq; inficit, perennenteq; ueneno diutius, ſæpenumero putrefactæ defluunt: Quibus præſtabimus cuncta, quæ contra cantharidas fieri inſtituta ſunt: priuato uero peculiariq; remedio exhibebimus reſinã pineam, uel nucleum pineum, aut galbanũ cum melle, uel nucleos pineos cum terreſtris piceæ herbæ (quam chamæpityn dicunt) decocto: uel urticæ folia cum liliis & oleo decocta. Conducunt etiam oua teſtudinis marinæ aut terreſtris elixa, ranarum item eſculentum ius, cum quibus pariter eryngij radix decocta ſit.

De picearum eruca. Cap. XXXIIII

PInorum erucam hauſtam comitatur ilico oris & palati dolor, linguæq; inflammatio uehemens, & ſtomachi, aluiq;, & inteſtinorum dolor, ita quidem ut pruriginem ſentire laborans uideatur: corpus uniuerſum æſtuat, ciborum faſtidium urget. Quibus eſt ſuccurrendum his itidem ſuppetijs, quibus cantharidibus deuoratis medicinæ profeſſores opem ferre conſueuerũt: peculiariter tamen ſimplicis olei loco Melinum accipiemus.

De Lepore marino. Cap. XXXV

QVi leporem marinum in potu hauſerunt, corruptis piſcibus ſimilem in guſtu uiroſum ſaporem ſentiunt, progreſſu deinde temporis aluus intenſo dolore afficitur, lotium ſupprimit̃, & ſi quando id erũpere cõtingat, purpurę omnino faciem refert. Oderunt præterea eo malo languentes & auerſantur etiam ſummopere

pisciũ omne genus, fœtido sudore, cruento ac sanguine mixto manant. Quibus opis ferendæ gratia lac asininum, passum'ue continue exhibendum est, uel radicis maluę foliorumq́ decoctum, uel peucedani radix trita cum uino, uel ueratri nigri, aut scammoniæ herbæ succi drachma una in aqua mulsa: suoq́ calore adhuc tepẽs anserinus sanguis. Et quũ omne piscium, ut dixi, genus respuant, qui leporem marinũ biberũt, solos fluuiatiles cancros, si haberi queãt, libenter in cibos admittũt. Quamprimũ amare & comesse pisces cœperint, futuræ salutis indicium & spes est.

De Rubeta ranáue palustri. Cap. XXXVI

RVbeta seu muta palustris rana assumpta, tumores corporis cum eo pallore sequuntur, ut buxo per omnia similes compareant, qui hauserint. Superaccedunt spiritus difficultas, grauis animę orisq́ fœtor, & singultus, quandoq́ nolentibus uolentibus seminis profusio. *Curatio.* Succurritur aũt facilime post uomitiones, largo meraci uini potu, radicum harundinis binis drachmis, uel cyperi: Atq́ ut uno uerbo perstringam, cogendi in eo discrimine cõstituti sunt, multa celeritate deambulare, & cursui operam dare, ob eum quo ex hoc malo corripiuntur torporem: Quinetiam lauari cotidie expedit.

De Hirudinibus. Cap. XXXVII

HIrudines simul cum aqua haustas, & uentriculi ostio in descensu hærentes, ex eo quod aluos sugent mordentq́ deprehendes: Nam hoc deuoratæ hirudinis satis euidens argumentum est: Interdum excreando sanguinem etiam expuũt floridum, gutturi affixis hirudinibus: *Medela.* Quas ejcit muria sorbitione sumpta, uel laserpitij aut betæ folia cum aceto, & liquor Cyrenaicus, uel cum posca niuis glebula hausta: Gargarizetur præterea nitrum cum aqua, & atramentũ sutorium cum aceto. Sed eas quæ faucibus hæserunt hirudines, ubi in eo periculo constituti in calidam aquam tuo iussu descenderint, dato lupinorũ farinam, & aquã frigidam in ore retinendam, eaq́ ratione easdem expelles hirudines: prosilient etenim ad gelidam promptissime. Sunt qui cimices his qui hirudines biberunt utiliter exhibuere. Cæterum ipse, inquit Galenus, allijs priuatim in hirudinis haustu usq́ usus, cimicibus non indigui.

De Chamæleone. Cap. XXXVIII

SEquitur uernilagij (quod chamæleon græce nũcupant) haustum, cum uellicatio uehemens, tum dolor etiam ingens, cum uniuersi corporis subuersione tremor: mox ingruit etiam cõuulsio, & uomitiones pituitosæ & spumosæ, & perdita uoce singultus cum peruersitate & contorsione uultus. *Curatio.* Subuenit his triticeus cremor pinguis, calidus in potu sumptus, & dulce uinũ aqua dilutum calidũ. Recreat item eos qui carduũ nigrũ (sic enim Romani chamæleonẽ uocant) sumpserũt, uomitus, lactipotatio, & mollis clyster, fotusq́, cum cataplasmatis. Atqui aduersus ea quæ suffocationẽ spiritusq́ angustiam

inducunt & luriditatem, potum abſinthij uel nitri cum oxymelite, uel raphanis, quas Latini radiculas dicunt, dare conuenit. Prodeſt inſuper & præcordiorum fomentatio.

De Alterco, quod Hyoſcyamum nuncupant. Cap. XXXIX

APollinaris herba, quæ à Græcis ὑοσκύαμος uocatur, pota manſaue, ebrietati ſimilem inducit mentis alienationem: citra uero omnem difficultatem curantur qui eam hauſerint, ſi liberali aquæ mulſæ potu, & lacte, præſertim aſinino, egregijs in hunc hoſtem præſidijs ſuccuramus. At ſi lac aſininum deſideretur, caprillo, ſeu bubulo, caricarum'ue decocto utere. Efficaces præterea ſunt nuclei quoque pinei, cucumeris ſemen hauſtum cum paſſo, uinumq; ſalſum, cum adipe ſuillo recenti, & paſſo: necnon urticæ ſemen, uel nitrum cum aqua accõmodatum eſt, & intybus erraticus, quod cichoriũ uocant: Prodeſt item ſinapi, naſturtium, raphanus, & allia, atq; hæc ſingula cum uino ſumpta conferũt. Quies porrò imperanda his eſt, ut uelut ebrij uillum edormiunt, ſomno concoquant.

De Coriandro. Cap. LX

NEquit ob odoris uehementiam latêre coriandrũ, uocem autem hauſtum denſiorem reddit, furorem inducit ebrietati non abſimilem, turpia dictu qui hauſerũt, blaterant, totoq; corpore odorem coriandri ſpirant, uenenumq; fatentur. Succurrit uero ita affectis (ſi antea ut præmonſtratum eſt, uomitione oleo aut irino citata uirus eduxeris) merum tum unà cum abſinthio, tum etiam per ſeſe epotum. Magna itidem utilitate aduerſus coriandri iniurias, ouorum putamina omni humore euacuata, & in ſeipſa cõfracta tritaq; cum muria abſorbentur: quin ipſa ſeorſim quoq; muria in eundem uſum potanda eſt. Prodeſt etiam ſalſum eſculentum ius ex gallina & anſere, atq; paſſum deniq; admixto lixiuio ſumptum.

De Pulicaria herba. Cap. LXI

PSylliũ, id eſt pulicaria herba, potũ toti corpori algorẽ & torporem cum exhulceratione animiq; triſtitia infert. Cui ſanè omnia cõueniunt, quæ cõtra coriandri hauſtũ remedio ſunt.

De Cicuta. Cap. LXII

CIcutæ potus tantam oculis caliginem offundit, uertiginemq; excitat, ut ne minimum quidem eminus diſſita poſſint cernere, ſingultum cit, amentiam inuehit, & extremarum corporis partium frigiditatem: deniq; ſuppreſſo à motu omni in arteria ſpiritu, cõuulſione ſuffocantur qui cicutam hauſerint. Quam ob cauſſam inter initia ſtatim, ueluti in alijs decretum eſt, uomitui operam dantes, cicutam excutiemus. Poſtmodum euacuatione facta, quod ad inteſtina prolapſum eſt excernamus: tum deniq; ad id q̃d primas in hac prouincia tenet adminiculum deueniemus, meracas potiones per interualla propinantes, in quibus profuerit lac bubulũ uel aſininũ potui datum,

uel abſinthiũ cum pipere cõmuni & caſtorio, rutam itidem & mentam cum uino, & cardamomi, uel ſtyracis drach. unã, uel piperis cum urticæ ſemine & uino, uel lauri teneriora folia: laſer itidem & laſerpitium cum uino & paſſo. Quinetiam uinum dulce ſeorſum prolixius & liberalius potum, ita affectis auxilij quantum ſatis ſtrenue præſtat.

De Papaueris ſucco, quem Meconion uocant. Cap. XLIII

PApaueris ſucci (qui opium dicitur) potum ſequitur catapho ra, quę ſopor quaſi ueternoſus eſt, cum tam uehementi algore & pruritu, ut ſæpenumero inualeſcente ueneno tanta erũpat prurigo, ut qui hunc liquorem biberint, ea uexatione exciten tur: Odor præterea eius pharmaci grauiter toto corpore ſpirat. Succur rendũ his eſt, poſt citatũ oleo uomitũ acriore clyſtere, corporis cum aceto mulſo illinitione: Melle inſuper cum roſaceo calfaciendũ: & meri mul tum cum abſinthio, & cinnamomo, & aceto calido per ſe prębendũ: nitrum itidem cum aqua, rutæq́ ſemen cum pipere, origanũ cum caſtorio, uel oxymelite, uel thymbra, uel origani decoctũ cum uino. Oportet etiã eos qui papaueris liquorẽ potarint, naribus odoramentis adhibitis exci tare: Loti pręterea in calidæ aquę balneas deducẽdi ſunt, fomentisq́ ob enatã pruriginẽ fouendi. A lauacro confert iurium eſculentorũ pinguiũ uſus cum uino, aut paſſo: Proderit etiam medulla cum oleo pota. 2

Opium totum corpus graueolens reddit.

De Carpeſiæ cremore. Cap. XLIIII

ET carpeſiæ herbę ſuccus in potione hauſtus, ſoporem, quem caron dicunt, præcipitemq́ ſtrangulationem adducit. Opitulatur his qui ſumpſerunt ijſdem omnino ſuppetijs, quibus epotæ cicutæ ſuccurritur.

De Mandragora. Cap. XLV

SOpit etiam protinus malo ſopore, ſi potetur mandragora, comitatur item languor & exolutio, inexpugnabilisq́ ſomni neceſſitas, quam ueternum Romani, Græci uero κατα φορὰν indigitant, nihil à morbo quem lethargum nominant, diſſidens. 3
Proficit priuſquã aliquid eorum accidat, uomitus, & à uomitu mulſum, & nitrum, & abſinthij decoctum cum paſſo uino dulci ſumptum. Caput roſaceo, & aceto irrigandũ: Corpus item excitandũ & cõmouendum. Opem etiam fert olfactus piperis, ſinapis, caſtorij, rutę tritæ in aceto, & liquidæ picis: Quinetiam nõ tam accenſi, quàm extincti lucernarũ funiculi odor. Quod ſi difficulter excitabũtur, & odoramentis nihil egeris, ſternutamenta quę altius excitent, admouenda: alijsq́ cõmunibus adminiculis aduerſus mandragoræ hauſtum utere.

De Aconito. Cap. XLVI

ACônitum confeſtim à potu interq́ bibendum cum adſtrictione quadam edulcat linguam, uertiginesq́ præcipue in aſſurgendo oboriuntur, humiditatemq́ oculis infert, facitq́ pectoris & præcordiorũ cum crebriore pedituum aliorumúe 4

elixæ

ſpirituum redditione grauitatē. Quocirca in huius mali curatione, remedio ueneni educendi gratia ciendus eſt uomitus, & ducenda clyſteribus aluus. Vtemur etiã ad expellendũ uirus aconiti, potionibus origani & rutę, uel marrubij cum uino, uel abſinthij, uel mentę, uel abrotoni, uel chamælææ, hoc eſt herbæ oleaſtelli, aut terreſtris piceæ. Expedit præterea aconito infectis, liquoris balſami drachma una cum uino, coagulũ itidem hœdi, uel leporis, uel hinnuli cum aceto. Prodeſt etiã ferri recrementum: prodeſt item uinum in quo ferrum, uel aurum, uel argentum candens extinctum ſit, potũ. Lixiuia inſuper cum uino confert. Confert itidem elixæ gallinæ, uel carnium pinguium ius cum uino epotum. Chamæpitys præterea priuatim aduerſus aconitum ſuccurrit, quæ in Heraclea quidem Ponti, ubi aconitum prouenit, holocleros nuncupatũ, Athenis uero didonia, & in Eubœa ſideritis.

De Ixia. Cap. XLVII

IXias, quę ulophonon quoq; uocatur, inter potandum ocymo quiddam ſimile guſtu & odore præfert, uehementem linguæ inflammationē & amentiam infert, omnia etiam corporis recrimenta excretionesq; ſupprimit, & cum animi deliquio ſtrepitum latratumq; inteſtinorũ ac uiſcerum excitat, neq; tamen uel tantillum excernitur. Opem his præſentaneam adfert poſt uomitionem, aluiq; deiectionē potum cum largiore uino, aut aceto, uel oxymelite abſinthij dilutum, hoc eſt aqua in qua abſinthium maduerit. Confert itidem rutæ ſylueſtris ſemen, uel laſeris radix, necnõ hircinæ origani decoctũ, cum aliquo ſupradictorũ, aut lacte, aut reſina terebinthina, aut nardo, uel caſtorio, uel laſerpitio, quorum ſinguli oboli cum uino expediunt. Quin & iuglandis nucis, quam baſilicã dicunt, nuclei cum uino, aut reſina, rutaq; conciſi & leuigati, ita ut ſingula pondo drachmam æquent. Confe- runt itidem oleaſtelli herbæ drachmæ duæ, uel binæ cremoris thapſiæ drachmæ, cum mulſo: uel acetum deniq; calidum potum. Dilutum quid.

De Ephemero. Cap. XLVIII

SI quis ephemerum, quod colchicũ aliqui aut ſylueſtrem bulbum appellant, hauſerit, pruriginem uniuerſo corpore ſentit, non ſecus quàm ij qui urtica aut ſcilla laceſſuntur. Mordentur illi interanea, & cum ponderoſa grauitate ſtomachus æſtuat, inualeſcente deinde morbo, cruenta ſtrigmentis mixta per aluum ſecedunt. Quibus ſanè non aliter atq; ijs qui ſalamandram hauſerũt, uomitionibus & clyſteribus ſuccurrendũ eſt, priuſquam uenenũ inualeſcat. Exhibenda eſt potui foliorum quercus, aut glandium, aut malicoriorum, aut ſerpylli cum lacte elixatio, aut ſanguinalis herbæ ſuccus, aut uitis, rubiue palmitum, uel tenerarum ferularum medullæ, myrtiue cum uino. Quin baccæ etiam myrti tuſæ, friatæ, & in aqua maceratæ, earum diluto, liquoréue epoto, præſenti remedio ſunt. Efficax pariter eſt medius caſtanearũ (quas glandes Sardonias dicunt) liber, cum aliquo præ-

dictorũ ſuccorũ hauſtus. Vtilis quoq; eſt origanus, ſi cum lixiuio in potu ſumptitetur. Eximie uero & ad unguem priſtinæ ſoſpitati, qui ephemerum hauſerunt, redduntur, aſininum bubulum'ue lac bibentes, aut ſi in ore modò contineant, atq; uolutent, adeò præſentanea ope, ut ſi huius lactis copia adſit, nullum aliud deſideretur remedium.

De Taxo arbore. Cap. XLIX

ARbor quæ ſmilax, & à quibuſdam thymion, à Romanis uero taxus appellatur, pota, algorem uniuerſo corpori inducit, ſtrangulationes, & celerem interitũ infert. His ſanè qui eam hauſerunt, eadem remedia, quæ cicutæ in potu ſumptæ ſuccurrunt, opem admodum præſentaneam conferunt.

De Solano furioſo, quod & Dorycnion quidam uocant. Cap. L

DOrycnium, quod quidam manicũ, hoc eſt furioſum ſolanum nuncupauere, potũ, aſſeclas habet mordicus inhærentes, ceu lactis in guſtu qualitatem, cõtinuos ſingultus, linguæq; ariditatem, & ſanguinis iugem excreationem: Per aluum præterea mucoſa quædam, perinde quaſi in inteſtinorũ torminibus egeri ſolet, ita infectis ferunt. Quibus antequã aliquid ex ijs contingat, remedio communiter ſunt, quæcunq; in Ephemero comprehenſa ſunt, uomitus inquam, & clyſter, inteſtinorũ inundatio, atq; ſummatim omnia quæ potum uirus expellendi poteſtatem obtinent. Proprie uero ſubueniũt hoc malo oppreſſis mulſum, lac aſininum, aut caprillum, uel cum aniſo tepidi paſſi momentum, epotum. Proſunt itidem amygdala, & gallinaceorum elixa pectora. Quinetiam omnes marinas conchulas cum crudas tum toſtas in cibo eſſe conducit. Salutares item ſunt locuſtæ marinæ, quos καράβους Græci, & gammari, quos ἀστάκους eadem gens appellitat, & hauſtum eorundem eſculentum iuſculum.

De Sardonia herba, quæ ranunculi ſpecies eſt. Cap. LI

HErba quæ Sardonia nomẽ habet, ranũculi herbæ generi adſcribitur: quæ dum eſtur aut potatur, dementiã infert, & ner- 3
uorum conuulſiones, cum labrorũ in rictum contractione, ut riſus imaginem præferat: à qua quidem affectione atq; euentu Sardonius riſus nephaſti ominis adagio omnium ore iactatur. Cui quidem malo obnoxijs, poſt uomitionem proprie mulſum prolixius, neq; auare exhibitum confert: pariter etiam lac, uniuerſiq; corporis irrigatio, atq; illinitio cum calfaciendi uim habentibus medicamentis. Conducit præterea in hydrelæum calidum deſcendere, poſt deſcenſum uero in balneas aquæ calidę cui oleum admixtũ ſit: Vngendi fricandiq; egregie ſunt, qui eam herbam guſtarũt. Atq; ut ſummatim unoq; uerbo per-
ſtringam, curationem huius incõmodi omnem perinde atq; 4
in neruorum cõuulſione, ne latum quidem unguem diuaricans exequere.

Riſus Sardonius.

De papauere corniculari. Cap. LII

PApauer, quod cornutum appellationẽ obtinuit, ſiue manſum, ſiue potum fuerit, eadem omnino quæ papaueris ſuccus infert ſymptωmata: & proinde ijſdem etiam expugnatur præſidijs.

De Pharico. Cap. LIII.

NArdum per omnia ſapore & guſtu æmulatur quod pharicum uocant. Id in potu ſumptũ, cum mentis alienatione & neruorum conuulſione paralyſim adfert. Quod quidem malum ſi expugnare fert animus, eis qui id quocunq; pacto deuorarunt eductis per deiectiones aut uomitiones cum uenenis excremẽtis, uinum abſinthite, cum cinnamomo, aut myrrha, aut nardo ciliſſa, quã iſatim aliqui nuncupauerunt, potui dato. Aut ſpicæ nardi pondere obolos duos cum paſſo cõmixtos, aut iride, & croci floſculo cum uino. Opem præterea fert, ſi deraſum caput hordeacea farina ex aceto cum ruta illinias trita.

De Toxico. Cap. LIIII

VIdetur quidem toxicum inde nomenclaturã mutuaſſe & obtinuiſſe, quod barbari ſagittas cuſpidesq; ſuas, quę toxeumata appellant, eo inficiunt. Conſequũtur eos qui ipſum biberint, labiorũ & linguæ inflãmationes, incoërcita inſania, uarijs mentem perturbans imaginibus obuerſantibus. Quocirca perardua eorũ eſt curatio, cui ut deplorati medicum unguem porrigentes, raro ad priſtinam incolumitatẽ perducũtur, qui toxicum hauſerunt. Vinculis ergo cohibendi, ut curæ ſubijciantur, & uiolentia quadã cogendi, ut paſſum cum roſaceo potent, tum ut uomitionibus reddant. Raporum ſemen itidem cum uino bibendum, pariterq; euomendũ. Peculiariter uero contra toxicum ualet quinquefolij radix, & ſanguis hircinus, atq; caprillus compari modo epotus. Confert etiam quercus cortex, aut fagi, & ilicis cum lacte tritus. Opem etiã ferunt mala cotonea manſa, uel cum pulegio conciſa, & aqua bibita: præterea amomũ, & balſami cum uino ſemen. Neq; unquam, niſi longo tandem ſpacio temporis cõualeſcunt, ita tamen, ut qui iam periculis defuncti ſint, ſtratis diu decumbãt, & uix deniq; exurgant, & ubi ſurrexerint, ſtupore conſternati & attoniti reliquo uitæ tempore degunt.

De Fungis. Cap. LV

FVngorum alij genere, alij nimietate officiunt: omnes tamen ſumpti, ad unguem omnino uidentur ad ſtrangulandũ facti, neq; enim ſecus fermè q̃ ſuſpendio laqueisq; ſuffocant. Quibus abſq; dilatione quamprimum ſuppetias ferre cõuenit: In genere quidem oleo ad uomendũ, qui fungos hauſerunt, cogantur. Eximie uero eiuſmodi languore quem fungi inferunt ſumpti, ſubleuãtur, ex uitium palmitibus, & pyraſtri ſarmentis cinere factum lixiuium cum poſca, ſaleq;, aut nitro potantes: Proſunt & pira ipſa ſylueſtria, aut folia unà cum fungis elixa: ſiquidẽ quam habent fungi ſtrangulandi uim, auferũt,

manſaq́ eadem eiſdem opitulantur. Conferunt præterea contra fungos
gallinarum oua decocta, & in poſca ſumpta, addita mali terræ, quam ari-
ſtolochiam dicunt, drachma una, uel abſinthij cum uino. Prodeſt præte-
rea mel linctum, & cum aqua potum: apiaſtrũ itidem cum nitro, uel pa-
nacis radix, ſemenq́ ex uino: fex item uini deuſta cum aqua, & flos æris
cum aceto: raphanus quoq́ aut ſinapi aut naſturtiũ eſu aduerſus fungos
proficiunt. Sed quoniam fungi quidam à uenenatis beſtijs corroſi non
tantum ſtrangulant, ſed etiam inteſtina exhulcerant, exhibendũ in eo di
ſcrimine larga manu abſinthium, & ficuum origaniq́ decoctum. Aqua
porrò mulſa & uomitus in eo periculo conſtitutis, deſcenſus item in cali- 1
dæ aquæ ſolium, hordeacea deniq́ polenta cataplaſmatis inſtar præcor
dijs impoſita, languentibus multum ſubſidij præſtant.

De ſanguine taurino. Cap. LVI

SAnguis tauri recẽs iugulati potus, ſpiritus anguſtiã, & ſtran-
gulationem ingerit, tonſillarũ ac faucium, per quos cibus de-
glutitur meatus, non ſine ualida neruorũ conuulſione præclũ
dens atq́ obturans. Lingua rubore, dentes corroſi eodem co
lore à potu eius infici conſpiciuntur, & inter eorum cõmiſſuras coagula-
ti ſanguinis globuli. Non tentãdæ in hoc periculo uomitiones ſunt, den
ſantibus ſe magis in ſtomacho ſanguinis concreti grumis, quũ uomitio- 2
nis conatu per attractionem in ſuperiorẽ partem eleuantur. Exhibenda
præterea ijs ſunt, quæ coëuntis & condenſati ſanguinis concretionẽ di-
ſcutiendi, alui deijciendi uim atq́ naturã obtinent. Groſſi item ſuo lacte
turgentes, cum poſca & nitro ſuccurrunt. Prodeſt itidem nitrum per ſe.
Cõducit nõ ſecus coagulũ omne cum aceto, pariter & laſeris radix cum
laſerpitio, itidem & braſſicæ ſemen, & ex ficulneo cinere lixiuium, co-
nyzæ folia cum pipere. Quinetiam ranunculus cum aceto præſentẽ ſatis
in hoc malo conſtitutis opem confert. Aluus præter hæc ſubducenda:
ſolenne admodum eſt his qui periculo defuncti reduces ſunt, per inferna
reddi teterrimi odoris excrementa. Stomachum poſtremo aluumq́ hor 3
deacea farina & mulſo cataplaſmatis more operiri expedit.

De lacte coagulato. Cap. LVII

QVoniam lac coagulum admixtum habens, promptiſſime per
exigua quædam fruſtula grumosq́ coaleſcit, multam ac fre-
quentem facit his qui id hauſerunt, ſtrangulationẽ. In quo pe
riculo conſtitutis manus auxiliares efficaciter tuleris, ſi anti-
doti loco coagulum cum aceto exhibeas, atque ſæpius id ſumere cogas.
Succurrunt etiam nepitæ folia arida, item eorundem ſuccus, aut laſer-
pitij radix liquor'ue cum poſca. Subuenit itidem thymus addito uino,
necnon lixiuium luto traiectum, uinóue per cinerem factũ: ſalſilago nul- 4
la admittetur, ne magis lac coëat, & in caſeum denſetur. Vitandæ in hoc
periculo uomitiones ſunt: ſiquidem hærens in uentriculi anguſtijs con-
globatum in perpuſillos globulos lac, ad exitum eluctando ſuffocat.

De ue-

De uenenato melle, quod in Heraclea naſcitur. Cap. LVIII

QVi mel in Heraclea Pontica natum comederint aut biberint, eiſdem planè incõmodis obruuntur, quibus qui aconitũ hauſerunt, obnoxij tenentur: quare huic eadem, quæ dicta ſunt in aconito, conueniunt. Saluberrimo tamen atꝗ in primis ſecundo opitulantur remedio his qui id cibo potúue hauſerunt, aquæ mulſæ (quod hydromel eſt) admixtis rutæ folijs continui potus.

De Gypſo. Cap. LIX

GYpſus hauſta, ſtrangulationes efficit in lapidem dureſcens: proinde eiſdem omnino his qui ipſum hauſerint ſuccurrendum, quibus fungis manſis fuerit adminiculis: è quorũ catalogo cenſetur maluæ elixatio uice olei: pingue enim quum ſit, lubricum uomitum ac facilem inducet, prohibet interiora erodi corpuſcula, quod lapideſcẽs efficit gypſus. Remedio præterea oleũ eſt in mulſo, & ficuũ decoctio, & ficulneis ſurculis aut ex pampinis uitiũ cum largo uino lixiuium. Quinetiam origanũ, aut thymũ cum lixiuio ſiue aceto. Poſtremo etiã paſſo & maluę decocto hoc modo affecti proluendi ſunt.

De Ceruſſa. Cap. LX

CEruſſa ſuo ſe prodit indicio, utpote cuius color celari non poteſt: nam ſimul atꝗ fuerit deglutitũ, palatum, lingua, interſtitium qua ſe dentes contingunt, quaſi niueo candore inficiuntur. Singultus præterea cit, tuſſim, linguæ ariditatem, extremorũ corporis artuum frigiditatẽ cum delirio & amentia, corporis torporem ingerit. Quo in periculo cõſtitutis aqua mulſa utiliter exhibetur, aut ficuum, aut maluę decoctum, aut lac calidum, aut ſeſamũ in uino ſolutum, aut ex uitium palmitibus factum lixiuium, aut amaracinũ oleum, irinum'ue. Quinetiam perſicorũ oſſa cum hordei decocto, necnon ipſum etiam thus, ceruſſæ aduerſantur. Confert præter hæc prunorum coma gummi'ue: Opem itidem fert, qui in ulmorũ foliculis continetur liquor cum tepida aqua: ſed in ſingulorum potu uomitiones citandæ ſunt. Accõmodum præterea contra ceruſſam eſt remedium, thapſiæ ſuccus, uel ſcammonij cremoris triobolus cum aqua mulſa hauſtus.

De Calce, Sandaracha, & Auripigmento. Cap. LXI

VExantur & differuntur, alui & interaneorũ cum grauiſſima uellicatione doloribus, quicunꝗ calcem, ſandarachã, & auri pigmentum, quod ἀρσενικὸν græce dicunt, hauſerint. Summo igitur fructu præbentur omnia, quæcunꝗ admixta frenũ eis imponere & ſoluere poſſint, quæꝗ pariter uomitus promouẽt, aluumꝗ lubricam reddant: cuius farinæ hibiſci, & maluæ cremor eſt, ſeminiſꝗ decoctũ. Præbenda eſt præterea aduerſus horum incõmoda tragi herbę, oryzæ'ue elixatio. Quinetiam lac cum mulſo liberalius ſumptum, iuraꝗ eſculenta pinguia, quæ inculpatum ſuccum generent.

De ſpuma argenti. Cap. LXII

STomacho, aluo, & inteſtinis ingentem grauitatem cum grauiſſimis circa umbilicum torſionibus ingerit ſpuma argenti (quem Græci λιθάργυρον appellant) pota: præterea pondere nonnunq; ſuo inteſtina ſauciat, ſupprimit lotium, intumeſcit ſumentibus eam corpus, & pumbeo colore inficit̃, deformitatemq́; concipit. Primum in ſpumæ argenti (ſicuti in omnium uenenorum) maleficio eſt remediũ, uomitu quicquid noxij ueneni fuerit educere: à uomitione uero ſtatim ſylueſtris lupini ſemẽ cum uino potui dare, myrrhæ itidem drach. octo, abſinthij item, hyſſopiq́;, aut apij ſemen: Prodeſt etiam piper, uel cyperi (hoc eſt anguloſi iunci odorati) flores ex uino potaſſe: columbarumq́; agreſtium fimum ſiccatum, cum nardo uinoq́;.

De Plumbo. Cap. LXIII

COmparia omnino atq; eadem ſanè his qui plumbi ramentum, uel πολύμα hauſerunt, accidere conſueuerũt: ijſdem itaq; remedijs, quibus ſpumæ argenti ſuccurritur.

De Argento uiuo. Cap. LXIIII

ARgentum etiam uiuum (quod grece ὑδράργυρος appellatur) nõ ſecus quàm ſpuma argẽti bibẽtes lædit: Similibus igitur atq; eiſdem omnino auxilijs ſubueniendum, lac tamen liberaliter hauſtũ, peculiarius ijs uidetur ſuccurrere: Atqui ubi biberũt, præſtat idipſum uomitionibus reddere, uel alioqui uomere.

De Veratro candido, Thapſia, Elaterio, Agarico nigro, Ruta ſylueſtri, Nigella, & floribus carduorum, qui πάπποι dicuntur. Cap. LXV

PAri pręterea induſtria proſpiciendum etiam ijs, quæ homini quidem ſanitatis ſalubritatiſq́; gratia exhibentur, ſępe tamen numero calamitates nihilo minores alijs quibuſcunq; uenenis inuehunt: cuiuſmodi ſunt quorum iam meminimus, helleborus inquam albus, thapſia, elaterium, agaricũ nigrum: Strangulatus etenim hæc ingerunt, uel purgando iuſtum modũ longe lateq́; excedũt: quocirca ſuffocationibus illis quidem, non ſecus quàm paulò ante capitulo de fungis demonſtratum eſt, medebimur. Purgationes uero æquo copioſiores, his quę excretiones cõpeſcere nata ſunt remedijs ſupprimemus. Neq; ſocorditer aut oſcitanter tractanda ſunt, quæ minus quidem offendere uidentur, uitæ tamen diſcrimen nonnunq; afferunt: è quorũ genere cenſentur, ruta ſylueſtris, Git, quam nigellam dicunt, atq; recentes pappi, qui flores ſunt ſpinæ, quam cactum nominant. Aduerſus quorum incommoda citandus eſt uomitus: nam is ſolus in melius emendare, atq; ex periculo quantũuis graui in priſtinam ſoſpitatem reſtituere ſatis commode poteſt.

Super

Super his quæ contubernalia & in cotidiano usu habentur, uino & aqua frigida. Cap. LXVI

STrangulatus & dolores inuehunt, aqua gelida aceruatim, auide, & citra interſpiratione hauſta, uel meracum uinum largius & copioſe potum, aut paſſum pari liberalitate ſumptum, præcipue confeſtim à balneo, aut curſu, aut uehementi exercitio. Vbi ſanguinis per uenam detractio mature facta, atq; inanitio, ingruentia iam pericula egregie auertunt, atq; etiam ſoluunt.

LIBRI QVINTI FINIS.

HYPOTHESIS LIBRI SEPTIMI.

In hoc uolumine uniuerſi operis ſeptimo & ultimo de medicamentorum, cum ſimplicium, tum compoſitorum omnium facultate & uiribus uerba feruntur, quorumcunq; hactenus in ſuperioribus ſex libris facta eſt mentio. Eſt autem huius commentarij ſeries in hunc modum digeſta.

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

De temperaturis, quæ à ſaporis qualitatibus ſignificantur. Cap. I
De temperamentorũ ordine, atq; à media temperie exceſſu. II
De ſimplicium medicamentorũ uiribus particulatim. III
De purgandi uim habentibus medicinis ſimplicibus. IIII
De cõpoſitis medicinis purgantibus. V
De cuſtodia eorum qui catharticũ medicamentũ ſumpſerunt, & quid faciendum his qui non admittunt in potione purgationem. VI
De his qui nimium purgantur. VII
De ſacris antidotis. VIII
Vnctiones ſedis, & locorũ ſupra umbilicum purgatiua. IX
Medicamina uomitoria, modi helleboriſmi. X
De diſtrahentibus antidotis. XI
De paſtillis. XII
Arida ſmegmata. XIII
Vnctiones quæ ori inſeruiunt. XIIII
Suaues & utiles potiones. XV
Collyria & reglutinatiua. XVI
Emplaſtra & modi coctionis eorum, & de ſymmetria ceræ ad oleum. XVII
Malagmata & epithemata. XVIII
Acopa, & ſynchriſmata, & dropaces, & ſinapiſmi. XIX
Oleorum & unguentorum præparationes diuerſæ. XX
De labruſcarum præparatione. XXI
Thymiamata & cyphi. XXII
Præparatio Maſuchæ, q̃d maſuaphion quidam appellant. XXIII
Peſſi diuerſi generis. XXIIII
Ex Galeno de ſuccedaneis. XXV
De ponderibus & menſuris. XXVI

PAVLI AEGINETAE MEDICI PRAESTANTISSIMI DE ARTE MEDENDI LIBER SEPTIMVS, ALBANO TORINO VITODVRENSI INTERPRETE.

De temperaturis quæ à ſaporis qualitatibus ſignificantur. Cap. I

NEQVE odoratu conijci certo ſatis de naturaliū corporum temperamento poteſt: Nam quæ odoris minimū de ſe præbent, craſſarū partium uidelicet, quantam caloris aut frigiditatis habeant uim, intelligi nō eſt. Quæ uero fragrantem admodū odoris fluxum emittunt, etſi natura non paucam quodāmodo habeant ſubſtantiam in ſe tenuē & calidam, tamen propter inæqualē eorū eſſentiam certū uel tenuitatis uel caliditatis ſuæ modū nullum oſtendunt. Magis etiam lubricum ex colore iudicium eſt, quando calida, frigida, humida, ſicca in unoquoq; colore deprehenduntur. Guſtu autem, quia æqualiter guſtabilium omnium partes linguæ incidunt, & ſenſum eum pariter mouent in tantum; ut manifeſte ex hoc temperaturæ eorū uis inueniri ac deprehendi queat. *Aſtringens.* Aſtringens igitur, aut ſi ſtipticum appellare mauis, colligere, conſtringere, denſare, eijcere, repercutere, incraſſare atq; ad hæc etiam omnia tum refrigerare tum exiccare ſua naturæ aptitudine ſolet. *Acutum.* Acutum uero, incidendi, ſeparandi, diuidendi, attenuādi, obſtruendi, & expurgandi deniq;, & hæc citra calorem omnem, uires obtinet. *Acerbum.* Acerbū aūt communem cum acuto ſortitum eſt facultatem, attenuando nempe & purgando: hoc uero diſcrimine diſſidet, quod acutū frigefacere, acerbum calefacere natum eſt: præterea quod hoc ad eijciendū, illud ad extrahendum, diſtrahendum, penetrandū, & cruſtam inducendum natura comparatum eſt. *Amarum.* Eodem quoq; pacto amarum, expurgat meatus atq; abſtergit, extenuat item, & lentos craſſosq; humores ſecat abſq; caliditate memorabili ualde. *Gelidum.* Gelidum uero aquæ inſtar quod eſt, ſiſtit, cogit, obturat, ſolidat, ſtupefacit. *Salſum.* Salſum autem cogit, ſtringit, condit, ſiccat, uidelicet ſine euidenti uel calore uel frigore. *Dulce.* Dulce, laxat, ſoluit, digerit, mollit, ac deniq; rarefacit. *Oleoſum.* Oleoſo poſtremum humectandi, liquefaciendi, emolliendi & remittendi deniq; functio à natura delegata eſt.

De temperamentorum ordine, atq; à media temperie exceſſu. Cap. II

MEdium ad unguem inter extrema pharmacum, ſymmetron à Græcis appellatum, tanquam æqualis cum eo cui admouetur temperaturæ exiſtat, eo quod neque exiccandi, neq; humectandi, neq; refrigerandi, aut calfaciendi deniq; uim obtinet, minime gentium neq; aridum, neq; humidum, neq; frigidum, nec calidū

deniq;

denique nuncupare fas est. Sed ab ea facultate quæ in qualitatum mixtura pollet, appellationem sortitur temperamentū: Siccius appellantes id, in quo maior siccitatis portio est: humidius, in quo humiditatis: calidius, in quo calidū gelido præstat: frigidius, in quo frigus calorē excedit. Satis aūt fuerit secundum unamquanque præpollentem potentiam, quatuor ordines, quos gradus uocant, pro necessitate instituere: uocantibus nobis calidū in primo ordine, quod nos tam obscure calfaciat, ut sensu nō, aut uix percipi possit, sed considerantis solum ratione perpendatur. Pari etiam modo gelidum, aridum & udum, quod indicatione indiget, nondum ualidam efficaciam ac euidentem obtinēs. Certe quæcunque iam manifesto sensu arefacere, aut humectare, aut calfacere, aut refrigerare possunt, secūdi à media temperie excessus seu ordinis esse dicenda sunt: Sed quæ manifeste quidē, non tamen ad extremū, tertij: Quæ postremo usque adeo ad calfaciendū nata sunt, ut crustam inducendi atque exurendi uim habeant, hæc quarti & ultimi ordinis censenda sunt. Contrà quæ tantam refrigerandi uim sortita sunt, ut statim uitam in mortem cōmutare queant, hæ itidem in quarto à temperatis excessu censentur. Exiccatorium uero nullū quarti ordinis inueniri potest, sine exustione: nam quicquid extreme siccat, id omnino exurat necessum est: eius farinę sunt, chalcitis, misy, calx. Tertiæ autem à medijs arefacientium distantiæ aliquid esse potest, nec exurens interim: cuiusmodi sunt, quæ gustu uehementer acerbescunt & astringūt, omnia: è quorū numero habetur omphacium, qui ex uuis acerbis expressus cremor est, & thus, atque alumen.

Quatuor gradus qualitatū.

De simplicium medicamentorū uiribus particulatim. Cap III

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA A

Abrotonum, Absinthium Ponticum.

EST absinthio Pontico, abrotonon græce appellato, uis & natura calfaciendi & arefaciendi in tertio à media temperie recessu: habetque eadem herba distrahentem, & non instrenue secantē potentiam: minimæ nanque acerbitatis particeps est, qua si uniuersum corpus trita cum oleo, probe perfricetur, cum tremore algoribus, qui per circuitum ingruunt, succurrit: Cæterum infesta ac noxia etiam est stomacho. Crematū abrotonum uiolentius arefacit quàm igne intactum. Defluuijs capillorū ex alopecia medetur, oleo quopiam rararum partium adiecto.

Agallochum.

AGallochum lignum est Indicum, Thyiæ ligno non dissimile, odore bene fragranti, quod dum manditur, oris & animæ suauitatem conciliat. Odoris præterea gratia uaporat, & ad suffimenta incendit: Cuius sanè radix in potu unius denarij pondo sumpta, aquosa stomachi uitia siccādo, fractamque eiusdem partis imbecillitatē roborando sanat. Remedio insuper agallochum est satis salutari iocinorosis, intestinorū torminibus oppressis, Pleureticis quoque, hoc est laterali dolore uexatis opitulat.

Agaricum.

AGaricum radix eſt, quæ arboris trunco adnaſcitur, & incumbit iugiter, laxi corporis & friabilis, ex aërea & terrea eſſentia cõpoſita: Quocirca diſtrahendi, craſſitudinemq́ſecandi potentiã obtinet, infarctusq́ cum obturationibus inteſtinorũ ac uiſcerũ reliquorũ expurgãdi.

Ageratum.

AGeraton frutex naturam uiresq́ habet diſcutiendi, & præter id clementer ac ſenſim quadantenus inflammationes arcendi.

Agnos, Salix amerina, & Vitex.

VItex, qui agnos à Græcis uel lygos dicitur, calidæ & aridæ poteſtatis eſt in tertio ordine. Conſtat aũt ex partibus tenuibus. Flatus peditusq́ diſcutit, qua ratione nõ tantũ manſa uitex potaq́, uerũ ſubſtrata etiam impetũ in Venerẽ cõpeſcere, caſtitatẽ tueri credĩt. Hauſtũ plantę huius ſemẽ, obturatis et oppilatis iocinorib. lienibusq́ ſuccurrit. Si frigatur agnus caſtus, minus q́ non frictus inflat, digeſtuq́ longe facilior eſt.

Agroſtis, Gramen.

GRamen, quod in monte Parnaſſo prouenit, utilitate albis (ſi adagione uti licet) equis reliqua præcedit, & ob id carior eſt, ſiccificæ mediocriter frigorificæq́ facultatis, rararum item partium, leue quoddam acrimentum guſtu præferens, atq́ proinde cruenta hulcera cõglutinat: calculos decoctum eius atterit.

Anchuſa.

ANchuſæ ſpecies quatuor ſunt, neutiquam eaſdem obtinentes potentias omnes: Nam cui onocleæ nomen eſt inditum, acerbam pariter & ſubamaram radicem continet: cuius ergò lienoſos commode, atq́ renũ cum lotij malo quopiã dolores adiuuat. Cataplaſmatis modo cum farina impoſita, ignibus ſacris, quæ eryſipelata dicuntur, tollendo opitulatur. Cæterum huius herbæ folia imbecilliorem refrigerandi arefaciendiq́ uim poſſident: quare contra alui citra inflammationem exhulcerationemq́ fluores, quam diarrhœam nominant, utiliter in potu ſumitur. *Onoclea.*

Lycopſos. At quæ lycopſos appellationem habet, pari modo eryſipelatis ſubuenit,
Onochilos. maiore quodãmodo quàm onoclea aſtringendi potentia. Sed onochilos & alcibiadios his maiore ui medica prædita, à uipera demorſis eximie conducit, nõ tam cataplaſmatis modo inducta, quàm ſuſpenſa: neq́ minus etiã iuuat deuorata. Quarta anchuſæ ſpecies reliquis eſt exilior, & tantum non ἀνώνυμος, id eſt nullo inſignita nomine, uerum alcibiadio uehementiorem habet amaritudinem, tænæis alui necandis pellendisq́ oxybaphi menſura epota magis eſt accommoda. *Anonymos anchuſa.*

Adarces.

ADarces, ſpũmã quandam ſalſilaginis congelatã præfert, in harundinetis ſtoreæ, calamisq́ adglutinata proueniens, ſummam habens acrimoniã, tantamq́ in calfaciendo uim, ut parũ abſit quin adurat, forinſecus corpori mixtis alijs applicatũ, alioqui per ſe inutile adarcion.

Siquidem

Siquidem intro in humanum corpus ipſum ſuſcipere, ne per ſomnium quidem, ut ita dicam, conuenit.

Adiantum, Herba cincinnalis.

ADiantum exiccandi, attenuandi, modiceq; diſijcendi poteſtate pręditum eſt. Medium aũt quodammodo locum calore & frigore temperatum ſortitum eſt: quamobrem caput ex alopecia glabrum capillis cõueſtit, eidemq; capitis uitio planè remedio eſt, tumores diſcutit. Quin & ueſicæ renumq; lapidoſa excrementa frangit ſi potetur. Opem pręterea adiantum ariditate ſua exiccando uiſcidis è pulmone excreationibus confert, & uentris compeſcit profluuium.

Aizoon, Pedum.

AIzoum, quod ſemperuiuum uocis etymologia interpretatur, maius & minus eſt, & utrunq; tertiæ quidem diſtantiæ refrigerantium. Exiccat uero & aſtringit aliquantulum, atq; ob hoc quidem ignitis cum inflãmatione rubedinibus, quæ græce ἐρυσιπέλατα uocant, aduerſat̃: atq; hulceribus, quæ à ſerpendo herpetas nũcupant, & inflãmationibus deniq; quæ ex deſtillatione oriuntur, Pedum herba ſuccurrit.

Aetonychon.

AEtonychi non hic loci, ſed infrà inter lapides precioſos mentionem iuſtam facere inſtituimus.

Athara, Pulticula.

AThara uel atherä, pulticula ſorbilis eſt, ex zea triticóue mollitis confecta, puerulis idonea & utilis, eadem cataplaſmatis accõmodatur.

Aegylops, Auena.

AVena herbula, quam ægylopa dicunt, diſijciendi poteſtate prædita eſt. Eapropter inflãmationes induratas, & ſui nominis in maiore oculi hirquo, qui ad nares fiunt abſceſſus, medetur ac ſanat.

Aegyros, Populus nigra.

AEgyros, quæ Romanis populus nigra eſt, calidę eſt potentiæ in primo temperatorum ordine, arefacit autem modice, & ex raris admodum eſt partibus. Populi nigræ folia cataplaſmatis more cum aceto impacta, dolores qui miſerã pedum ualetudinẽ ſequunt̃, amouent. Cæterũ quæ ex ægyro lachrymæ modo deſtillat reſina, maiorẽ calfaciendi uim habens, acopis inſerit̃, malagmatiſq; inditur. Fructus eius unà cum aceto in potu ſumptus, morbo comitiali languentes priſtinæ ſanitati reſtituit.

Aedœon, id eſt, uerendum maſculi ceruí.

MAris cerui genitale arefactum, & in uino leuigatum & eliquatum, ſi potetur, ictibus uiperinis ſubuenit: præterea medicaminibus quæ contra uiperarum morſus componũtur, nõ raro eius animantis pudendum confunditur.

Aethale, Fuligo.

AEthales, & lignyos, quæ utraq; fuliginem Latini dicunt, inferius in litera L fiet à nobis mentio.

Aethiopis.

AEthiopidis herbæ folia uerbasco sunt similia: Radicis eius elixatio pota, coxendicis doloribus, lateraliq; dolore languentibus, cruentum item sputum eijcientibus succurrit. Arterias præterea & scabredines cum melle præsenti remedio curat.

Hæma, Sanguis.

HAema Latini sanguinem dicunt. Nullus sanguis frigidus est: Suillus quidem humidior, minusq; calidus cæteris est, temperatura sua ab hominis sanguine ne tantillum quidem discrepans.

Hæma peristeræ, Sanguis columbæ.

SAnguis colũbinus, palumbinus & turturis adamussim fermè æqualis ac medij temperamenti. Calidus oculorum uitijs, quæ Græci ὑποσφάγματα dicũt, opitulatur instillatus. Crassiori cerebri membranulæ infusus, in his quorum calua perforata est, phlegmonas profligit.

Hæma glaucos, Sanguis noctuæ.

ADuersus spiritus angustias, quas græce dyspnœas appellãt, magna cum utilitate sanguis noctuæ nõ tam è uino quàm ex aqua potatur.

Hæma nycteridos, Sanguis uespertilionis.

VEspertilionum sanguis in uirginibus mammarũ incrementa custodit & compescit, si ipso perungantur. Ferunt etiam loca quæ eo illiniantur sanguine, depilari atq; glabrescere. Eiusdem facultatis esse affirmant sanguinem ranarum, chamæleontis, & ricinorum qui canibus tanquam affixi usq; adhærent, atq; ob id muscæ caninæ nomen obtinent. Atqui Galenus mendacium hoc esse asserit, facto rei periculo.

Hæma ægon, Sanguis caprarum.

SAnguis caprillus cum melle potus immodica sua ariditate aquis inter cutem medetur, & renum præterea calculos cõminuit.

Hæma catœcidion ornithon, Sanguis galli ac gallinæ.

POrrò domesticarum alitum, nempe galligallinacei atq; gallinæ sanguis, eruptiones sanguinis ex membranulis, quas græce meningas dicunt, supprimere perhibent.

Hæma arnon, Sanguis agninus.

COmitiali morbo, quem epilepsiam nominant, obnoxijs, strenue manus præstat auxiliares & salutares sanguis agninus.

Hæma eriphœn, Sanguis hœdorum.

SAnguineus item hœdorum liquor nondum concretus, sed à recens interempto hoc animante receptus, plus minus dimidiatæ heminæ mensura, cum tantundem aceti haustus, è pectore sanguinem cum sputo reijcientibus præsenti est remedio.

Sanguis ursorum, caprarum, hircorum &c.

SI abscessibus, quæ græce apostemata uocant, imponatur sanguis ursinus, caprearũq;, & hircinus, atq; taurinus deniq;, maturationis munia probe admodum exequi perhibent.

Sangui-

Sanguis crocodili.

SAnguis postremo crocodili terrestris oculorũ speciem exacuendi potentiã habere creditur, q̃d medicaminis genus Græci ὀξυδερκῆ uocant.

Sanguis admissariorum equorum.

COmmiscetur medicaminibus, quæ exedendo sunt (σηπτικὰ à Græcis ea dictantur) sanguis matricum equarum, & quæ admissuræ inseruiunt. Cæterum antidotus è sanguine quæ contra letalia uenena exhibetur, sanguinem anatinum, hœdinum & anserinum suscipit.

Aera, Lolium.

AEra, quod lolium Romani uocant, calfaciens est & arefaciẽs in tertio fermè à temperatis recessu, & iridi æquales atq; easdem omnino in medendo uires obtinet.

Acallis, aliâs Acacalis.

ACallis, quam alij acacalida dicunt, fructus est plantulę cuiuspiam in Aegypto prouenientis. Cuius utiq; dilutum collyrijs, quæ cuncta claritati oculorum officientia discutiunt, aciemq; eorum perspicaciorem reddunt, utiliter commiscetur.

Acacia.

ACacia siccificæ uirtutis est in ordine tertio, frigorificæ uero, si elota non sit, in distantia à temperatis prima, uerum ubi lota fuerit, secunda. Est porrò peracerba & terreæ essentiæ.

Acalyphe, Vrtica.

VRticæ non tam semina quàm folia subtiliorum sunt partium, citraq; omnem uellicationem arefaciunt. Tumores porrò præter naturam omne genus (puta cancrenas, phymata, parotidas, furunculos, & consimiles abscessus) distrahunt, atq; abstergunt, dejciuntq; per inferiorem aluum, inflandi etiam potentiam obtinẽt, sed moderate: quæ sanè caussa est, quod in rem uenereã tantopere proritat ac stimulat.

Acanthos, Spina uulgaris.

ACanthus, hoc est spina illa triuialis à quibusdã melamphyllon, à nõ nullis pæderota nuncupatur. Est autem ex eorum numero, quæ digerendi arefaciendiq; potentiam habent.

Acanthion.

ACanthium, non crassarum sed subtiliorum est partium, excalfactoriam facultatem obtinẽs, proinde his qui conuelluntur remedio est.

Acantha leuce, Spina candida.

SPinæ candidæ radix exiccatoriæ & modice adstringentis est potentiæ: quapropter non cõtinentibus cibum, quos Græci στομαχικὸς appellant, & cruentis reiectionibus auxilio est. Quin & dentium cruciatus pacat. Semen huius acanthæ tenuis essentiæ, calorificæq; potestatis est, quamobrem ijs qui conuulsionibus infestantur, conuenit.

Acantha Aegyptia, uel Arabica.

SVnt qui spinam Aegyptiam, acantham Arabicã nuncupent: ualidam

astringendi & arefaciendi uim hæc spina possidet: Quare nõ sanguinis modò, sed alias quoque fluxiones cohibet.

Aciros, Ocimastrum.

ACinus herba, quam ocimastrum uocant, ocimo similis, mediocres astringendi uires continet, eo fit quod pota aluum menses que comprimit ac sistit. Panis præterea, sacris que ignibus, si modo cataplasmatis inducatur, præsenti est remedio.

Aconitum, Pardalianches.

AConitum, quod pardalianches etiam appellatur, putrefaciendi & erodendi uim, uenenosam que facultatẽ obtinet: quam ob caussam in cibo potu que manibus pedibus que uitandum: ad putrefaciendum tamen & exedendum carnes erumpentes, aconito pardalianches utendum.

Aconitum, Lycoctonum.

CAeterum quod aconitum lycoctonũ appellatur, similis atque eiusdem propemodum superiori facultatis est, sed peculiariter lupos interficit, ceu proximum illud pardos.

Acorus, herba Venerea.

ACorum calfacit & exiccat in tertia à media temperie distantia. Probatur radicis eius usus ad proritandũ lotium, & ad lienis scirrhum, quod est insensibilem duritiem. Extenuat præterea atque exterit ceratoidis claritati officientem crassitiem.

Acrides, Locustæ.

ACrides, quæ latine locustæ dicuntur, suffitæ meiendi difficultatem, maxime mulierum sanant: sed quæ ἄπτερος, hoc est alis destituta locusta dicitur, scorpionum morsibus cum uino pota succurrit.

Acte, Sambucus, & Ebulus.

ACte, cum magna, tum humilis, & coactę ad terram breuitatis, quam Græci chamæacten nuncupant (Ebulum hanc, illam sambucum Romani uocant) utræque exiccandi, & tẽperate disijciendi, conglutinandi que facultatem obtinent, & non tam bibitæ quàm esæ etiam aquas per uentrem inferiorem pellunt.

Hales, Sales.

SAles in uniuersum omnes magnopere desiccant, atque stipant. Ideo que quicquid humoris in corporibus continetur, id totum uel depascendo consumunt, uel mordacitate sua subducunt: Proinde salsamenta condiunt, & à putredine uindicant. Sed cremati, ualidiorem distrahendi digerendi que potentiam habent.

Althæa, Ebiscus.

ALthæa uel Ebiscus, maluæ syluestris genus est, cui uis & natura dissipandi, laxandi, inflãmationes leuandi, placandi, tubercula denique coctu que difficiles abscessus maturandi inest. Radix porrò eius & semen cætera quidem pariformiter folijs agunt, sed uitiligines insuper detergunt, & semen calculos confringit.

Halimum,

Halimum.

HAlimon dissimilaris est essentiæ, sapore salsuginoso, atq; subastringens. Plurima uero eius essentia temperate est calida, cum uditate coniuncta. Lac pariter & semen genitale plantula hæc generat.

Alcæa.

ALcæa quoq; agrestis maluæ species est, quæ cum uino pota intestinorum torminibus ac morsibus medetur, præsertim eius herbulæ si potetur, radix.

Alcyonia.

ALcyoniorū omnia genera detergunt ac distrahunt, qualitatem habentia acrē, eiusmodi sanè est, quod uocant Milesiū. Bonitate uero post se cætera relinquit, quod uermis præfert faciem, colore purpureo: quod combustum medetur alopecijs, lichenas & uitiligines exterit. Sed quod extima superficie leui, interna substantia quāmaxime scabrum atq; asperum, non modò cutem extergit, sed excoriat etiam usq; in altitudinem, & molitur hulcera. Vltimum siccis lanis est simile, id quod nō parum reliquis omnibus habetur imbecillius. *Quatuor alcyoniorum genera.*

Halme, Muria.

HAbet salsugo siue muria immixta quidem, etsi alterius essentiæ, cōsimiles sali in exterendo facultates, licet non tam ualidas aqua admixta. Muria porrò salsorum piscium, oliuarumq; sale conditarū, quas colymbadas dicunt, in extergendo maiorē uim continet, atq; ob id quidem contra coxendicum dolores, & exhulcerata intestinorum tormina, clystere magna cum utilitate infunditur.

Aloë.

ALoë ex eorū medicamentorū numero est, quæ excalfaciunt in ordine primo, & arefaciūt in tertio. Est aūt aloë medicamen stomacho, si ullum aliud gratissimum, ut quæ pariter abstergendi, distrahendi, & aluo oletulum eiectandi uires continet idoneas: inter hæc enim medicamina censetur, quæ ἐκκοπρωτικὰ Græci dicunt. Verū elota, imbecilliorē q; lotionis expers, exterendi uim possidet: atqui magis amica uētriculo, & ἀφλέγμαντος, hoc est inflāmatione leuat, hulceribus cicatrices detrahit (ut puta ex horum medicamentorū classe, quæ Græci uocant ἀφλεγμαντικὰ) potissimum his, quæ ani & genitalium loca torquent.

Halos anthos, Salis flos.

HAlos anthos, hoc est salis flos, liquidum medicamentum est, multo subtilioris essentiæ quàm sales cremati, acris qualitatis, & admodū distrahentis potentiæ.

Halos achne, Spuma salis.

SPumosa salis efflorescentia, halos achne, hoc est salis spuma est, longe subtiliorū partiū ipsis salibus, uehementius prēterea extenuans ac digerens; uerū ad contrahendū quod reliquū est, minus q; sal ipse efficax.

Alsine, Auricula muris.

ALsine, quam nõnulli Græcorum μυὸς ὦτα, quod est auriculam muris appellant, comparem omnino helxinæ potestatem sortita est, frigorificam scilicet & humectantem, quamobrem feruentibus inflammationibus ceu præsens remedium congruit.

Alypon.

ALypon herbæ semen per inferna atram bilem expurgandi uim obtinet, sumptum cum pari epithymi pondere, adiectis salibus & aceto, leui tamen exhulceratione intestina afficit.

Alysson.

ALysson frutex inde quidem nomenclaturam sortitus est, ἀπὸ τοῦ τοὺς λυσσοδήκτους ὀνινάναι, quod auxilio minime ficulneo rabidorum canum morsibus succurrit. Habet uero facultatem siccificam, distrahentem, ita quidem ut cum his abstersoriam quoq; potestatem obtineat, eapropter infarctos renũ meatus obstructione liberat, & ephelin, hoc est aspritudinem, & decoloratam tanquam à solis ardore cutem exterit.

Alopex, Vulpes.

OLeum in quo tota uulpes uiuens uel extincta elixa est, tantã distrahendi potentiam obtinet, ut qui in imo hærent corpore humores, in summã cutis superficiem extrahat. Qua ratione oleo istoc impleto solio, ualidissimis artuũ doloribus uexatos, toto corpore inscendere, diutiusq; immorari in eodem cogentes, languorem inchoatum sedauerunt, & qui multam in eo moram traxerunt, hoc medio sanitatẽ assecuti sunt.

Amaracum, Maiorana.

AMaracum, quod Latini maioranam uocant, est calfacientium tertij ordinis, arefacientium uero secundi.

Amarantum.

AMarantum, extenuantis & incidentis est naturę, cum uino itaq; potum menstrua proritat agitq;, sanguinẽ in minima frustula conglobatũ liquat atq; dissoluit cum œnomelite haustũ. Vno uerbo, omes si potetur, fluxiones arefacit, stomacho tamen admodũ infestum & exitiale.

Ambrosia.

AMbrosia potentiam habet constipantem & eiectantem, si cataplasmatis modo fuerit illita.

Ammi.

AMmi calfaciendi & exiccandi uim habet in tertio à temperatis gradu, tenuiorisq; cõsistentiæ, discutientis & urinã prolicientis naturę existit: Cuius herbæ seminis usus, tanq; optimæ frugis cõmendatur.

Amianton.

NAscitur in Cypro insula amianton, scissilis omnino aluminis faciem præ se ferens, inflammatũ quidem ab igne, nõ tamen combustum. Vtuntur amianto nõnulli ad unguenta depilatoria, à Græcis ψίλωθρα appellata, maxime uero quæ ad arefaciendum concinnantur.

Ammos,

Ammos, Harena.

SAbulum in littoribus maris potentioris eſt poteſtatis exiccatoriæ: ſuccenſum igitur ſub ſole, aquoſa arefacit corpora, ſi eo aggeris modo obruantur & ſepeliantur: arefactum uero calfactumq; , fomentũ ſiccum milij ſalisq; loco præſtat.

Ammoniacũ thymiama, Gutta ammonica odorata.

GVtta ammoniaca quæ ad odorẽ uaporatur, liquor eſt ferulæ, intenſam emolliendi facultatem obtinens, adeò ut duritias non ſenſiles, quas ſcirrhos uocant, & articulorum tophos diſſoluat.

Amorge, Amurca.

AMurca è ſecũda claſſe eſt potenter calfacientiũ & ſiccantium intenſe. Quo quidẽ modo corporũ ſiccioris tẽperamenti hulceribus medetũ: quę uero in alijs omnibus continentũ, cõtendit amurca & exaſperat.

Ampeloprasum, Agreſte porrum.

AMpeloprasum, tanq; ſylueſtre praſon, hoc eſt porrum acerrimum exiſtit, calidiſſimæq; facultatis in extremo à tẽperatis receſſu. Quocirca ſumptum affligit, ſed uiſcidos lentosq; humores incidit, & organa obturata obſtructiõe liberat. Quin & ſtomacho quoq; pernicioſum eſt.

Ampelos agria, Vitis ſylueſtris.

AMpelos agrias, hoc eſt, uitis ſylueſtris cum racemi, tum uirgulta, quas ἀκρέμονας Græci nuncupant, abſtergentis ſunt potentiæ, nonnihil tamen interim ſtipticitatis obtinent.

Ampelos hemeron, Vitis domeſtica.

AMpelos hemeron, uitis uernacula, ſatiua, & cõtubernalis, conſimilem omnino atq; eandem fermè quam uitis ſylueſtris facultatem habet, niſi quod in omnibus imbecillioris & minus efficacis eſt potentiæ.

Ampeloleuce, Vitis alba, Bryonia.

BRyoniæ, quam Græci ἀμπελολεύκην quoq;, id eſt uitem candidam, & ψίλωθρον à depilandis corijs, quem uſum habet, nominant, ramuli ueluti ſtomacho accommodati, manducantur, & lotium proliciunt. Radix uero extergendi uim habet, & ſubtilium eſt partium, ac temperate calida: qua ratione ſplenes induratos ſi bibatur, liquat. Cum caricis eadẽ foris cataplaſmatis inſtar illita, ſcabies quas pſoras dicũt, lepras q; medicatũ.

Ampelos melæna, Vitis nigra.

VItis nigra Græcis ἄμπελος μέλαινα dicta, & ipſa bryoniæ nigræ uidelicet nomen habet, per omnia prędictã refert, niſi q̃d inefficacior eſt.

Amygdala amara.

AMygdala amara extenuant, & ab obturatione tenaciũ craſſorumq; humorũ qui in alto corporis hęrent, uindicãt, cutem extergendi potentiam obtinent. Eiuſdem etiam facultatis ipſa arbor eſt.

Amygdala dulcia.

AMygdala glycea, quod eſt dulcedinem quandam guſtu præferentia, temperatam admodum caliditatem ſortita ſunt.

Amylum.

COnficitur amylum ex purgato tritico ad hunc modum: Triticũ aqua ut madeſcat irrigat̃, ſub Syrij ſtellæ, quam caniculã dicũt ardoribus, aqua transfuſa & cõmutata per diem quinquies: Vbi aũt maceratũ iam & eliquatum probe fuerit, teneritudinemq́ omnino contraxerit, colata aqua, denuoq́ infuſa, furfures ſupernatantes cribro excepti ſeparantur, & quamprimum ſub ſole ſiccantur, priuſq́ aceſcat. Hoc modo confectũ amylum, facultatẽ modice frigorificã ſiccificamq́ poſſidet: adhæc aſpredinem quamcunq́ placandi mitigandiq́ poteſtate regnat.

Amomum.

AMomũ uiribus acoro penitus compar & affine eſt, præterq́ quod acorus maiorem ſiccandi, amomũ uero coquendi poteſtatẽ obtinet.

Anagallis.

ANagallis utraq́ admodum extergentis eſt potentiæ, caloris uero nonnihil etiam continet, & nõnullas trahendi uires, adeò quidem ut ſurculos, ſpinas, corpori infixa euellat. Cremor ipſarum caput per nares mucum exugendo purgat.

Anagyrus.

ANagyrus teterrimi odoris frutex eſt, acrimoniam habens, calfaciendiq́ & diſtrahendi potentiã. Semen autem anagyri ualde tenuium eſt partium, & ciere ſolet uomitum.

Andrachne, Portulaca.

POrtulaca ex tertia claſſe refrigerantium eſt, humectantium uero ſecunda: qua de cauſſa æſtuantibus aluo impoſita opitulatur, fluxus expellit: Dentiũ præterea ſtuporẽ, qui ab acidorũ contactu cõtrahitur, ſuo lentore explanat ac mitigat. Quoniã aũt ſtipticandi quoq́ facultatẽ habet, opem nõ inſtrenue dyſenterijs & ſanguinis eruptionibus cõfert.

Androſæmon, hoc eſt, humani ſanguinis herba.

ANdroſæmon (uel andraſiamion) duplex eſt: alterum quidem aſcyrrhon ſiue aſcyrrhoides uocatur, & eſt ſpecies hyperici: alterũ uero Dionyſias nuncupatũ eſt. Vtriuſq́ ſemen expurgandi uim continet, ſed folia earum potentioris facultatis ſunt ſiccificæ.

Androſarces.

ANdroſarces herba, amarorem & acrementum habet, naturamq́ diſtrahendi & arefaciendi. Poteſt non tam herba ipſa, quàm ſemen eius, ſi potentur, urinam ducere.

Anemone.

ANemonæ omnes acres ſunt, & abſtergẽtis naturæ, euellentisq́, & ora uaſorum aperientis. Pituitam itaque euocant, & lepras detrahunt appoſitæ, lacq́ eliciunt.

Anethum.

ANethũ calfaciendi quidẽ extenſam habet facultatẽ in receſſu à temperatis ſecundo, arefaciendi uero remiſſius, qua ratione oleo elixatũ diſijcit, dolores ſedat, ſomnũ cõciliat, crudos & incoctos humores concoquit.

coquit. Crematũ porrò tertiam calfaciendi,ſiccandiq́ꝫ diſtantiam induit, & propterea hulceribus humore flacceſcentibus impactũ ſubuenit: Cæterum liquidius, minusq́ꝫ calidũ, coquendi munere præditũ eſt uiride.

Anthyllis.

ANthyllidis duo ſunt genera, ſed utraq́ꝫ arefacit hulcera: Cæterũ ea quæ chamæpityi nõ abſimilis eſt, ex tenuioribus conſtat partibus, quàm altera, ita quidem ut & comitiali morbo obnoxios iuuet. Poſtremo in extergendo maiorem efficaciam exerit quàm altera.

Aniſum.

ANiſi ſemen acrimoniam minime uulgarem habet: calidũ præterea eſt & aridum in tertia à temperatis diſtantia, atq́ꝫ ob id quidem lotium elicit, & flatus deniq́ꝫ diſcutiendi uim retinet.

Antirrhinum, & Anarrhinon.

ANtirrhinum uel anarrhinon, bubonio, hoc eſt inguinali herbæ ſimilem ſortita eſt potentiam, ſed imbecilliorem: ex illo igitur etiam huius coniecturam facito.

Anonis, uel Ononis.

ANonis ononis'ue excalfactoriæ uirtutis eſt, præſertim radix: cuius ſuccus cum uino potus, non lotium modò proritat, uerum lapides etiã atterit, cruſtasq́ꝫ frangit & detrahit, ac dentiũ deniq́ꝫ cruciatus lenit.

Aparine.

AParine, ſunt qui philanthropon, qui omphacocarpon uocãt, lenem habet abſtergẽdi calfaciendiq́ꝫ potentiã, & eſt ſubtiliorũ partium.

Apios, Pirus.

APios, quã pirum latini cognominant, diſparis temperaturæ eſt: partem etenim unam terream, aliam aqueam obtinet. Quapropter eſu pira ſtomachũ oblectant & adiuuãt, ſitim ſedant. Quod ſi cataplaſmatis modo illiniantur, exiccare & moderate refrigerare aſſolent.

Apocynon, Cynocrambe, Braſſica canina uel ruſtica.

APocynũ uel cynocrambe, hoc eſt canina braſſica. Vocatur aũt hæc herba à quibuſdã cynomorũ, id eſt canum mors, quod canes enecet ocyſſime: ſed & homini letale uenenũ eſt, ſatis tetrum odorẽ ſpirãs, citra ariditatem calida. Quocirca emplaſtri more impacta, ſtrenue diſtrahit.

Apochyma, Pix zopiſſa.

APochyma, reſina zopiſſa, uetus à nauigijs deraſa pix eſt: ea diſſipandi uires habet, quoniam marino ſale macerata eſt: arefaciendi inſuper & digerendi tumores facultatẽ reſina zopiſſa obtinet.

Arachne, Araneus.

ARachne animal, autore Dioſcoride, in emplaſtrum emollitũ, frontiq́ꝫ & tẽporibus impoſitũ, tertianarũ febrium circuitus perſanat: Tela uero eius adhibita, ſanguinis eruptionẽ compeſcit. Et hulcera quæ ſummæ cutis ſuperficiem occuparunt, ab inflãmationis iniuria uindicat.

Argemone.

ARgemones herbæ poteſtas in abſtergendo & diſſipando ſita eſt.

Ariſaron.

ARiſarum multo minus quantitate quàm aron eſt, qualitate acrius, radicem oliuæ multo grandiorem obtinens.

Ariſtolochia, Malum terræ.

OMnes ariſtolochiæ ſpecies calidæ ſunt potentiæ, & ſubtiliorũ partium, in abſtergendo efficaces, amarulentæ & ſubacres, atq; ad medicationes multo utiliſſimæ: Verum rotunda tenuitatis longe plus, & ad omnia uires efficaciores cõtinet. Sed quę clematitis appellatur, fragrantior quidẽ, ad ſanationes uero imbecillior. Longa porrò inter utrãq; medium facultatis locũ obtinet, niſi q̃d caliditate ſua rotundæ nihil cõcedit.

Ariſtolochia rotunda. *Clematitis.* *Longa.*

Arceuthos, Iuniperus.

IVniperus calfactorię ſiccificęq; in tertio ordine facultatis eſt. Fructus eius arboris pari quidem modo calfacit, uerum non tam aridus eſt: atque in hoc primæ à temperatis eſt diſtantiæ.

Arcion.

ARcion herba, quam & Proſopiten cognominãt, folia colocynthidis ſimilia cõtinet, ampliora uero & duriora. Naturæ diſtrahentis eſt, & exiccantis, ſed habet nõnihil aſtringentis potentiæ: Qua quidẽ ratione folia uetuſtis hulceribus ſuccurrunt impoſita.

Arctium, Lappa minor.

ARctium uerbaſco per omnia ferè forma reſpondet: radicem uero tenerã, candidam, & dulcem poſſidet. Attenuantis naturæ exiſtit: arefaciendi itaq; admodũ, mediocriterq; extergendi facultatẽ obtinet.

Armeniacum.

ARmeniacum abſtergendi uirtute cum leuiuſcula acredine, & exigua ſtipticitate præditum eſt: qua de cauſſa ocularibus inditur remedijs. Prodeſt itidem ad pilorum in palpebris incrementum.

Arnabo.

ARnabo in odoramentorũ cenſu eſt, cuius rei gratia unguentis ſubinde inſeritur ab unguentarijs, tertij calfacientium & arefacientiũ ordinis, caſſiæ carpeſioq; ſimile: Quãobrem in eius penuria Poſidonius cinnamomum in ipſius locum ſubſtituendum eſſe cenſuit.

Arnogloſſum, Plantago.

PLantago frigorificæ pariter & ſiccificæ facultatis eſt, ſecunda à temperatis diſtantia, mixtoq; temperamento conſtat, partim quidẽ terrenæ, partim uero aquoſæ eſt ſubſtantiæ. Obtinet adhæc auſterũ quiddam atq; aſtringens arnogloſſum. Ob eam itaq; cauſſam aduerſus moroſa atq; malefica, quæ Græci κακοήθη appellauerunt, hulcera remedio eſt: quo nomine ſymmetria uidelicet & cõuenientia temperiei putredinibus & fluxionibus ſtrenue aduerſat, & hæmorrhagias compeſcit: atq; ut ſemel dicam, multiplicis uſus eſt, & plurimis conferens: ariditatis etenim abſq; uellicatione particeps eſt, frigiditatẽ torporis expertẽ obtinet.

Arum.

ARum ex prima calfacientium & arefacientium claſſe conſiſtit, terream

ream & ipſum conſiſtentiam ſortitum eſt, ſed calidam atq; extergentem. Radices tamen eius maiorē quidem calfaciendi uim poſſident, non adeò tamen ualentem quàm dracontium.

Arſenicum, Auripigmentum.

AVripigmentum urentem habet potentiam, quo ad denudandam pili his quamuis corporis partē uulgò utuntur: Atqui niſi mature detrahatur, ne cuti quidem ipſi parcet, ita quidem ut eadem pſilothrū ſequatur. Cæterum uſtione ſubtilioris redditur eſſentiæ.

Artemiſiæ.

VTræq; ſpecies artemiſiæ calfaciendi uim habent in ſecundo à medijs receſſu, exiccandi uero in primo. Conſtant uero ex partibus raris, ſubtilibusq;. Qua utiq; ratione renum lapides egregie confringūt, & ad muliebrium locellorum fomentationes accommodæ ſunt.

Artos, Panis.

CAtaplaſmatis modo illitus panis potentiorē habet in diſtrahendo facultatem quàm triticū, id quod ad ſalis & fermenti naturā referendū eſt: Præditum enim extrahendi facultate fermentum exiſtit.

Aſarum, Perpenſa.

ASarum, quam Romani perpenſam dicunt, acoro aſſimilis eſt potentiæ, ſed paulò magis intenſæ.

Asbole, Fuligo pictorum.

FVligo qua pictores utuntur, quæq; ex uitriarijs officinis colligitur, diſtrahentis & acris eſt potentiæ: proinde non tam adurit, q̃ exedit. Combuſtis præterea cicatricē diſcutit fuligo pictoria, ſi cum cerato quod unguine roſaceo coactum fuerit, confundatur.

Aſcalabotes.

AScalabotes animal, tametſi ad alia nihil adferat momenti, à ſcorpij tamen ictu cōpunctos iuuare perhibent, ſi plagę imponatur. Commiſcetur etiam intendendi facultatem habentibus medicamentis, quæ Græci ἐπιτατικά, hoc eſt intenſiua cognominant.

Aſclepias.

QVum aſclepias herba calidæ & aridæ facultatis ſit, ſubtiliumq; partium torminibus, quę ſtrophi dicunt, uexatis cum uino ſumpta ſuccurrit. Cataplaſmatis aūt modo impacta facit optime aduerſus uenenatorum ictus; uteriq; & mammarū maligna & rebellia hulcera medetur.

Aſcyrrhon.

DE aſcyrrho in hiſtoria Androſæmi ſatis memoratum eſt.

Aſpalathos, Eryſi ſceptrum.

ASpalathi facultas ex diſſimilaribus conſtat partibus, guſtu quidem acribus pariter & aſtringentibus. Ex utriuſq; igitur ratione ſiccificæ eſt potentiæ, atq; ob id quidē medendis putredinibus necnon profluuijs ac deſtillationibus frutex ille eſt perquamaccōmodus.

Aſparagus.

ASparagus petræus ſiue myacanthinus abſtergēdi uim poſſidet me-

dia ad unguem temperie inter caliditatem & frigiditatē. Inde renum & hepatis meatus ab infarctu & obturatione uindicat, præſertim radices ipſius ac ſemen: quinetiam dentium cruciatibus ſua ariditate medetur.

Aſplenum.

ASplenum facultatis quidē eſt partium attenuantiū, uerū minime calidū, quo utiq; nomine calculos atterit, & renes liquefacit ac minuit.

Aſtaphis, Vua paſſa.

ASTaphis, ſatiua quidem coquendi pariter & ſpiſſandi, moderateq; diſiĳciendi uires obtinet: Syluestris uero & inculta, potentioris acrimoniæ eſt, tantę profectò, ut pituitā & quoſcunq; noxios humores capi 1
tis per os deducat & expurget, quinetiam ut ualenter abſtergat.

Aſter Atticus, Bubonium, Inguinalis herba.

ATticus aſter herba, quam alĳ bubonium, id eſt inguinariam ob hoc ipſum appellant, quod nō ſolum cataplaſmatis more impacta, uerū adalligata etiam ſuſpenſaq; bubonibus prodeſſe atq; opitulari adeò creditur. Habet inguinalis hæc herba quiddā diſcutiens, & refrigerans nō nihil, hinc non ſimplicis, ſed mixtæ dicitur eſſe poteſtatis.

Aſtragalus, Ficus terræ, ſeu glandula.

ASTragalus, puſillus breuiſq; fruticulus eſt, radice adſtringente, arefaciens nō inſtrenue. Hulceribus itaq; diuturnis cicatricē inducit & glutinat: Alui fluores cohibet, radix in uino elixa & pota. In Phæneo 2
Arcadiæ plurimo prouentu hic frutex naſcitur.

Aſphaltus, Bitumen.

BItumen ſecundi ordinis areſacientium & calfacientium eſt, qua de cauſſa uulnera cruenta conglutinat.

Aſphodelus, Haſtula regia, uel Albucum.

HAſtulæ regiæ radix cum abſterſione qua prædita eſt, diſcutiendi quoq; facultatem obtinet. Deuſtæ autem cinis multò magis, quàm uſtionis expers, tum excalfactoria, tum reſiccatoria, ſubtiliorūq; partiū reddit̄. Qua de re capillorū defluuĳs, alopecĳs uidelicet pulchre mede̅t.

Attractylis, Fuſus agreſtis, uel Colus ruſtica. 3

COlus ruſtica (quam attractylida græce uocant) uel cnicus ſylueſtris, planta ex ſpinarum exiſtit genere, perſiccatoriæ & mediocriter calorificæ potentiæ.

Atraphaxis, Atriplex.

ATriplex humida quidem in ſecūdo à media temperie exceſſu, gelida uero in primo, ideoq; uentrem ocyſſime permeat. Semen herbę huius abſtergendi uim obtinet, quam ob rem contra morbum regium ex iocinoris præfarctu natum, utilis eſt.

Aphace.

APhace exiguus frutex, modo lentis adſtringit: eſtur quidē ſicut & 4
ipſa lenticula, cōcoctioni uero cōtumacius renititur. Sed potentiorem arefaciendi uim cum moderato calore poſſidet.

Apho-

Aphonitron.

APhonitrum, tantæ digerentis & abſtergentis eſt potentiæ, ut non ſordida queq; tantum detergere & expurgare, ſed prurigini etiam opitulari poſſit. Lædit autem ſi potetur, ſtomachum.

Aphronitron, Spuma nitri.

SPuma nitri, eiuſdē cum nitro tum naturæ tum facultatis eſt, niſi quod ſubtilioris eſt eſſentiæ: ac proinde contritum & leuigatum triticeæ farinæ ſpeciem exhibet.

Achras, Pirum ſylueſtre.

AChrades uocatæ æqualis cum piro potentiæ ſunt, ſed magis q̃ reliqua pirorū genera extēſę: cuius rei gratia ampliora cōmittit hulcera

Abſinthium.

ABſinthium ex prima calfacientiū claſſe eſt, exiccantium uero ſecunda, ſtipticamq; & amarulentā, & acrem, uincentes ſimul qualitates poſſidet, qua ratione biliofos uentris humores cum per aluū inferiorē, tum per lotiū exhaurit. Quibus uero pituita in uentre retenta redundat, his ſanè ob uim adſtrictoriā nihil opis præſtiterit abſinthiū: cremori aūt eius quàm herbæ multū in calfaciendo maior & præſtantior uirtus eſt.

DE HIS QVAE A LITERA B INCHOANT.

Balanus, Myrepſica, Myrobalanum.

BAlani myrepſicæ, hoc eſt glandis unguentariæ internū, puta carnoſum, abſtergēs & incidēs facultate eſt, ſed admixta quędam eſt adſtrictio. Ob hæc ſanè nō uomitiones modò cōcitat, ſed per egeſtionē quoq; infernā alui excrementa largiter deijcit, cum aqua mulſa drachmæ unius pondere ſumptum. Cæterum cum poſca cōtra uiſcerū obſtructionē infarctumq; remedium eſt: Quin foris cutis etiam uitia cum aceto illitum, efficaciter exterit & emendat. Cortex itidem eius uehementem adſtringendi facultatem poſſidet.

Baccharis.

BAccharis perodora & fragrantior eſt herba, cinnamomū odoratum referens, coronaria, acrimoniam guſtu relinquens: Cuius radix elixa obſtructionibus liberat, lotia ducit, & menſtruas purgationes promouet. Folia eius herbæ propter aſtringendi qua prædita ſunt potentiam, cohibendis fluxionibus accommodata ſunt.

Balauſtium.

BAlauſtium ſylueſtris mali Punici flos eſt ualenter adſtringēs, aridæ & egelidæ cum naturæ tum facultatis. Hulcera igitur quæ ſummam occupant cutē cicatrice obducit ocyus, & omē genus profluuia cohibet.

Balſamum.

XYlobalſamū, id eſt balſami lignum, calfaciendi & arefaciendi uim Xylobalſamū.
habet ſecunda à medijs diſtantia, & attenuantium eſt partium. Cæterum quod opobalſamū, hoc eſt liquorē balſami uocant, longe ſubtiliorum Opobalſamū.
eſt partiū quàm planta: Carpobalſamū porrò, quod eſt fructus bal Carpobalſamū
ſami, eiuſdem quidē facultatis eſt, ſed multo ſubtilitate partium inferior.

Balote, Marrubium nigrum.

BAloten alij μέλαν πράσιον, hoc est marrubium nigrum uocant, acrem & detergentẽ habet potentiam. Cataplasmatis itaq; modo cum sale impactum, ictibus rabie perciti canis opitulatur.

Batus, Rubus.

RVbi fruticosum potentẽ adstringendi uim habet, neq; siccandi obscuram, quo nomine uulnera conglutinat, & destillationes omneq; genus fluores cõpescit. Radix eius præterquam quod constipat frequentius, non exiguam habet consistentiæ subtilitatem, qua lapides renum confringit. Fructus porrò siquidem maturus fuerit, cum moderata quadam adstrictione calidior est, ob hoc itaq; uescus est: Crudus uero & immaturus cõstringit & exiccat, depositus & desiccatus magis ac potentius quàm recens. Eiusdem quoq; facultatis flos est.

Batrachium, Ranunculum.

QVatuor sunt ranũculi herbę speciatim discrimina, omniũ uero plus iusto calidior & aridior est potẽtia, acris uidelicet & urens, adeò ut nõ sine dolore exhulceratiõnẽ inducant. At si intra modũ eis utare, cutis tantũ uitia abstergunt. Radix aũt eius arefacta, ex eorum medicamentorũ numero est, quæ sternutationẽ prouocãt, πταρμικὰ à Græcis appellata.

Batrachi, Ranæ.

RAnæ in iure esculento elixę, à uirulẽtis ictibus percussis utiliter edũtur: combustarũ uero cinis, quoniam deustione siccissimus efficit, nõ tam sanguinis eruptiones sistit, q; admixta liquida pice alopecias sanat. 2

Bdellium.

BDellium tam Scythicum quàm Arabicũ, ad indurata emolliendum quodãmodo natum est, præsertim uero recentia. Verum Arabicum urinam quoq; proritat, lapides cõminuit & concoquit.

Betonica.

VEtonica persubtilibus admodum ramulis herba est, frondes pulegio similes sortita, sed graciliores, & tantum non sine sapore gustantibus, prouenit frequenter locis saxosis, qua maxime in renum afflictionibus utuntur. Est uero apud Romanos etiam alia quædã betonica cognominata, quæ à Dioscoride cestron uocat, ab alijs uero psychrotrophon, eo quod gelidissimis gaudeat locis, excepta efficacia nihil possidens affine aut simile superiori: ad prouocandum lotium, & ad alia bene multa egregie prodest. Porrò radix ipsius uomitiones irritat, si cum hydromelite bibatur: folia autem aluum deijciunt. 3

Betonica Romana.

Bechium, Tussilago.

BEchium, sunt qui bechicon nũcupent, inde adeò quod βῆχας, hoc est tusses, & nõ nisi recta ceruice spirandi angustias, quas Gręci ὀρθοπνοίας dicunt, persanandi prærogatiuam quandam habere uideatur suffitum. Composita uero tussilago est è calida & aquea substantia. 4

Blitum.

BLitum esui peridoneum olus est, algentis naturæ & frigorificæ, in secundo à medijs excessu.

Bulbus esculentus.

BVlbus qui edendo est, leuem quandā amaritudinē, pariterq; adstrictionis pusillum cōtinet, desiccat, abstergit, & conglutinat uulnera.

Bulbus uomitorius

BVlbus aūt uomitorius esculento longe calidioris est potentiæ.

Botrys.

BOtrys, quam ambrosiam nonnulli, quidam artemisiam nuncupant, planta est insigniter odorata, quæ cum uino sumpta, orthopnoicis, hoc est, non nisi recta ceruice spirantibus opitulatur.

Bubonium, Inguinalis.

BVbonium aster Atticus nuncupatum est, de quo in eiusdem asteris historia satis memoratum censeo.

Buglossum, Lingua bubula.

BVglossum tēperaturæ calorificæ & humectantis est, quamobrem in uinum deiectum, animi uoluptates lætitiamq; inducere perhibent.

Bunium.

BVnium, quod aliqui arction dicunt, temperaturæ calidæ est, urinam mulierumq; purgationes iuxtà promouet. Falsò uero bunium, quod φσυδοβόνειον Græci nominant, illi est assimile.

Buprestis.

BVprestis bestiola est, cantharidi cum forma tum facultatibus nō absimile, eamq; ob caussam haud aliter quàm illa reconditur.

Butyrum.

BVtyrum facultatis concoquentis & mediocriter distrahentis est, in tenellis & mollibus corporibus. Bubonibus itaq; & abscessibus circa aurem pręsenti est remedio, gingiuas extenuat, pręsertim puerorum dentientium, sed & omnes pectoris affectiones si lingatur, concoquit.

Buphthalmum, Bouis oculus.

BVphthalmon florem gerit chamęmelo similimū, uerum multo grandiorem & acriorem: qua de caussa discutiendi etiam uim obtinet, ita quidem, ut duritias quoq; cerotæ mixtum curet.

Brathy, Sabina.

CVpresso folijs herba sabina similis est, calfaciendiq; potestatem simul & arefaciendi in tertio à temperatis excessu obtinet, & tenuissimis essentiæ partibus constat, extenuantis itaq; potentiæ & digerentis pota existit. Sepedonibus cupressi more accommodatur.

Bretanica.

BRetanica astringendi pariter & conglutinandi ui prædita est, syluestri rumici facie & figura similis. Expressus ex bretanica succus oris putredinibus subsidio est.

Bromus.

BRomus legumen uiribus hordeo reſpondet. Arefacit autem, & moderate citra uellicationem diſtrahit, ſtipticitatisq; nõnihil obtinet, ac proinde uentris fluoribus, quas διαῤῥοίας appellant, remedio eſt.

Bryon thalaſſion, Alga.

BRyon thalattion refrigerantis & aſtrictoriæ eſt potentiæ, feruentibus itaq; inflammationibus cataplaſmatis more illitum, ſubuenit.

Bryon ſiue Splanchnon.

BRyon quod ſplanchnon à quibuſdam nuncupatur, in roboribus albisq; populis pariter & piceis repertum, digerentis ſimul & emollientis mediocriter potentiæ eſt, præſertim illud quod in cedrinis arboribus inuenitur.

Bryonia.

IN uitis candidæ hiſtoria explicata brionia eſt.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA G.

Gala, Lac.

LAc omne è tribus conflatum eſt eſſentijs, caſeoſa, ſeroſa ac pingui, qua cumprimis abundat bubulum, unde & butyrus efficitur. Serum uero lactis abſterſoria præditum eſt potentia, qua de cauſſa aluum quoq; ſubducit, ſi quis decoctione ipſum diſpeſcat: caſeoſa uero lactis pars, craſſumq;, emplaſtris magis congruit, atq; id quidem propterea quod retundit acredinem & hebetat. Lac porrò ſiue cum littoralibus lapillis aliâsue decoctum inculpatius quadantenus fit, & præſtantiſſimum inteſtinorum torminibus, & acribus uentris fluxionibus remedium. In totum uero lac quantumquantũ eſt, contra acria oculorum rheumata & alias quaſcunq; acrimonias competit. Temperatiſſimum autem omnium lac eſt humanum, mox caprillum, deinde aſininum pariter & ouinum, poſtremo bubulum.

Lac decoctum.

Gale, Muſtela.

MVſtelæ crematæ cinis abunde diſtrahit: cum aceto itaq; illitus, miſera pedum ualetudine arthritideq; oppreſſos medicatur: torrefactus autem Magno etiam morbo manus porrigit auxiliares.

Galion.

GAlium appellationem ſuam ab eo quod lac coagulet, obtinuit: eaſdem uero cum aparina uires, deſiccãdi nempe cum acrimonia quadam leni coniunctas ſortitum eſt. Flos eius contra ſanguinis eruptiones & combuſta præſenti & egregio eſt præſidio.

Galipſis.

GAlipſis alij galibdolon nuncupant, eà urticæ neutiquam abſimilis eſt herbula, leuorem tamen maiorem, uiroſumq; & graueolentem emittit odorẽ: diſtrahendi, ſcirrhoſoſq; tumores emolliendi facultatem obtinet, opemq; hulceribus quæ depaſcendo ſerpunt, cataplaſmatis modo illita, eximie confert.

Garus uel Garum.

GArum uim habet potenter calfaciendi & exiccandi: qua de cauſſa medendis putreſcentibus hulceribus foris medici quidã adhibent. Infunditur item utiliter his, qui inteſtinorum torminibus, & dolore coxendicis tentantur.

Gentiana.

GEntiana radix ſatis magna quum res poſtulat efficacia expurgare, attenuare, detergere, & ab infarctu deniqꝫ uindicare poteſt.

Geranion, Gruina herba, uel Echinaſtrum.

GEranij una quidem ſpecies folijs eſt anemonæ ſimilibus prædita, radice eſculenta: quæ in uino drachmæ unius pondere ſumpta, inflationes uteri diſcutit & ſedat. Altera uero huius herbæ ſpecies, cui cognomentum cicutaria eſt, in re medica cenſetur inutilis.

Γῆ, Terra.

GEn Latini terram dicunt, cuius ſanè omne genus exiccandi uim habet, immixtæqꝫ alterius eſſentiæ, & ſine uellicatione eſt. Quod ſi ignea quædã illi qualitas accedat, aut quoquo modo admiſceat, & hanc ipſam quoqꝫ elota exuit.

Terra culta.

TErræ agricolaris quælibet pinguitudo, ad cuiuſuis membri exiccatione opus habentis medelam, utilis eſt.

Lutum Aegyptium.

LVti Aegyptij ad aquaticeas & lienoſas afflictiones in medicina uſus eſt, tum ad laxos quoqꝫ tumores œdematáue haud obſcure cõducit.

Lemnia terra, Terra ſigillata.

CAeterũ ex terra medicaminoſa, Lemnia rubrica, quæ ſphragis, hoc eſt ſigillum appellatur, exiccando & cõſtipando moderate, uenenatorum medicaminum præſentaneum exiſtit amuletum. Medetur itidem maleficis hulceribus, quæ appellant cacoëthe, admixto aceto, ſeu uino. Adhæc ſanguinis eruptiones quaſcunqꝫ ſiſtit, & inteſtinorum tormina, quam dyſenteriam uocant: Quinetiam depaſcendo ſerpentia hulcera, quas nomas nuncupant, hæc Lemnia miltos aqua mulſa interiore parte abluta, mox uero ſalſilagine, ſedat.

Rubrica Sinopica, Minium.

RVbrica Sinopica maiorẽ habet uim quàm Lemnia, emplaſticis inſeritur remedijs, tæniasqꝫ uentris in potu ſumpta interficit.

Samia terra.

SAmia terra non tam uiolenta, ſed mitior longe quàm Lemnia eſt, ceu glutinoſa echiocolláue & uiſcoſa. Vtendũ itaqꝫ ea fuerit, quotieſcunque res ipſa mitigationem ac ueluti blandimentũ poſtulat. Opem præterea fert quibuſuis ſanguinis ſputationibus.

Seluſina, Chiaqꝫ.

SElusina terra, Chiaqꝫ uim abſterſoriam multo potentiorem obtinent,

qua de cauſſa mulierculæ quædam ea ad lenocinium faciei inducendum, ad leuigandum item & erugandum utuntur. Ad hæc hulcera carnibus explent, atq; reſtaurant, præſertim igne ambuſta.

Cimolia.

CReta cimolia illota mixtam facultatem obtinet, frigorificam uidelicet & diaphoreticam: Abluta uero refrigerandi multo uehementiore prædita eſt potentia, igneq; ambuſtis nõ inſtrenue ſuppetias adfert, ſi in poſca fuerit aſſumpta.

Ampelitis.

AMpelitis inde id nominis ſortita eſt terra, quod ungendis uitibus ſit idonea: enecat enim illita innaſcentes illis uoluoces uermiculos, ne gemmas & pubeſcentes uuas prærodant. Habet inſuper arefaciendi & digerendi non inſtrenuas cum eroſione uires.

Cretica.

CRetica terra aërosa eſt, & citra omnem uellicationem abſterſoria.

Terra Eretria.

ERetria terra euidentem adſtringendi uim poſſidet. Cremata uero arefacit ſine morſu. Probatur magis in cinerem redacta.

Pægnitis, aliâs Pnigitis.

QVæ pnigitis terra appellatur, eadem poteſt quæ cimolia, ſed eſt non paulò nigrior.

Armenia, Bolus Armenus.

ARmenia, quam bolum dicunt, extremum habet arefaciendi effectũ: proinde haud immeritò tanta ſolennitate accõmodatur profluuijs alui, ſpuitionibus ſanguinis, tabi phthiſiúe, difficultatibus anhelitus ex humiditate. Præterea humentibus hulceribus, & peſtiferis deniq; affectionibus egregie ſubuenit. Interdũ cum uino tenui diluto: Si febris infeſtet, cum aqua utiliter potatur.

Alana & Ochra.

ALana uero gleba, ſimilem habet Armeniæ glebæ effectũ. At quæ ochra nomen obtinuit, diſtrahentis, & putrefacientis, exedentis'ue eſt potentiæ: Quapropter carnes laſciuientes & hulceri ſupercreſcentes compeſcit, & uacua explet, ſi cum cerota mixta adhibeatur.

Geras ophios, Senecta ſerpentis.

EXuuiæ anguis potentem arefaciendi uim habẽt, quare cum aceto decoctæ, dentium cruciatus adiuuant.

Senecta aſpidis.

ASpidis ſenecta oculorum aciem plus alijs exacuit, offuſasq; tenebras arcet, ſi trita cum melle oculis illiniatur.

Ges entera, Lumbrici terræ.

INteſtina terræ (uermes terrenos quidam uocant) leuigata, & neruis ſaucijs impacta, maturrime ad miraculum uſq; ſuccurrent.

Gigarta, Acinorum uuæ nuclei.

ACinorũ uuæ nuclei exiccãt ordine ſecũdo, refrigerãt uero in primo: Quũ igitur ſatis gelidæ facultatis ſint, fluxibus quibuſq; cõueniũt.

Gingidium, Biſacutum.

GIngidium non admodũ euidentis excalfactoriæ facultatis eſt. Exiccat autem in tertio à temperatis exceſſu, atq; aſtringit: proinde utile atq; gratum eſt ſtomacho.

Glaucium.

GLaucium aſtringit cum inſuauitate quadam, ſed refrigerat non obſcure, ſacroſq; ignes non adeò ualidos ſanat.

Glaux.

GLaux herba, temperaturæ calidæ eſt atq; humidæ, & proinde nutricibus lactis ubertatem generat, & extinctum reuocat.

Glechon, Pulegium.

PVlegium uehementẽ habet excalfaciendi attenuandiq; potentiam: quapropter emplaſtri modo impoſitum rubrificationem inducit, atque ex pectore & pulmone, humidos, craſſos, atq; tenaces humores, excreatu faciles & ductiles reddit.

Glœos, Strigmenta balneorum.

GLœos, hoc eſt ſtrigmentũ ſordesq; balneorum, modice calfaciendi, emolliendi, diſtrahendiq; uim habet, rhagadibusq; ani & naturaliũ mulierum rimis, & condylomatis confert.

Glycyrizon, Dulcis radix.

GLycyriza tepida & humida eſt tẽperamento, cum leuiuſcula quadã ui adſtrictoria: Qua de cauſſa aſperitates lenire ſolet, neq; tantum in arteria, ſed etiã in ueſica ſcabra. Siti extinguendæ appoſitũ eſt remediũ.

Glycyſides, Pæonia.

SVnt qui glycyſiden pentoboron, & qui pęoniam uocant, cuius radix acrimoniam habet, & leuem amaritatẽ cum ariditate coniunctam, nõ nihil ſtipticitatis quoq; obtinẽs. Mouet itaq; menſes, renes iecurq; emundat amygdali quantitate è uino ſumpta. Si uero uinum in quo potatur pæonia fuerit auſterũ, alui profluuia reſtringit. Quinetiam collo ſuſpenſa, uel aliâs alligata, puſionum comitialibus magnopere ſuccurrit.

Gnaphalion, Centunculum, ſiue Tormentum.

CEntuncularis herba, inde à Græcis nomen ſortita eſt gnaphalion, quod folijs eius ſubtilibus, & ob mollitiem ſequacibus tormẽti loco utantur. Sunt aũt ea colore cãdido, & leuiter aſtringentia. Qua quidem ratiõe cum uino aſtringẽte cõtra inteſtinorũ tormina efficaciter bibunt.

Gongilis, Rapum.

GOngilidis non tam radix, quàm ſemen inflandi uim retinent, ſemen genitale procreant, & quod hæc comitatur, Venerem excitant.

Gorgylon, Seſeli.

GOrgylum, ſunt qui ſeſeli appellant, herba eſt naturæ calidæ, urinam

ciens, & eo etiam nomine muliebria ducens. Radix præterea eius cum melle, linctus modo sumpta, uitiosos pectoris humores educit.

Gyris, Pollen.

POllen, quod γύρις à Græcis uocat̃, eiusdem est cum amylo potentiæ, nisi quod plus caloris habet quadantenus.

Gypsos, Gypsum.

GYpsum præterquam quod exiccatoriæ potestatis est, emplasticam insuper facultatem annexam obtinet. Quo fit, ut sanguinis eruptionibus ceu deus sit. Rigatur uero diluiturq́ue cum oui albore.

Gypsum deustum.

GYpsum præterea κεκαυμένον, hoc est crematum, neutiquam tantam uim habet emplasticam, sed arefaciendi maiorem potentiam. Quin etiam reuellit & retundit, potissime si maceretur cum posca.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA D.

Dades, Tedæ.

DAdes nonnihil acerbitatis habent, & uim maturandi, concoquendiue, necnon detergendi: Proinde in aceto elixæ, iureq́ue eius, ore dentibusq́ue collutis, cruciatus dentium placant, atq́ue è medio etiam tollunt. Quod si unà cum melle sumantur, caput pituita per nares, palatum'ue exonerant, quod ἀποφλεγματίζειν Græci nominant. Linctibus porrò, quæ eclegmata dicunt, permixtæ, quæ in pectore contumaciter hærent, ductilia excreatuq́ue facilia efficiunt.

Damascena.

DAmascena, horum uberior fiet in coccymelis mentio.

Damassonium, Alisma.

DAmassonium abstergentis est potentiæ, ac proinde calculos confringit, uentris incommoda emendat, & lotia trahit.

Daucus, Staphylinus.

DAuci (quem & staphylinum nuncupant) duæ sunt species: Domestici radix flatuosum quiddam obtinet, & ob eam caussam nonnullam ad Venerem citandi potestatem: Syluestris uero dauci semen, nihil planè flatuosi habet spiritus. Lotij & mensium proritandi uim obtinet. Eiusdem facultatis ipsa existit etiam herba.

Daphne arbor, Laurus.

LAuri arboris non tam folia quàm baccæ siccificam & ualde calfactoriam obtinet̃ potentiam: sed baccæ lauri magis quàm folia. At radicis cortici amaritudinis & acerbitatis nõnihil inest, lapillosq́ue cõminuit. Si potetur ex uino fragrante triobolari pondere, iocinorosis præsenti & egregio est remedio.

Daphne herba.

DAphnes herbæ, quæ & daphne Alexandrina uocatur, temperamentum est calidum, & gustus acris pariter & subamarus. Quamobrem menses & lotia proritandi uim possidet.

Daphnoides,

Daphnoides, Chamædaphne, Laureola herba.

CAeterum daphnoides, potentiæ persimilis daphnæ Alexandrinæ est, quemadmodũ sanè & quæ chamædaphne nomenclaturam obtinuit, quæ utiq; etiam ipsa esculenta est.

Derma probati, Pellis ouilla.

PEllicula ouis recens detracta, & etiamdum calida, his qui quocunq; modo uapulauerunt circumposita, mirifice succurrit.

Pellis Hippopotami.

HIppopotami, hoc est fluuiatilis equi pellis combusta, atq; cum aqua trita, & superinducta, panos discutiunt & dissipant.

Pellis uiperæ.

PEllis uiperina trita & leuigata, & emplastri instar impacta, in alopecię cum admiratione omnium qui id oculis usurpant glabretis, pilos reuocat, facitq; syluescere.

Dermata cattymata. Veteramenta.

SOlearũ & ueteramentariarũ coria igne cremata, cinerem ualde exiccatorium relinquunt. Quam ob caussam ex calciamentis pedum attritibus egregie medetur, non inflammatis & ambustis: Quin & intertrigines exochadasq; ueterum calceorum cinis sanat.

Dictamus, Vstilago rustica.

DIctamus subtiliore potentia constat quàm pulegium, cætera illi similis. Verum quæ pseudodictamos, id est falsa dictamus appellatur, imbecillior & infirmior est in omnibus.

Dionysias.

DIonysias herba superius in dictione Androsæmon explicata est.

Diphryges.

DIphryges mixtam sortita est qualitatem: Complectitur enim in se acerbi nõnihil, & acrementi aliquantulũ. Quo nomine hulceribus malignis & cõtumacibus, quæ κακοήθη uocant, præsentaneũ est remediũ.

Dipsacon, Labrum Veneris.

DIpsaci spinæ radix temperatura exiccatoria est, in secundo à medijs excessu: cæterum abstergentis nõnihil potentiæ adiunctum habet.

Dorycnion.

DOryciniũ frutex papaueri & mãdragoræ æquipollentẽ habet temperaturã, extremę frigiditatis: qua nimirũ uel exigua dosi soporem atq; stuporem etiam conciliat: larga uero interitum repræsentat.

Dracontium, Dracunculus, uel Serpentaria.

ARo tum folijs tum radice æquale quiddã possidet dracunculus, cæterum illo acrimoniæ plus gustantibus præfert, amaritudinis item, caloris pariter & subtilitatis pluscculum quàm arum obtinet: Leuiuscula nanq; aliqua astrictoria ui est prædita. Radix dracontij uiscera singula, si in potu fuerit hausta, expurgat. Saluberrimũ itaq; maleficis & morosis hulceribus est præsidium. Folia similem facultatem sortita sunt. Fructus efficacia cum radicem tum folia excedit.

Dryopteris,Filicula.

DRyopteris,quod eſt ſi interpretere,querna filix,guſtantibus mixtã exhibet qualitatem,dulcem uidelicet,& ſubamarulentam:uerum in radice quoq; acerbam. Data eſt inſuper illi munus exedendi, qua nimirum facultate glabreta inducit, pilisq; denudat.

Drys,Quercus.

QVercus non tam folia quàm glandes exiccatoria facultate participant,ex eorũ claſſe quæ tepidæ uirtutis cenſentur: Ob hoc uulnera non uetera ceu glutino cõpingere, inflãmationes iamprimum inchoantes medicare eximie poſſunt roboris cum fructus tum folia. Porrò membranoſum quod ſub putamine glandis latet, quod carnem fructus conueſtit, quoniam aſtrictionis multo pluſculum continet, medendis ſupprimendisq; fœminarũ fluxibus, & alijs quibuſcunq; profluuioſis ægritudinibus magno cum emolumento exhibetur.

DE HIS QVAE INCIPIVNT A LITERA E.

Ebenus.

EBenus lignum, uim habet excalfaciendi & extergendi, tenuioribusq; partibus conſtat: Quo nomine quę tenebras pupillis offundunt,extergere æſtimatur. Inſeritur item alijs medicamentis ocularibus.

Encephalum lagoi,Cerebrum leporis.

CErebrum leporis elixum & leuigatum,ſi eſtur, pueris dentientibus prodeſſe dicitur. Nec deſunt,qui id comeſum tremoribus ſuccurrere memoriæ tradiderunt.

Cerebrum Gallinacei.

CErebrum galli gallinacei in uino bibendum utiliter exhibetur contra ſerpentiũ ictus, autore Dioſcoride. Sanguinis eruptiones à cerebri membrana profluentes idem compeſcit.

Cerebrum Cameli,& Muſtelæ.

CErebrum cameli, ut tradit Galenus,aridum cum aceto potui datum, comitialibus laborantes medicatur. Contra quod malum muſtelæ quoq; cerebrum pari utilitate edi perhibetur.

Cerebellum Chelidonis.

HIrundinis cerebellum cum melle temperatum, oculorum ſuffuſionibus manus auxiliares pulchre ſuppeditat.

Cerebrum Ouis.

OVinũ præterea cerebrũ præparatũ,haud aliter ꝙ leporis,aut quicquam aliud,doloris qui dentientes excruciat, curationem abſoluit.

Elæa,Olea.

TAm ſunt algentis potentiæ oliuæ germina,quàm aſtringentis. Oliuitas uero ſi quidem exacte maturuit, calorem ſymmetrum, hoc eſt ab utroq; extremorum pari ad amuſſim ſpacio diſtantem obtinet. Cruda adhuc, ſtipticitatis pluſculum frigiditatisq; particeps eſt.

Oleæ

Oleæ Aethiopicæ lachryma.

LAchryma oliuæ Aethiopicæ ſubtile ammoniacum præferens, naturam habet abſterſoriã: Hinc eſt quod cicatricibus medendis, altisq; oculorum maculis, leucomata græce appellatis, obtuſæ item oculorum aciei, amblyopiæ'ue ſuccurrendæ tam ſolenniter uſui eadem exhibetur. Quin & dentium cruciatus arcet, ſi cauis ipſorum inſeratur. Nõnulli uero hanc oleam ſylueſtrem eſſe autumant.

Elæon, Oleum ex drupis.

OLeum quod ex oliuis, quas δρυπετᾶς Græci dicunt, Latini drupas, conficitur, dulce calidumq; moderate, magis uero humectans.

Oleum Omphacinum.

OLeum, q̃d ex crudis & nõdum inchoatæ maturitatis oliuis expreſſum eſt, à Græcis ὠμοτριβὲς & ὀμφάκινον nuncupatum, quantũ in ſe habet adſtrictionis, tantæ etiam frigiditatis particeps eſt.

Oleum ablutum.

OLeum πεπλυμένον, hoc eſt ablutum, minime omnium uellicat.

Oleum uetus.

OLeo ueteri quantum diuturnitatis, tantum illi etiam caliditatis accedit, et potentiores ad diſcutiendũ uires, potiſſime ſi initio ex tenuioribus partibus cõſtiterit: ex eo aũt cenſu habetur purũ atq; pellucidum, & cuius uel momentũ magnam corporis partẽ inungit, promptiſſimeq; à cute imbibitur. Huiuſmodi autem præcipue Sabinum exiſtit.

Oleum ſylueſtris oleæ.

EX oleaſtro oleum, aſtringit ſimul & abſtergit, & quatenus oleum, inter alia plane ſqualidiſſimum.

Oleum Rhicininum.

VEteri oleo uiribus omnino æquipollet oleum rhicininum.

Oleum Seſaminum, Raphaninum.

REliqua olea, ſeſaminũ uidelicet, & raphaninũ, & ſi quæ ſunt alia, pro cuiuſq; unde conſtant eſſentia, uaria etiam uiriũ diſcrimina ſortiunt̃.

Elæomeli, Oleomel.

IN Syria oleomel ex quodam arboris caudice ſua ſponte manat, melle craſſius, ſapore dulci, quod cruditates & bilem per aluum detrahit, duorum cyathorum menſura cum cotyla aquæ una epotum: Verumtamen qui hauſerunt, in ueternum torporem deficientibus uiribus incidunt: quod uerendum tamen non eſt; uerum à ſopore profundiore excitandi ſunt crebrius.

Elaterium.

SYlueſtris cucumeris fructus cremor elateriũ appellat̃, quod ẽ ſecũdo calfacientium ordine eſſe perhibet̃. Menſes prolicit, & fœtus in utero necat appoſitum, extrema qua pollet amaritudine. Expurgat præterea nares cum lacte illitum. Deducit ipſam quoq; pituitã per inferna factus ex eo clyſter, non raro etiam ſanguinem.

Elate, Abies.

ELate arbor, quæ latinis abies eſt, tam calfactoria exiccatoriaq́;, q̃ nigra exiſtit populus. Reſinæ eius inter cæteras reſinas fiet mentio.

Elatine.

ELatine uero, herba eſt helxinæ per omnia ſimilis, quę mediocriter frigefacere & conſtipare poteſt.

Elaphoboſcos, Ceruiocellus.

CEruiocellus (ſi modò apud latinos ea eſt elaphoboſci appellatio) calfacientis & ſiccificæ facultatis eſt, in ſecundo ab inculpata temperie exceſſu, & tenuium præterea partium.

Elenium, Enula Campana.

ENula Campana calfaciendi arefaciendiq́; poteſtatem obtinet, cum humiditate recrementitia coniunctam: eamq́; ob cauſſam linctibus eclegmatis'ue permixta, quę in pectore hæręt exhaurit: Membra quoq; enulæ Campanæ potentia rubrificat.

Eleoſelinon, Apium ruſticum.

ELeoſelinum, hoc eſt apium paluſtre naſcitur locis humidis & aquoſis, ſatiuo grandius, atq; ad eadem efficax.

Elephas.

ELephantis unguium ſcobes cataplaſmatis modo impactæ, paronychijs remedio ſunt. Oſſium uero eiuſdem animantis ac dentium ramenta arefaciendi & extergendi facultatē obtinent, atq; in id genus medicamentis frequentem omnino cum locum tum uſum habent.

Helcyſmata, Recrementum argenti.

Emplaſtrum Phæa. HElcyſmata, argenti recrementa appellantur, ea plumbagini conſimiles habent uires, emplaſtris nigris, quæ phæas nuncupant, & quæ Græci ἀφσλωζικὰ dicunt, inſeritur, ob eam quam obtinet cum ſtipticandi tum euellendi potentiam.

Helleborus, Veratrum.

VEratrum tam candidum quàm atrum iuxtà calfaciendi ſiccandiq́; uim in tertio à tēperatis exceſſu poſſidet. Eſt pręterea utrunq; acrimonia & aſtrictione præditum: Quo fit ut ad leproſa cutis uitia emendanda ſummopere conueniat. Nigrum adhæc per triduum fiſtulis indu ratis infuſum, callum detrahit.

Helichryſon, Aurei floris planta.

HElichryſon à quibuſdam chryſanthon, à nonnullis etiam amaranton nūcupatur, planta coronaria eſt, comam aureæ lucis præferens: quæ in uino pota, anguſtijs urinæ, cōtra ſerpentium morſus, coxendicū dolores, ruptaq́; præſenti remedio eſt. Ciet eadem menſes, grumos ſanguinis cum uentris tum ueſicæ ſoluit & abſumit. Ex mulſo œnomelitéue hauſta, à capite in ſubiectas partes deſtillationibus opitulatur.

Helxine.

HElxine, ſunt qui perdiciū, ſunt item qui parthenion, nec deſunt qui ſideri-

ſideritim, & qui heracleã uocent: uirtus eius plantæ eſt abſterſione purgare & cum ſubgelido humore leniter ac pedetentim aſtringere.

Helxine ciſſampelos.

HElxine alia eſt, quę ciſſampelos appellat̃, ea diſcutiẽdi uim poſſidet.

Elymus, Meline, Panicum.

PAnicum, ſunt qui melinen etiam nuncupent, milio ſimile legumentum eſt, potentia ſiccatorium & frigorificum foris emplaſtri modo impoſitum, exiccat etiam ſiſtitq; nonnihil uentris fluores.

Empetron.

EMpetrum etiam praſſoides nomen habet, ad purgationes omnino factum medicamentũ, pituitæ in primis pariter ac bilis: guſtantibus ſalſum eſt, eapropter abſtergendi quoq; uim habere creditur.

Epithymum.

Epithymum thymo ad omnia efficacius, ex tertio arefacientium & calfacientium ordine cenſetur.

Epimedion.

EPimedio cũ aqueo humore facultas eſt mediocriter frigorifica, quod uberibus quidẽ illitum, eadem recta turgentiaq; tueri & ſeruare poteſt: fertur etiam ſumentibus ipſum in potu ſterilitatem inducere.

Epimelis.

EPimelis, quæ unedon etiam à colonis Italicis nominat̃, ſylueſtris pomus eſt, cuius fructus acerbitate linguam quidem tentat, ſtomacho tamen officit, & capitis dolores infert.

Epipactis, Helleborine.

EPipactis herbula ab alijs helleborina uocatur, quæ in potu ſumpta, iocinoris quidem uitijs, & contra uenena utilis eſt.

Erebinthus, Cicer.

CIcer legumentum familiare & flatuoſi ſpiritus eſt, copioſi alimenti, aluo utile, lotio mouendo idoneum, ad genituræ lactisq; creaturam habile, muliebriaq; promouens. Porrò quod crium appellatur, hoc eſt arietinum, cæteris efficacius urinam prolicit. Elixatio eius lapillos in renibus comminuit, præcipue nigri. Reliqua uero cicerum ſpecies, quæ orobea uocatur, his calidior eſt, & amaritatis particeps.

Erebinthus agreſtis.

CIceres uero ſylueſtres in omnibus qualitatibus ad omnia efficaciores ſunt, quàm ſatiui & contubernales.

Eria rhypara, Lanæ ſuccidæ aut ſordidæ.

AD irrigationes cumprimis accommodatæ ſunt lanæ recens ab ouibus detonſę, necdum à ſordibus repurgatę: pinguetudo nanq; earum in lana ſuccida collecta, in coquendi munere butyro perſimilis eſt. Mundata uera lana & œſypo ſpoliata, nihil præterquam materia, excipiendis uidelicet liquoribus idonea eſt. Cremata porrò acris eſt potentiæ, calorificæ, exiccatoriæ, unà cum partium ſubtilitate. Cum humore itaq; flacceſcentes hulcerum carnes maturrime eliquat.

Erice.

ERice diſijciendi uires ad euaporandũ ſine eroſione poſſidet,in quem uſum florem eius potiſſimum ac folia uſurpant.

Erinos,Ocimum aquaticum.

ERinos perhumida & aquatica herba eſt, cuius ſeminis drach. duæ, cum mellis drachmis quatuor illitæ,oculorum deſtillationes ſiſtunt. Finit aurium dolores inſtillatus lacteus eius liquor.

Hermodactylus.

HErmodactyli radix ad purgationes facta eſt, cum ipſa per ſe, tum eius quoq; elixatio: Priuatim autẽ ac proprie articulorũ doloribus in ipſo fluxus tempore dedicata eſt,uerum ſtomacho nimiũ incõmoda.

Herpyllon,Serpyllum.

SErpyllũ uſq;adeo calfactoriũ eſt,ut cum mẽſtrua, tum lotia proritet.

Erythrodanum,Rubia paſſiua.

ESt uero erythrodanum tinctorum rubia radix acerba & guſtui amara,cum lienem, tum iecur, tum renes expurgans, uſq;adeo uidelicet, ut interdũ etiam urinas ſanguinolentas proliciat, menſesq; cieat,& quæ cutem occupant ſordes exterat.

Eryſimum,Irion.

IRionis ſemen naſturtio ſimile eſt, ſapore feruido, facultate calorifica, qua de re toſtum in fermẽto, pectus in eclegmatis expurgat, duritias emollit,& abditis deniq; cancris cataplaſmatis modo illitum prodeſt.

Euzomon,Eruca.

ERuca quoq; eiuſdem cum rubia paſſiua temperamenti eſt,ſed inflationes facit,quamobrem in Venerem ſtimulat. Semen lotium prolicit, ſylueſtris tamen multo quàm domeſtica efficacior eſt.

Eupatorium.

EVpatorium cum partium tenuitate incidentis eſt potentiæ citra feruorem manifeſtũ: proinde iocinoris infarctus expurgat,ſed & adſtrictoriæ uirtutis particeps eſt.

Euphorbium.

EVphorbium exurendi uim obtinet, & tenuium partium pariter atque reliqui ſucci, exiſtit.

Ephemeron.

EVphemerum nõ letiferum illud, ſed cui iris ſylueſtris nomen eſt inditum,mixtam habet facultatem, & eijcientem.

Echidna, Vipera.

VIperinæ carnes temperamento ſunt calido & ſicco uehementer,per cutem uniuerſam corporis molem repurgantes : quapropter aliquot multi elephantiaſi correpti cum in cibo tum in potu ſumentes,ſanitati reſtituti ſunt. At quæ circa mare alijs'que locis aridis degunt, ſitim magis inducunt

Echinus.

EChinus herba eſt acerba,repercutiendi atq; exiccandi uim obtinẽs.

Echinus

Echinus terreſtris, Erinaceus.

ERinacei bilis defluentes capillos glutinat. Caro eius exiccata & repoſita, uehementē habet diſtrahendi arefaciendiq; potentiam. Quo nomine elephantiaſi correptis, maloq; corporis habitu, quem cachexiam dicunt, oppreſſis, atq; cæteris pluribus malis ſuccurrit. Cæterum cutis eius deuſta, multo ualentius quàm uſtionis expers arefacit, acriusq; diſtrahit. Alopecijs itaq; cum pice liquida illita auxiliatur.

Echinus marinus.

QVicquid in marino echino edendo eſt, urinam trahit, & bonam aluum efficit. Teſta uero ipſius cremata, uſtione ęqualem terreſtri facultatem induit.

Echion.

EChion alij doriada, alij alcibiadion appellāt: ea ſpinoſa eſt herba, quę non tantum ſerpentium morſus epota cum uino curat, ſed præpota etiam ab eorum morſibus tuetur.

Hepſema.

MVſtum decoctum, quod à quibuſdam ſiræon nuncupatur, moderatam calfaciendi & concoquendi uirtutem, atq; emplaſticam inſuper abſq; uellicatione obtinet.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA Z.

Zea.

ZEa eiuſdem planè eſt cum tritico potentiæ, medium ferè inter calfaciendum & refrigerandum locum poſſidens: leuiter præterea exiccat, atq; opplendi uim obtinet.

Zingiber.

ZIngiberis radix potenter quidem excalfacit, neq; primo tamen ſtatim occurſu, ineuictæ cuiuſpiam humiditatis, & craſſioris eſſentiæ particeps eſt: ideoq; teredinibus facile tentatur perforaturq;, ſed immobilem quaſi mordicus ſeruat caliditatem.

Zythus.

ZYthus mixtæ conſiſtentiæ eſt, acrimoniam quandam guſtu præferens, utpote ex putredine cōſtans, & frigidus ratione acidæ qualitatis: proinde ſucci etiam praui.

Zyme, Fermentum.

FErmentum etiam ipſum ex contrarijs facultatibus temperatum eſt: aciditatis nanq; egelidæ, calorisq; ex putredine proficiſcentis: præterea etiam ea quæ ſalis atq; farinæ natura conſtat. Eſt igitur temperate calidum, diſtrahendiq; poteſtate præditum.

Zomos, Piſcium ius.

PIſcium recentium ius uentrem ſubducit, cum per ſe, tum uino admixto epotum: peculiariter uero ex phycidibus, ſcorpionibus, iulidibus, percis, alijsq; ſaxatilibus molliuſculis, cum aqua, adiectis inſuper oleo, & anetho, & ſale elixis. Eorum itidem quibus teſta pro cute eſt,

tellinarum, hiatularum, cochularũ, & gallinacei antiqui cum magna salis copia elixi, iuscula, subducẽdi uim obtinẽt. E diuerso, gallinę ius cõtinet.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA H.

Hediosmon, Menta satiua.

HEdiosmũ calidi temperamenti est, & essentię subtiliũ partium, acre potentia, ex tertia quodammodo diuaricantium à media temperie classe, cum humiditate semicocta, qua in Venerẽ stimulat. Præditũ item est amaritudine quadã, ideoq́ lumbricos interimit. Acerbitatis etiam nonnihil habet, qua nõ inueteratas sanguinis reiectiones sistit.

Hedysarum, Securidaca.

HEdysarum, quæ & pelecynus uocatur, amarum apparet & subacerbum: unde si potetur, accommodatum est stomacho, & uiscerum infarctus oppilationesq́ expurgat.

Heliotropium, Solaris maior.

HEliotropium maius, quod & scorpiuron appellant, calidæ, aridæ, & detergẽtis facultatis existit: Cuius decoctio pituitam expellit pariter atq́ bilem. Quinetiam semen eius instar emplastri superinductum, formicas, & id genus alias uerrucas exiccat.

Heliotropion minus, Solaris minor.

HEliotropiũ minus ĳsdem facultatibus pollet, & lumbricos insuper interficit, cum nitro, hyssopo, & cardamomo potum.

Electrum.

POpuli arboris lachryma electrũ est, prope flumen Eridanũ (ut aiunt) ex ea destillans congelascit, aurum colore præferens: cuius uis est si potetur tritum, stomachi aluiq́ fluxiones reprimere.

Hemerocalles, Lilium syluestre, Bulbum.

HEmerocalles radicem cum lilio æmulam, & uiribus æqualem, neq́ aliter quàm id, igne ambustis succurrit.

Hemionitis.

HEmionitis cum stipticitate qua pollet, similem quoq́ amaritatẽ obtinet: quo nomine cum aceto pota, lienosis subuenit.

Hepar rabiosi canis.

CReditur canis rabie agitati iecur tostum, & in cibo sumptum, morsibus quos idem rabiens canis intulit, opitulari.

Hepar Capræ.

CAprę assati iocinoris deciduus aquosus sanguis, oculorũ uitiũ, quod Græci νυκτάλωπα, Latini lusciosos & nusciosos appellauere, si oculis instilletur, iuuare credit̃. Prodest præterea dum id coquitur & torretur, lusciosorum oculos eius fumo uaporari. Confert ad eadem iecur caprinum mansum. Quo cibo comitiales etiam in primis deprehendi asserũt.

Hepar Capri.

HEpar hircinum congeneram iocinori caprę facultatem habet, & ob id ad eadem consimiliter facit.

Hepar Lacertæ.

TRadunt lacertæ iecur exeſorum dentium cauis inditum, dolorem ſedare, atq; indolentiam planè inducere.

Hepar Lupi.

LVpinum hepar, addito eupatorio, inter medicamenta quę iocinoroſis adhibentur eſt certe nulli ſecundum.

Hepar Aſini.

PRodeſt comitialibus in cibo toſtum iecur aſininum.

Hepar Apri.

APrugnum, aut ſi mauis dicere cluninum, recens hepar ſiccum, ſi tritum cum uino bibatur, ſerpentium morſibus ſuccurrit.

Hepar Mergi.

CAlculos poſtremo mergi iecur aridum, potumq; expellit.

Erigeron, Senecium.

ERigeron herba mixtæ conſiſtit potentiæ, frigorificæ nempe, & moderate diſtrahentis.

Eryngium.

ERyngium calfaciendi quidẽ, ſed non adeò euidentẽ poteſtatẽ poſſidet, ſiccitatis aũt neq; clandeſtinæ neq; etiam exiguæ particeps eſt.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA Θ.

Thalaſſion hydor, Aqua maris.

THalattion hydor, quam Latini aquam marinam dicunt, acre, calidum moderate, exiccatoriũ, ſtomachoq; noxium, ſi potet. Aluum turbat, & pituitã trahit. Quo calido quidẽ utiliter quę extrahenda diſtrahendaq; ſunt, conſperguntur atq; fouentur.

Thalietrum.

THalietrum herba, uires ſiccandi abſq; eroſione habet: diutina igitur hulcera ad cicatricem perducit.

Thapſia, Ferulago.

ACris & uehementer cum humore calfactoria thapſia eſt, qua de re è profundo uiolenter euellit, quodq; extraxit, diſtrahit.

Theon, Sulphur.

SVlphuri quoq; euellendi calfaciendiq; uis eſt, cum eſſentia tenui, uſq; adeò quidem, ut aduerſus nõ pauca animalia uirus eiaculantia reſiſtat, præſertim contra turturem marinũ, atq; draconem, ſiue aridum ictui inſpergatur, ſiue cum ſaliua mixtũ, ſeu pueri urina maceratũ, uel cum oleo, uel melle. Quin & pſoris portentoſe ſuccurrit.

Thermus, Lupinus.

LVpinus qui edendo eſt, opplendi & obſtruendi uim habet, quam ἐμπλαστικὴν appellauerunt medici. Ineſt illi amaritas, cum extergendi, diſijciendi, & exiccãdi deniq; uiribus abſq; eroſione. Lumbricos tum cataplaſmatis modo impactus, tum etiã in potu ſumptus interficit. Inteſtina porrò ac uiſcera reliqua, cum ruta & pipere potus eſculentus lupinus,

emundat. Quinetiam cutis uitia extergit, & tumores denicp ac tubera cum aceto mulſo emplaſtri more impoſitus, diſſipat.

Thermus agrius, Lupinus agreſtis.

LVpinus ſylueſtris domeſtico amarior eſt, atcp ut ſemel dicam, efficacior ad omnia quàm ſatiuus.

Thelipteris, Fœmina filix.

THelipteris, quam aliqui nymphæam, aut pterin cognominant, filici nõ tam forma quàm uiribus æqualis eſt: quæ cum uino ſumpta, cum latos tum teretes lumbricos interficit. Conceptum uiuum necat, mortuũ eijcit. Quinetiam aluum folia thelipteridis eſa molliunt.

Thlapſi, Pes gallinaceus.

THlapſi ſemen tam acrem facultatẽ obtinet, ut internos abſceſſus potum cõfringat, menſeſcp pellat. Per anũ id infuſum, coxendicis doloribus auxilio eſt, & ſanguinolenta exhaurit: atcp alioqui nõ tam per ſuperna, q̃ per inferna binoſos humores euacuat, oxybaphi mẽſura epota.

Thridax, Lactuca.

GElidæ quidem ac humidæ facultatis holus lactuca eſt, nõ tamen extremæ, ſed ſecundum aquæ fontanæ temperaturam: Quare inflammationibus calidis appoſitum præſtat remedium. Eſt præterea ſiti aduerſa. Genituræ profluuium, quam γονοῤῥοίαν Græci nominant, cõpeſcit. Et Venereas in ſomno imaginationes, quos ὀνειρωγμοὺς gens eadem appellitat, eadem herba pota arcet.

Thridax agria, Lactuca ſylueſtris.

AGreſtis porrò lactuca minorem habet quàm ſatiua cum refrigerandi tum humectandi potentiam, uerum multo ſucculentior eſt.

Thymus.

THymus calorificæ & exiccatoriæ uirtutis in tertio à temperatis exceſſu eſt: obticp tenaces ac uiſcidos humores incidendi prouinciã.

Thymbra, Satureia.

THymbra agreſtis maxime æmula uiribus thymi eſt: contubernalis uero atcp hortẽſis, ad omnia quidẽ infirmior, ſed ad edendũ potior.

Thymelæa.

Granũ cnidiũ. EX planta thymelæa granũ cnidium, quod ſemen eius eſt, colligitur, cui congenerem atcp æqualem omnino habet potentiam.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA I.

Idæa radix.

IDæa radix non tam guſtu quàm opere ipſo acerba deprehenditur, adcp ſanguinis eruptiones, & quaſcuncp rheumaticas affectiones idonea eſt, ſiue potetur, ſiue extrinſecus applicetur.

ἱδρῶς, Sudor.

SVdorem per ſe quidem congregari arduum eſt, miſcetur aũt in paleſtris exercitatorũ ſordibus cæromati confuſis, acquiritcp multũ facultatis digerentis. Proinde inflãmationibus uberum hæ ſordes impoſitæ, efficaciori

efficaciori ſunt auxilio, & ad extinguendum quod flagrat in ipſis cõducunt. Facit etiã ſudor medendis bubonibus. Quod ſi aridior uidebitur, ſubigendus eſt cum cyprino aut roſaceo.

Ixos, Viſcum.

VIſcum ex eorum claſſe eſt, quæ cum acrimonia quadam calfaciunt: eam ob cauſſam uiolenter ex alto humores quoſq; tenaciſſimos euellit, eosq; diffundit adinſtar thapſiæ, præterq; quod illa inefficacius eſt.

Ios, Viola.

IN uiolæ folijs aquea & ſubgelida ſubſtantia pluſculum pollet.

Ios, Aerugo.

AErugo guſtu acredinem quandam præfert, diſijcientis, detrahentis, & ſecantis naturæ, non teneræ tantum carnis, uerum duriuſculæ etiam. Quod ſi quis plurimæ cerotæ puſillum æruginis confundat, medicamentum abſq; eroſione abſterſorium efficiet.

Hippocampos.

ANimal marinum perpuſillum hippocampus eſt, cuius combuſti cinis cum liquida pice capillorũ defluuia ex alopecia inſtaurat.

Hippolapathon, Grandis rumex.

GRandis rumex, quem hippolapathon græce dicunt, in paluſtribus naſcitur locis, rumici uiribus proxima.

Hippomarathron, Agreſte uel erraticum fœniculum.

HIppomarathrũ, erraticum fœniculum canchry non eſt abſimile, ualentius arefaciens q̃ fœniculũ: Quo quidem fit, ut aluum lubricam ſiſtat, lapillos cõminuat, & menſes deniq; proliciat atq; propellat.

Hippomarathrum aliud.

EST præterea aliud adhuc hippomarathrũ, cui ſemen coriãdro ſimile, uiribus quidẽ fœniculo erratico minime diſpar, uerum imbecillius.

Hippopotamus.

HIppopotami, hoc eſt fluuiatilis equi teſticulus aridus ac potus, ſerpentium morſibus ſubuenit.

Hipposelinon, Apium grande, & oluſatrum.

APio ſatiuo facultate omnino reſpondet oluſatrum, quod Grçci dicũt ἱπποσέλινον, niſi quod illo eſt ad omnia imbecillius.

Hippuris, Equiſetum, Cauda equina.

HIppuridi cum amaritate qualitas eſt ſtiptica, ob quã quidẽ cauſſam ualenter ſimul & abſq; eroſione exiccat: ac proinde grandia quoq; uulnera ceu glutino cõmittit. Præterea uocatas enterocelas iuuat: Et reliquis quibuſcunq; profluuijs & fluxionibus cum uino pota, medetur.

Hippophaës, Lappago, uel lappula minor.

HIppophaës, uel ut alij appellant hippophæos, frutex ſurculoſus eſt, qua ueſtimenta uellicando expoliunt: è cuius radice thapſiæ modo liquor colligitur, qui per ſe, & cum eruacea farina oboli pondere exhibitus, tum ipſam bilem tum pituitã expurgat. Quin uniuerſa quantaquanta eſt planta exiccata, purgandi uim obtinet.

Iris.

IRis calidæ facultatis tenuiumq; partium eſt ualde, habet inſuper uim cum detergendi tum cõcoquendi: Quamobrem contra tuſſim remedium peraccõmodatum eſt. Cõtumaces pectoris humores ductiles reddit: torminibus circa umbilicũ, quos στρόφους nuncupant, medetur: hulcera ſordida expurgat, aluum cum uino ſumpta euacuat.

Iſatis.

ISatis ſatiua quidem, qua tinctores utuntur, arefaciendi poteſtatẽ continet, cum ſtipticitate quadam coniunctam. Spacioſa itaq; hulcera durorum corporum cõglutinat, & ſanguinis eruptionibus prodeſt, tumores œdematodes diſijcit. Obſiſtit etiam contumacibus & uitioſa conſuetudine hulceribus omnibus.

Iſatis agreſtis.

AGreſtis uero iſatis mordax magis eſt, & ob id aridior. Obſiſtit igitur ualidiſſime humidis putredinibus, ad cætera aũt deterior. Sed & ſpleneticis propter uehementem potentiam utilis eſt.

Iſopyron, aut Phaſiolum.

ISopyron, uel ut alij uocãt phaſiolon, ſemen gerit amarũ atq; ſubacerbum. Craſſos igitur & glutinoſos ſecat humores, & cõſtringendi pariter, corpusq; cõtrahendi facultatẽ obtinet: quo nomine etiã quæ altius hærebant exhaurit atq; repurgat. Neq; hæmoptoicis etiã noxium eſt.

Itea, Salix.

ARefaciendi citra morſum poteſtatẽ ſalicis non folia tantum, ſed flores quoq; obtinẽt: adhæc leuem etiam ac modicam conſtrictionem. Verum his aridior cortex eſt, cuius cremati cinis ex eorũ cenſu eſt, quæ potenter adiecto aceto exiccãt. Helos, hoc eſt clauos, necnõ ipſas quoq; formicas cum aceto uerrucas extirpant ac tollunt.

Ichthyocolla, Piſcium gluten.

GLutinum piſcoſum opplendi, atq; obſtruendi, necnõ exiccandi uim obtinet. Inditur magna cõmoditate emplaſtris conglutinatorijs, & his quæ lepræ curandæ adhibentur medicamentis, & quæ ad faciei erugationem lenociniumq; faciunt.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA K.

Cancanus.

CAncani radix moderatam exiccandi uim obtinet illita, medicamentumq; intectorium meatus infartiendi natum, abſq; eroſione efficit. Qua de cauſſa arteriæ aſperitates lincta cum uino ſanat, pariter etiam ſi quis eam commanducet aut ſubigat, inſtar tragacanthæ atq; glycyrizæ.

Canchamum.

ARabici ligni lachryma canchamũ eſt, myrrhæ aliquam obtinens ſimilitudinem, fragrans, quam ad odorem incendunt & uaporant. Virtutem præterea craſſa & obeſa extenuandi, detergendi, & ab infarctu meatuumq; obſtructione uindicandi poſſidet.

Cadmiæ.

Cadmiæ.

CAdmiæ utræq; species solent arefacere: Sed craßioribus cõstat partibus quę botryitis, quasi acinosa appellatur: Subtilioribus uero quę placitis, quasi glebosa, est nuncupata. Cremata cadmia exiccãdi facultatem, mordacitatis expertẽ, & abstergendi quandã retinet. Hulcera caua carne replet, tam ea quæ oculos, quàm quæ reliquũ corpus occupant, uerum præcipue humidiora in corporibus tenerioribus, nam in duriusculis uehementioribus & magis efficacibus opus est.

Cacalia.

CAcalia eandem habet cum cancano potestatem, æmulamq; in omnibus utilitatem.

Calamagrostis.

CAlamagrostis arefaciendi uim obtinet: quamobrem non tam succus eius, quàm radicum elixatio ocularibus medicamentis inseritur. Semen lotium prolicit, & stomacho accõmodatum est.

Calamintha, Nepita.

CAlida & sicca temperie calamintha est in tertia distantia, subtiliũ nõ sine acredine partium, uiribus longe præstantioribus quàm mentha: nam instar syluestris menthæ censetur. Facile itaq; in alto hærentia in summã cutem euellit: Qua de caussa sudores mouet, totum corpus digerit. In febrium acceßionibus quæ circuitu fiunt cum tremore algores sedat. Foris cum oleo intrita nepita, nobile coxendicis doloribus subsidium præterea, & prauos cutis humores exterit.

Calamus aromaticus.

CAlamus odoratus ex secundo est calfacientiũ & arefacientiũ à temperatis excessu, subtilioris tamen nonnihil & astringentis est potentiæ, urinam adhæc citandi facultatem habet. Medicaminibus deniq; stomachicis, & quæ iocinori muliebribusq; locellis dedicata sunt, miscetur.

Calamus phragmites.

ABstergendi uim habet calamus phragmites, cæterũ folia eius uiridia moderate infrigidant. Cortex porrò cõbustus, calfacit & exiccat in tertio ordine. Neque desunt qui affirment radicem eius adiectis bulbis more cataplasmatis inductam, cum tela tum corpori infixos paxillos euellere & extrahere.

Campæ, Bruchi.

BRuchi, hoc est oleribus innascentes erucæ cum oleo illitæ, à morsu animalium quæ ictu morsu'ue uirus relinquunt, tueri dicuntur.

Cantharides.

CAntharides quæ in tritico deprehenduntur, lutei coloris, obliquis zonis insignes, aceti feruentis uapore suffocatæ multiplicẽ usum habent: Nam ungues scabiosos cum cerato eijciunt, clauos quoq; & uitia leprosa curant. Sunt aũt erodendi & deurendi ui præditę: nõnulli aũt in medicamenta diuretica aliquid ipsarum immittentes, exhibuerunt.

Cannabis.

CAnnabis fructus flatuoſo caret ſpiritu, & exiccatorius eſt, uſq; adeo ut ſemen genitale arefaciat. Cæterū ſuccus eius uireſcens, ad aurium dolores, quæ ad infarctus originem referunt, inducit.

Canopon.

CAnopum ſambuci flos eſt, de quo in hiſtoria Actes memoratū eſt.

Capnos, Fumus.

CApnion ſiue capnos hinc ſortita eſt nomē, quod eius herbæ cremor non parum lachrymas cit; ſpeciem oculorū exacuit, acris & amara eſt. Vrinam quoq; bilioſam ſtrenue promouet. Iocinoris obſtructiones & infirmitates medicatur. Stomachoq; robur inducit, & aluum mollit.

Capparis.

CApparis radix detergendi, repurgandi, ſecandi, diſtrahendiq; facultatem cum quadam amaritate & acredine poſſidet. Contrahit præterea, ſtringit, & coagulat ſua acerbitate: ac proinde lienes induratos ſanat cum pota, tum foris impoſita. Menſes ducit, & noxios capitis humores purgat ac detrahit. Hulceribus item malignis ac rebellibus quæ cacoëthe dicunt, plurimū prodeſt, & dentium cruciatibus ſuccurrit. Tubera diſſipat & uitiligines. Vermes qui in auribus enaſcuntur, ex alto in ſuperficiem extrahit. Cęterum folia & fructus conſimilem quidem, ſed infirmiorem tamen quàm radix obtinent potentiam.

Cardamus, Naſturtium.

NAſturtij ſemen, cauſticæ, hoc eſt deurentis facultatis particeps eſt, modo ſinapi, quo nomine cataplaſmatis inſtar impoſitū, cum cruento rubore exhulcerat, craſſos humores admixtis quibuſdam alijs incîdit. Herba ipſa arida eiuſdem ferè eſt potentiæ, ſed humida eſt moderate, & cruda nonnunquam editur.

Cardamomum.

ACris quoq; naturæ cardamomū eſt, naſturtio tamen nō parum imbecillius: neq; illi deeſt amaritas, qua ſanè uermes interficit. Et ſcabiem quam pſoran appellitant, cum aceto detergit.

Caris.

CAris cōtrita & eliquata, cum bryoniæ radice epota, uermes enecat.

Cancri fluuiatiles.

CAncrorū fluuiatilium crematorū cinis, pari ad unguem modo echinorum & cochlearū exiccat. Proprietate uero ſuæ totius ſubſtantię, admirando pręſentiq; remedio rabidi canis morſibus ſi poteſt, ſuccurrit.

Cancri marini.

FLuuiales cancros ſiccitatis uehementia multis nominibus poſt ſe relinquunt cancri marini, neq; à cane rabioſo demorſis quicq; conducunt, ſed uiolentius arefacere contendentibus proſunt. Cæterum qui in perennibus uitam agunt fluminibus, cancri leuigati & cataplaſmate impacti, ſpinas, & quæcunq; corpori infixa ligna telaq; euellunt.

Caron.

Caron.

CAri ſemen calidum eſt & ſiccum, ſecundum tertium quodammodo à temperatis exceſſum. Flatus diſcutit, & urinas prolicit, neq; id ſemen modò, uerum tota etiam planta.

Carpeſium.

CVm tenuitate partium odoratum eſt carpeſium: Ob eamq; cauſſam uiſcerum obturationes extergit, lotia promouet, renes inſuper purgatione à lapillis uindicat.

Carya, Nuces.

NVx arbor in ramulis quidem ſuis ſtipticitatem continet, cumprimis uero nucum putaminibus: Quare ſuccus eorum in melle elixus medicamentum fit, quod ori inſeruit, Græci στοματικὸν appellant. Cortex eius Στοματικά. ſi cremetur, tenuis redditur eſſentiæ, & exiccatorius abſq; uellicatione. Porrò quod eſculentũ ipſius eſt, oleoſum eſt, promptiſſimeq; exprimendo colligitur. Quod inde fit oleum, ſubtilibus cõſtat partibus, & tumores putredineſq; diſſipandi uirtutem obtinet. Cæterum quæ liquore aliquo ſubacta & condita ſunt carya propter antiquitatem, extergendi habent ea quæ in cute oriuntur uitia potentiam.

Carya Pontica, Auellana.

NVcem Ponticam leptocaryon græce, latine auellanam nuncupant, ea frigidior eſt atq; auſtera, cætera magnæ nucis æmula.

Caryophyllon.

CAryophyllon perinde quaſi dicas nucifolium, non re ipſa atq; eſſentia ſua nomini reſpondet, uerum ex India arboris cuiuſpiam flores ſtipulæ faciem præferentes, & nigri coloris, longitudine digitali ſunt, fragrantes, acres, atq; ſubamari ſapore, calorifici & exiccatorij quadantenus in tertio à medijs receſſu, quorũ multiplex & præſtãtiſſimus uſus eſt cum in obſonijs, tum in cæteris quibuſcunq; medicamentis.

Caſſamon.

SVnt qui fructum eſſe balſami caſſamon autumant, de quo ſuperius in balſami deſcriptione ſatis memoratum eſt.

Caſſia.

CAſſia calidę facultatis eſt ac ſiccæ, in tertio fermè ordine, partium ad hæc ſatis ſubtilium, acrimoniæ & adſtrictionis modicæ particeps: Quapropter ſimul & incidit, & diſcutit, & robur præterea organis indit; ducit ſuppreſſos deniq; menſes.

Caſtorium, Teſtes fibrorum.

TEſticulus caſtoris, quod caſtorium eſt, cum præpollente & impenſa partiũ tenuitate calfacit & exiccat: Qua de cauſſa alijs efficacius eſt, & neruorum ex plenitudine humorum prognatis affectionibus congruit. Perfrigerata facilime recalfacit. Foris adhibitum atq; epotũ, nullam parti cuipiam noxam adfert, etiamſi tepidam homo perpetiatur febrim, qualis accidit in ueterno maxime, & alijs inexpugnabilis ſomni

ſoporibus. Mouet præterea menſes, & locos à partu morantes expellit. Adhæc in eis quæ cerebrum & pulmonem impetunt affectibus, ſi quis ſuffitum eius inſpiratione hauriat, magnifice iuuat.

Caucalis.

CAucalis, ſunt qui daucum ſyluestrē dicunt, calfacit uero quemadmodum daucus, exiccat, & urinam trahit: ſaleq; ad repoſitionē condit.

Cenchros, Milium.

REfrigerat quidem milium in diſtantia prima, arefacit uero in ſecunda, & ſubtilitatis poſſidet perexiguum: extrinſecus in ſacculis excalfactum, & cataplaſmatis modo impoſitum, exiccat.

Cedrus.

CEdrus alia quidē eſt fruticoſa, iunipero aſſimilis, alia arbor. Vtræq; ſunt calidi & ſicci temperamenti, ſecundum utrunq; tertij ordinis: uerum cedria (quo nomine cedri gaudet oleum) quartum quoq; ordinem uidetur attingere, ſubtilium ſatis partium, quo nomine mollem utique carnē prompte & abſq; omni dolore liquat, & putrefacit, exedit'ue: duram uero, atq; cadauerum arefacit, & à corruptionibus ſeruat. Pediculos præterea, lendes, & tineas, aſcarades, & in auribus natos uermes interficere ualet, atq; infinita fermè alia deſignat.

Centaurium maius.

GRandioris centaurij radix guſtantibus acris apparet, calidæq; naturæ, ſtipticitatis terreæ: qua de cauſſa menſtruas mulierum purgationes pellit, fœtum uiuum corrumpit, enecat, eijcit, mortuum euellit. Vulnera glutinat, & ſanguinē excreantibus, quos hęmoptoicos dicunt, ſuccurrit: Atq; ut breuiter dicam, quæcunq; thoracem infeſtant, centaurio maiore leuantur.

Centaurium minus.

CEntaurij minoris radix ignaua planè atq; inefficax eſt, cæterum rami cauliſq; ſummitates, potenter & citra mordacitatem calfaciunt: quapropter ad ſingula quæ maius centaurium iuuat, accōmodatæ ſunt. 3 Decoctum inſuper eius herbæ coxendicis dolores ſi immittatur, bilem euacuando curat. Nonnunq; uero tam uiolenter operatur, ut & ſanguinem euacuet, atq; tum quidem magis proderit.

Cornu caprinum, & ceruinum.

COrnu capræ & cornu cerui crematū, dentibus nitorem, ſi loco dentifricij utare, adfert: gingiuas cum humore flacceſcētes ac fluidas firmat. Cerui item cornu uino leuigatū, deinde illitū, dentes uacillātes atq; cōmotos ſtabilit. Poſt uero uſtionē ablutū, dyſenteriā, uentrales, & ſanguinis ſputationes, & morbo regio oppreſſos curat, ſi cochliariorū duorum pondere ſumat. Ocularibus præterea inditur ſubinde pharmacis. 4

Cornu tauri.

TAurinū porrò cornu cum aqua hauſtū, ſanguinis eruptiones, quas Græci αἱμοῤῥαγίας uocant, non inſtrenue cohibet.

Ceraſia.

CEraſiorum duę ſunt ſpecies, dulcia nanq; ſunt quædam, auſtera alia: Dulcia multo celerius tranſeunt deijciunturq; : Auſtera ſtomacho minus ſunt noxia. Acida quippe, quoniam incîdūt. Inflammatis pariter & pituitoſis ſtomachis conferunt.

Commi, Gummi ceraſorum.

GVmmi ceraſi arboris ad arterias exaſperatas leuigandas ac lenien- das accōmodatum eſt, & calculis uexatos cum uino pota adiuuat.

Ceratonia.

ARefaciendi & refrigerandi facultatis particeps eſt ceratonia, & fru ctus eius, quæ ceratia dicunt. Habet inſuper aliquid dulcedinis.

Capita Menidum.

MEnidum ſale conditarum & inueteratarum capita cremata ſiccificæ facultatis uſtione reddūtur, neq; ualentis acrimoniæ. Rhagadibus ſedis, & columellæ longo tempore induratæ ſuccurrunt.

Capita Smaridum.

SMaridis totum caput combuſtum, capillorū defluuijs cum adipe ur- ſina adhibitum, ſuccurrit.

Caput Muris.

EAdem omnino caput muris crematum, quæ ſmaridis caput præſtat, ſi unà cum melle applicetur.

Caput Milui.

CAput milui aridū, deplume, pondo quantū tribus digitis ſubleuari poteſt, cum aqua potum, dolore pedum uexatis ſtrenue ſubuenit.

Caput Lacertæ.

TRadunt uero caput lacertæ, paxillos, aliaq; corpori infixa ligna euel lere, atq; formicas, ſeſſiles uerrucas, et anguſtiore rotūdaq; baſi, quas Græci ἀκροχορδόνας appellant, & helos, quos Latini clauos cognominant.

Cicis, Galla.

MEdicamentū perquam acerbum gallæ ea ſpecies eſt, quæ omphaci tes dicitur, hoc eſt immatura: Quo fit ut exiccet, & retūdat, eijciatq; rheumata: Colligit præterea & cōſtringit artus penſiles, & membra lan guida, omnibusq; fluxionū affectibus competit. Ponitur in tertio arefa- cientium, ſecūdo uero refrigerantiū ordine. Altera uero gallę ſpecies, fla ua illa, & laxa, grandisq;, arefacit quidē & ipſa, ſed tanto minore q; ſupe- rior efficacia, quanto minus acerbitatē participat. Cocta ſedis inflāma- tionibus & procidentijs ſubuenit. Crematæ aūt utræq;, & aceto reſtin ctæ, ſiſtendo ſanguini utiles & accommodatæ ſunt.

Cepæa.

POrtulacæ ſimilis herba cepæa eſt. Sumpta in uino folia eius, ſcabiei ueſicę ſuccurrūt. Radix uero eius cum aſparago, quem myacanthum appellant, pota, ſtillicidijs ueſicę, præſertim quę opplente lotij iter obij- ce aliquo eueniunt, remedio eſt.

Cera.

Reliquorum medicaminum materia quaſiq; corpus, cera bene exiſtit temperata, atq; ipſa per ſe ex eorum cenſu eſt, quæ lente detergunt. Habet inſuper diſtrahentis nonnihil, & calidæ potentiæ.

Buccina.

Buccinorum quidem teſta cremata uehementis admodum arefaciendi particeps eſt potentiæ, atq; id quidem citra mordicationē: ideoq; hulceribus contumacibus & malignis, quæ cacoëthe uocant, impendio cōgruit: Adhæc cōtra putreſcentia quoq; hulcera, uel adiecto aceto, uel uino, eiſdem utendū. Oleum in quo carnes ipſorū etiamdum uiuentiū elixatæ ſunt, auribus non ſemel infuſum earundem doloribus opitulatur.

Cici, Ricinus.

Vt ricini fructus expurgandi, abſtergendi, ac diſtrahendi facultatē obtinet, ſic etiam ipſius folium: uerum ad omnia imbecillius, quemadmodum & in oleo præmonſtratum eſt.

Cinnabaris.

Acrimoniæ puſillū habet facultate cinnabaris, neq; deeſt illi omnino ſtipticitas & aſtrictio.

Cinnamomum.

Cinnamomum omnium maxime ſubtiliſſimis conſtat eſſentiæ parti- 2
bus, neq; interim tamen extremi caloris, ſed ex tertio quadantenus ab inculpata temperie exceſſu & ordine: neq; ſanè quicquam omnium quæ in calfaciendo eiuſdem claſſis ſunt, tantopere deſiccat, ob illam extremam partium ſubtilitatem. Eſt præterea in cinnamomorum genere quodpiam ueluti debilius, quod quidem ipſum pſeudocinnamomū, hoc eſt falſò cinnamomum, quaſiq; adulterinum uocant aliqui.

Circea.

Circeæ radix calidæ temperaturæ eſt, & fragrantis odoris, quæ ſi cum uino potetur, fœminarum locos expurgat. Producit autem ge-
neratq; ſemen eius lac, in ſorbitione ſumptum. 3

Ciſſeris, Pumex.

Pumex non ſolum potentia, ſed aſperitate etiam detergentis facultatis exiſtit, atq; in primis dentiū. Inijcitur uero medicaminibus quoq; carne hulcera implentibus, necnon cutis uitia abſtergendi uim habentibus. Quod ſi cremetur, eſſentię quidē ſubtilioris, ſed mordax magis efficitur. Pumex aūt ſi abluatur, mordicationem exuit.

Ciſtos.

Ciſtos uel ciſſaros perexiguus eſt fruticulus ſtipticus & cōſtringens, tepidæ frigiditatis potentia. Folia eius fruticis & germina uſq;adeo deſiccant, ut & uulnera cōglutinent. Flores uehementius arefaciūt, utpo- 4
te in ſecundo quodāmodo gradu cōſiſtentes. Inteſtinorum torminibus & alijs fluxionibus medetur pota: Extrinſecus autem emplaſtri modò impacta, putreſcentibus hulceribus auxiliatur.

Ciſſos, Hedera.

HEdera ex contrarijs compoſita eſt facultatibus: habet enim adſtringentis nõnihil, refrigerantis item & acris guſtu naturæ cum calore cõiunctæ. Neq́ deeſt illi ſubſtantia aquea, tepida, uiridis: cuius folia cum uino elixa uulnera cõglutinant, igne ambuſtis & lienoſis conducũt. Cremor uero hederæ medicamentum præſtat errhinon, hoc eſt quod naribus infuſum, caput euacuat: diuturnis præterea aurium fluxionibus reſiſtit atq́ ſuccurrit. Multo acrimoniæ plus habet ipſius lachryma, pediculos interficit, atq́ deglabrat. Errhinon.

Citrium, Malum Punicum.

CItrium, quod & Medicũ malum appellant, meditullium eius acetoſum uel nullas habet ſaporis omnino qualitates: cuius utiq́ ſemen in tertio à temperatis exceſſu refrigerat & arefacit. Cortex in exiccãdo ſecundi eſt ordinis, non tamen tantæ frigiditatis, habet aliâs acrimoniam. Caro citrei mali craſſum humorem generat, & pituitam adauget, refrigerat. Semen diſtrahit pariter & exiccat ſecunda in diſtantia. Quin & folia ipſius arboris ſiccam & diſijcientem obtinent potentiam.

Cichorium.

CIchorium uel picris, hoc eſt amara, ueluti ſylueſtris ſeris eſt, ex primo refrigerantium & arefacientium ordine. Habet præterea ſtipticitatem quandam, quą de cauſſa iocinoroſis confert dyſenterijs.

Clematitis.

CLematitis, quæ ab aliquibus daphnoides, à quibuſdã myrſinoides, ab alijs polygonoides, palmites ſarmentáue habet prolixa, ad olochœni iunciue craſſitudinẽ, foliũ lauro figura & colore ſimile, arefacientis eſt potentiæ. Fluores alui, quos διαῤῥοίας uocant, & inteſtinorũ tormina, quæ δυσεντερίαι dicuntur, ſedat, & dentium cruciatus mitigat. Contra uenenatorum morſus magna cum utilitate imponitur.

Clematitis altera, Ambuxus.

CLematitis altera arboribus, quemadmodum ſmilax hedera circumfunditur, adurentem habens facultatem. Fructus huius cum aqua potus, per inferiorem aluum pituitam deducit, atq́ bilioſum humorem. Folia eius ritu cataplaſmatis impacta, lepras diſcutiunt.

Clinopodion.

CLinopodium excalfaciendi & arefaciendi uim obtinet, ſed nondum adurendi, uerum in tertio fermè ordine.

Cnicus.

CNici ſeminis nõ niſi ad purgationes uſus eſt: ſi quis extrinſecus adhibere uolet, tertij fuerit excalfacientium ordinis.

Conchylia.

BVccinis conſimilem facultatem habent conchylia.

Cœlia, hoc eſt Venter mergi.

VEntrem mergi recens coctum, ſiue inueteratum & arefactum iuxtà

prodeſſe ſtomacho ſi eſtur, plures aſſerunt, quemadmodum etiam de interiore uentris gallinarum tunicula ſiccata & pota perhibent: utrunq; tamen hoc mendacium eſſe Galenus facto periculo deprehendit. Tradit uero ipſus quoq; Dioſcorides uentrem palumbi alitis modice potũ, per urinam calculos expellere.

Ventriculi gallinæ tunica.

Cœlia gales, Venter muſtelæ.

MVſtelæ uentriculus in potu ſumptus, adiuuans amuletum, quod ἀλεξιφάρμακον dicunt, contra beſtias uenenatas eſſe putatur.

Coccus cnidius, Granum gnidium.

GRanum gnidium fructus eſt non chamælææ, ut quidam autumauerunt, ſed thymelææ, acris adurentisq; facultatis. Purgat per inferna aquam, ſi potetur.

Coccos baphicus, Granum tinctorium.

GRanum tinctorium quoniam citra eroſionẽ deſiccat, grandibus uulneribus competit, & neruorum uulnerationibus cum aceto & oxymelite, quod eſt aceto mulſo tritum & leuigatum.

Coccymelea, Prunus.

COccymeleæ, hoc eſt pruni fructus, aluum recens quidem uehementius & copioſius, mitius uero ac minus etiã arefactus ſubducit. Prunorum porrò decocto inflammationes gurgulionis utiliter colluuntur. Gummi arboris ſecante, & partium non craſſarũ, ſed ſubtilium potentia conſtat. Id ſanè potum cum uino, nõnulli lapides affirmant confringere: cum aceto uero puerorum lichenas, hoc eſt impetigines ſanare.

Coccymelea agreſtis.

SYlueſtris coccymeleæ fructus haud obſcure ſtipticus eſt, & ad cohibendam aluum aptior. Appellatur aũt hęc planta in Aſia prumnum. Porrò ſatiua coccymelea aſſimilatur his, quæ nunc Damaſcena appellantur, ut Galenus aſſerit.

Colla, Gluten.

GLuten ſimilagineũ ſiue ex polline factũ, meatus oppletac obſtruit illitum, ſed concoctrice adhæc facultate prædıtum eſt.

Colocynthe, Cucurbita.

CVcurbita humidi & frigidi temperamenti eſt, utrunq; in ſecundo à temperatis receſſu. Ob quam rem tota ritu cataplaſmatis illita, feruentiores refrigerat inflammationes.

Colocynthis.

COlocynthis purgatoriam facultatem oppidoquã ualidam poſſidet. Viridis ipſius liquor infricatus, coxendicum dolores adiuuat.

Comarus, Arbutus.

ARbutus arbor ipſa pariter cum fructu qualitatem acerbam obtinet. Memecylũ autem hunc ipſum nominant. Eſt autem is nõ ſolum nociuus ſtomacho, ſed capitis etiam dolores inducit.

Commi,

Commi, Gummi.

GVmmi exiccatoriam habet naturam & emplaſticam, atq; ob id ſcilicet aſperitates medicatur.

Conia, Lixiuium.

COnia græce, lixiuium latine dicitur, utraque appellatio, quod uelut abſolutio cineris ſit, eſt indita. Cæterum omnium extreme abſterſorium, exiccatoriumq; maximum eſt lixiuium, cum id quod ex ficulneorum lignorum, tum quod ex tithymallorum cinere conficitur, & tantum non iam ſepticæ ſeu putrefacientis eſt potentiæ. Quod ſi calx quoq; cineri adijciatur, deurens inde reddetur lixiuium, quod πρωτόςακτον Græci nuncupant. Clyſticis id frequenter cõmiſcetur pharmacis. Omniũ uero maxime uehementiſſimũ eſt, quod ex ſola calce conſtituitur.

Conyza, quæ non paucis Pulicaria eſt.

COnyza & grandior & exilior, ſiccificæ & excalfactoriæ ſunt temperaturæ ſecundum tertium à medijs exceſſum. Proinde oleum in quo elixæ fuerint, febrium cum tremore algores per circuitum redeuntes ſedant. Flores quoq; utriuſq; ſimilem effectum poſſident, quorum elixatio menſes prouocat, & fœtum eijcit. Tertia porrò conyzæ ſpecies, quæ in locis humidioribus naſcitur, utriſq; ſuperioribus tetriorem de ſe emittit odoris fluxum, & uires continet multo inferiores debilioresq;. *Tres Conyzæ ſpecies.*

Copros, Stercus.

STercus quidem omne genus calidæ, & aridiſſimæ, atq; extreme diſtrahentis eſt potentiæ. Permutatur autem unumquodq; ſecundum excernentis animalis cum temperaturam, tum uictus quoq; rationem.

Copros cynωn, Stercus caninum.

STercus canum, qui oſſibus ueſcuntur, deſiccatum, & cum lacte fiſſili potum, dyſenteria laborantibus ſuccurrit. Commode porrò medicaminibus contra hulcera inueterata factis miſcetur. Præter hæc caninum ſtercus melle exceptum, anginæ, tonſillarumq;, & glandularum inflammationibus utiliter illinitur.

Stercus infantium.

EIſdem malis prꝫſentiore remedio ſuccurrit oletum puerorũ, qui non excrementoſa uictus ratione utuntur.

Stercus luporum.

STercus lupinũ albidius quidem, & quod nõ humi, ſed in quibuſdam uepribus fruticibusq; reperitur, colicis prꝫſentaneo interdũ eſt remedio, non ſolum epotum, ſed etiam impoſitum, uel pro amuleto alligatum & appenſum. Suſpendi aũt ex uinculo è lana confecto, non quauis, ſed ouis à lupo laniatæ expedit, uel ex pelle ceruina.

Stercus caprillus.

CAprinus deinde fimus (quem Græci σπυράθος proprie uocant) maioris acrimoniæ, uehementioremq; diſſipandi facultatẽ continet, adeò ut tumores ſcirrhi inſtar induratos, diſtrahat emplaſtri modo impoſitus,

potiſſimum in his qui duriore ſunt carne: mulieribus enim ac pueris, tenerioribusq́ꝫ omnibus minime congruit. Baccę porrò caprinæ cõbuſtæ abſtergunt uehementius, & partiũ multo magis ſubtilium efficiuntur.

Stercus bubulum.

STercori bubulo uis quædã attrahẽdi ineſt. Morſibus igitur ueſparũ ac apum pulchre medeť. Hydropicorũ corpus uniuerſum ſi quis ſtercore bubulo perungat ſub ſole, magnam ac pręſentaneam opem ſentiet.

Stercus ouillum.

FImus ouium cum aceto, uerrucis, quas formicas dicũt, et acrochordonibus, carnoſarum partium abſceſſibus, quos Græci δοθιῶνας appellitant, & Clauis deniq́ꝫ medetur.

Stercus columbinum.

STercus palumbinum plus acredinis quàm reliqua habens ſtercora, ſi quis id cum naſturtij ſemine applicet corpori, puniceum colorem cum exhulceratione fermè inducit, & rubificat.

Stercus alitum domeſticorum.

MErda uero auium contubernalium, puta gallinacei, anſeris, gallinę, cum oxymelite, uel aceto, uel œnomelite hauſtũ, facit ut quis ſuffocantes fungos uomitu eijciat, fitq́ꝫ alexipharmacũ, quod eſt primi auxilij amuletum. Colicis præterea nõnulli potandum miniſtrant medici.

Stercus ciconiarum.

SVnt qui ciconiarum alui excrementũ non niſi recta ceruice ſpirantibus, quos orthopnoicos græce appellant, ſanare aſſeuerant.

Stercus murinum.

MVſcerda abſtergendi maiorem uim quàm cæterorum animalium fimus obtinens, alopecijs ſubuenit, & puerorũ ano applicatum, ad excretionem proritat.

Stercus ſturni.

FImus ſturnorum, quum oryzam comederint, abſterſoriæ facultatis efficitur, tantæ quidẽ, ut contractas uelut ex ſole maculas, quas ἐφήλεις græce nominant, exterat.

Stercus crocodilorum terreſtrium.

FImus præterea crocodilorum terreſtrium impetigines, quos ἀλφοὺς Græci cognominant, exterit.

Corallium.

COrallium lapidea quædã arbor eſt, arboris nanq́ꝫ modo creſcit, & in duritiem lapidis duratur, non in continente, ſed in imo maris, colore rufo, lapidi ſimili, ualenter ſiccandi, & mediocriter conſtipandi uim obtinens. Quo quidem nomine ſanguinem eiectantibus, & inteſtinorũ torminibus pulchre conuenit.

Coris.

COres animalia acris ſunt potentię. Sunt qui hæc hirudines eijcere, ſi cum aceto potentur, literis & memoriæ cõmendarint.

Coris herba.

COris, ſunt qui corin herbã hypericon uocent, acris ea eſt, boniꝗ odoris. Fructus autem eius potus, menſes urinasꝗ prolicit, opitulatur phalangiorum morſibus. Opiſthotonicis præterea, hoc eſt in ſcapulas rigentibus cum oleo utiliter illinitur.

Corianon, Corion, Coriandrum.

COrianum ſiue corion ex contrarijs conſtituitur facultatibus, ſubtilioris nanꝗ eſſentiæ cum terrea quadam amaritate exiſtit, & aquei humoris tepidi, habet præterea ſtipticitatis pauculum. Quamobrem inflammationibus, & ignitis cum phlegmone ruboribus (quæ eryſipelata dicuntur) non admodum feruentibus ſuccurrit. Teneriores quoꝗ tumores diſijcit, adiecto ſibi quopiam accommodo & congenere. Seminis coriandri uel momentum quidem cum paſſo arcendis lumbricis præſenti cum remedio bibitur. Largius tamen quàm par ſit ſumptum, mentem non ſine periculo commouet.

Corydos, Alauda, ſiue Galerita.

ALauda, quam Græci corydon uel corydalon uocant, auis elixa cum ſimplici iure colicis ſubuenit. Profuerit autem plurimum, ſi aſſidue & identidem quis ipſum cum iure comedat.

Coronopus, id eſt Cornicis pes.

COronopodis quoꝗ radix colicos dolores manſa ſanare creditur.

Coſtus.

COſtus paucula admodum prædita eſt amaritudine, plurimæ uero acrimoniæ & calidæ qualitatis particeps eſt. Quapropter in quibus aliquam corporis partem re poſtulante calfacere, uel ex profundo in ſummam cutem humorẽ quempiam euellere inſtituimus, ad coſtum confugiendũ. Vrinam itaꝗ ciet, & menſtrua ducit, & lumbricos perimit. Habet uero & flatuoſi ſpiritus nõnihil, qua de cauſſa in Venerem ſtimulat, cum œnomelite potum. Coxendicum doloribus & reſolutis, & cum tremore per circuitum algoribus congruit cum oleo intritum.

Cotyledon, Vmbilicus Veneris.

COtyledon mixtæ facultatis eſt, refrigerãtis uidelicet, & repercutientis, repurgantis, & diſtrahentis. Folia uero eius unà cum radice comeſta, lapillos atterere, & lotium mouere creduntur.

Cochliæ, Limaces.

COchliæ crematæ ſtrenuam arefaciendi uim, calfaciendi mediocrem obtinent. Contra dyſenteriam nondum putreſcentem pluſculum opis tulerint, ſi ad quatuor cochlearũ partes miſcueris piperis albi partem unam, & gallarum partes duas. Sed quę exuſtionis omnino expertes, ſunt cochliæ ad unguẽ leuigatæ, & uentri impactæ hydropicorũ, & in arthriticis articulorũ tumoribus donec iam ultro deciderint, plurimũ expediunt. Et funditus omnino humorẽ quencunꝗ ualenter exiccant.

Crania, Cornus.

CORni arboris fructus acerbus est, & uesculentus, ac proinde aluum potenter admodum compescit & restringit. Folia quoq; & ramuli sua acerbitate impensius arefaciũt, ita quidem, ut grandia etiam uulnera durorum corporum conglutinent.

Crambe, Brassica.

BRassica, ea nempe quæ edendo est, exiccatoriæ facultatis est, non solum dum estur, sed etiam si extrinsecus imponatur, non tamen acris manifeste. Vulnera ob id & hulcera cõglutinat extreme malefica, quę cacoëthe appellant, & egerrimæ solutionis tumores instaurat & curat. Ha- 1
bet uero abstergentis potentiæ nõnihil, qua lepræ medetur. Semen eius herbæ in potu sumptum lumbricos interficit, & potissimum brassicæ Aegyptiæ. Caulium porrò crematorum cinis deurentis est potentiæ. Cæterum cum adipe laterum doloribus diuturnis & peruetustis admodum præsenti remedio succurrit.

Crambe agria, Brassica agrestis.

BRassica syluestris ad omnia prædicta quàm domestica & satiua brassica potentiorem uim possidet. Qua de caussa intro in corpus citra noxam sumi non potest.

Crambe thalattia, Brassica marina. 2

BRassica marina aluum subducit, eo quod gustui subsalsum atq; subamarum quippiam habere uideatur.

Cratæogonos.

CRatæogoni herbæ fructus gustantibus acrimoniam præfert, estq; temperatura frigidus, milio consimilis.

Crethmon, Batis.

CRethmon unà cum exiguo amarore salsum quodãmodo est, ideoq; uires repurgandi & arefaciendi possidet.

Crithe, Hordeum.

HOrdeum calidum & siccum habetur in ordine primo. Habet etiam 3
quiddam sed pauculum modo absterfionis: arefacit uero paulò plus quàm farina fabuli, flatuosum uerò minus. Polenta aũt, quod ἄλφιτον Græci uocant, uehementioris multo quàm hordeũ exiccatoriæ est potentiæ. Cæterum ptisana magis humectoria, magisq; abstersoria est.

Crimnon.

CRimnum non paucam in se habet crassam substantiam, quo quidem nomine & farina tritici, & ex zea farina gaudet. Nutrit ualidius q̃ polenta, renititur uero concoctioni crimnon. Appellatur autem sorbitio ex eo confecta, puls, græce uero πολτός.

Crinos, Lilium. 4

LIlij porrò flos temperamentũ habet mixtum ex subtilitate partium, & terrea essentia, & aquea, eademq; temperata. Propter hoc, quod

ex

ex eo conficitur oleum, diſtrahentis & emollientis eſt potentiæ, Mulierumq; locorum inflammationibus eſt perquam idoneum. Radix & folia lilij ſiccant, & detergunt, atq; diſcutiunt mediocriter: ideoq; ambuſtis perutilia ſunt. Vulnerationi porrò neruorum opitulatur cum oxymelite ſumptus eorundem ſuccus.

Crocodilium.

CRocodilij cum ſemen tum liquor facultatem calorificam, exiccatoriam, & digerentem poſſidet. Lotium itaq; pariter & menſes proritant. Radix thoracis excreationibus egregie ſubuenit. Cæterum per nares quoq; trahit ſanguinem.

Crocus.

CRocus in calfaciendo ſecundũ, in exiccando aũt primum ſortitus eſt ordinem, habetq; ſtipandi concoquendiq; potentiam.

Crommyon, Cepe.

CEpa in extremo à temperatis exceſſu calfacientium eſt, & craſſarũ partiũ eſſentia. Quapropter hæmorrhoidas applicata aperit. Habet aũt etiam uim abſterſoriã, albasq; cutis notas, quos ἀλφοὺς nominant, cum aceto emaculat & expungit, & ex alopecijs glabreta pilis alcyonio citius inſtaurat. Succus poſtremo ipſius ſuffuſos, uel ob humorum craſſitudinem oculorum ſpeciem hebetatam adiuuat.

Cyamus, Faba.

FAba in utroq; refrigerando uidelicet & exiccando non procul à media ad unguem temperie abeſt. Caro autem eius abſtergentis potentię particeps eſt: Idcirco excreationes, ſputa item pectoris & pulmonis medicat. Putamen aſtrictionis quippiam habet, cœliacis & dyſentericis fabulũ uniuerſum cum oxycrato elixũ peridoneũ eſt præſidium. Inflãmationibus præterea & tumoribus cataplaſmatis inſtar impoſitũ auxiliatur. Quin & lac quoq; in uberibus ab eo cataplaſmate extinguitur.

Cyanos, Cœruleus.

EST cœruleo uis & natura acrior, tum detrahendi etiam (quam καθαιρετικὴν appellant) tum diſijciendi ualentior quàm cinnabari. Aſtrictionis quoq; particeps eſt.

Cyclaminos, Rapum, Vmbilicus terræ.

CYclaminus uariam poteſtatem obtinet, abſtergendi uidelicet, incidendi, aperiendi, attrahẽdi, & diſcutiẽdi. Ac proinde ſuccus ipſius hæmorrhoidas interrũpit, ſi oris earum adglutinetur, duritias cum alijs quæ ad eandem rem faciunt, appoſitus diſijcit. Suffuſis porrò cum melle illitus ſuccurrit, & per nares caput expurgat, tantæq; eſt potentiæ, ut eo abdomine uncto, aluum ſubducat, & conceptũ interficiat. Viribus aũt radix multo quàm ſuccus inferior eſt, tametſi ipſa quoq; adeò uehemens ſit, ut cum aqua mulſa trium drachmarum pondere ſumpta, corporis uiſcera expurget, cutisq; cuncta fermè uitia ſtrenue detergat.

Cyclaminos altera.

EST & alterum terræ rapum ſiue umbilicus, quod ciſſanthemon uocant, cuius utiq; radix admodũ inutilis & ſuperuacanea eſt. Fructus uero cyclamini tam efficax, ut in potu ſumptus, ſuperiori operet̃ cõparia.

Cyminum, Cuminum.

CYminum calfacientis eſt potentiæ ſecundũ tertium quadantenus à temperatis exceſſum & ordinem. Lotium præterea prouocantis, & flatum peditusq; diſcutientis, & penitus extinguentis.

Cynos batus, Sentis canis.

CYnosbati fruticis fructus haud ſegniter ſtipticus eſt, folia uero moderate aſtrictoria ſunt: Atqui uitandum atq; fugiendum eſt etiam illud, quod in meditullio fructus eius lanæ præfert faciem, tanquam id quod arteriam uitiat & afficit. 1

Cypariſſus, Cupreſſus.

CVpreſſi arboris galbuli & ramuli exiccatoriam uim obtinent, citra euidentem tamen magnumq; calorem: Ac proinde grandia admodum conglutinant in durioribus corporibus uulnera, & in flacceſcentibus cum humore putredinibus humiditates in profundo latentes innoxie tutoq; depaſcuntur atq; abſumunt. Quin & enterocœlicis, id eſt inteſtinorum ramicibus cupreſſi cum pilulæ tum germina ſuccurrunt. 2

Cyperus, Iuncus quadratus.

IVncus odoratus anguloſus, quem cyperum græce appellant, calidus pariter & ſiccus temperamento eſt, neq; in ſui muneris functione uel tantillũ uellicat. Qua de re hulceribus præ nimia humiditate ægre cicatricem admittentibus mirabiliter conducit. Prodeſt pariter ad oris hulcera. Ineſt præterea cypero ſecandi quędam facultas, qua lapillos atterit, & lotia ſimul, ac menſtruas mulierum purgationes prolicit.

Cypros.

CYpri arboris folia atq; uirgulta ramíue mixtam facultatẽ poſſident, diaphoreticam nempe & ſtipticam, innoxie & citra eroſionem exic- 3c catoriã. Quapropter decocto eius igne ambuſta conſperſa fotaq; ſanantur. Vtuntur item aduerſus igneas corporis inflãmationes: Et oris hulceribus, quas aphthas cognominant, prodeſt cõmanſa. Lienoſis adhæc remedijs non abſurde commiſcentur.

Cytiſum.

CYtiſi folia leuiuſculam ac lentam diſcutiendi facultatem obtinent, & tepidam temperaturam, ſicuti etiam maluæ.

Conion, Cicuta.

CIcutam extreme refrigerantem natura habere potentiam lippis ferme tonſoribusq;, ut ita dicam, perſpicuum eſt. 4

Conos.

COni quidem cum cortex tum folia uiribus pino ſunt ſimilima, acrimoniæ

moniæ uero plus efficaciæq; poſſident. Fructus autem quem ſtrobilon quidam nominant, ſi uiridis quidē ſit, hahet cum humiditate amarorem quempiam & acredinem, ideoq; affectionibus pectoris purulentis, quæ expuitionis facilitatem efflagitant, apprime congruit: ductilem enim & excreatu facilem reddit quantumuis tenacē materiam: Sed eſculentus in aqua maceratus tantiſper dum omnem inculpati temperamenti acorem exuerit, minus mordax, & emplaſticus magis efficitur, & medicamentum deniq; aſperitati leniendæ accōmodatiſſimum.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA L.

Lagopos, Leporinus pes.

LAgopus deſiccantis eſt potentiæ, uſq; adeò ut alui fluxiones nō ſegniter exiccando ſiſtat.

Ladanum.

LAdanum ex ciſtho frutice, quem ladana uocant, prouenit & colligitur. Capræ nanq; ipſum depaſcentes, pinguitudinem atq; ſucculentum ipſius herbę, barbis & fœmoribus ſuis auferunt. Collectum uero ladanum medicamentū eſt calidum, ſecundum à temperatis exceſſum attingens, eſſentia ſubtili, moderate emollientis potentiæ, pariterq; diſtrahentis, & concoquentis maxime. Proinde nihil mirum quod locellorum afflictionibus peculiariter dedicatur. Præter hæc ſtipticitatis paululum quiddam continet, quocirca fluentes capillos retinet.

Lathyris.

LAthyris tithymalli ſpecies eſt, ſunt qui ſuccum eius pariter cum tithymalli lacte purgare affirment. Semen uero ſummam facultatem purgatoriam poſſidet.

Lapſane.

LApſane eſa quidē uitioſum humorē generat. Cæterū cataplaſmatis modo adhibita, abſtergēdi nonnullā, diſijciendiq; poteſtatē obtinet.

Lapathon, Rumex.

RVmex herba moderate diſcutiendi facultatem in ſe complectitur.

Oxylapathon.

OXylapathum, quaſi acuta rumex dicitur, præter digerentē uim, repercuſſoriam quandā facultatem ſortitum eſt. Semen utriuſq; rumicis, ſed potiſſimum acutę ſtipticitatem quandam obtinens, diarrhœis & dyſenterijs medetur. Contrario autem modo, diuerſisq; uiribus quadantenus folia & ſemen inter ſe conſtant: Folia nanq; eſa aluum cōmouent: ſemen potum lubricam cohibet ac ſiſtit.

Limonium.

LImonij fructū utpote acerbū & auſterū, cœliacis, & dyſentericis, & ſanguinē ſputo eiectātibus, hæmoptoicisq; cum uino exhibēt. Quin ad fluxum quoq; muliebrem oxybaphi menſura peraccommodus eſt.

Lichen.

LIchen qui in petris adinſtar muſci prouenit, abſtergentem poſſidet

pariter & modice frigorificam, exiccatoriamq; potestatem. Porrò lichenas curat, & inflãmationes arcet, teste Dioscoride. Adhæc hæmorrhagias, hoc est sanguinis eruptiones comprimit ac sistit.

Lichenes caballorum.

Lichenes equorum leuigatos cum aceto, perhibent aliqui comitialem morbum, mox bestiarum morsum ictum'ue sanare.

Leontopetalon, Papauerculum.

Leontopetali radix in arefaciendo tertij ordinis censetur, & digerentem obtinet potentiam.

Lepidium.

Lepidium, quam & hiberida nũcupant, ex quarta calfacientium à temperatis est distantia, nasturtio uiribus, præterquam quod minus eo siccat, uicinum ac simile existit.

Lepis, Squama.

Squamarũ omne quidem genus potenter exiccatorium est, astrictorium item, & strenue mordax.

Lepis chalci, Squama æris.

Squama æris non paulò maiorem arefaciendi uim obtinet, & subtiliorum magis est partium, habens nonnihil etiam rubiginis, præsertim ea quæ ex Cypriorũ decutitur clauis, quos ἥλους Græci nominant: propter hoc Heletim, id est clauarem eandem uocitant.

Squama ferri.

Squama autem ferri stipticitate copiosiore participat, & hac etiam maiorem habet astrictionẽ squama stomomatis: Qua de caussa ad extreme maligna hulcera, quæ cacoëthe uocantur, præstantius est purgatorium. Carnem quoq; ualidius liquefacit, quàm quælibet squama æris.

Leucacanthon, Spina alba.

Sunt qui leucacanthum polygonaton, neq; desunt qui ichiada nuncupent. Eius plantulæ radix incidendi & arefaciendi facultatem habet in tertio ordine, excalfaciendi uero in primo.

Leucas herba.

Leucas ex tertia quidem calfacientium & exiccantium classe censetur, sed acriorem possidet qualitatem exuperantem.

Leucoion, Viola, uel Viola alba.

Violæ, quam λευκόϊον Græci dicunt, frutex uniuersus extergendi habet potentiam, & ex tenui constat essentia, plus tamen flores, atque inter hos aridi impensius etiã quàm uirides. Idcirco sanè menses proritant, fœtum perimunt, & peremptũ eijciunt. Verũ si quis eius uehementiam aqua admixta hebetauerit & mitigauerit, ad inflammationes quoq; appositissimum efficiet pharmacũ, potissimũ ad phlegmonas uuluæ. Radices proximę & æqualis facultatis sunt, nisi quatenus crassiorũ sunt partium, & magis terrenę quodammodo substantiæ. Quin & cum aceto inflammationibus scirrho induratis identidem succurrunt.

Leuce,

Leuce,Populus alba.

LEuce,quam candidam populum Romani dicunt, arbor mixti temperamenti eſt,ex aquea,tepida,& terrea ſubſtantia cõſtans:abſterſoriæ facultatis particeps eſt.

Libanotides,Roſmarinum.

LIbanotides tres ſunt, ſterilis una, ferentes fructũ duæ. Extergendi, incidendi,diſtrahendi,emolliendiq; uires obtinent. Quarum ſuccus melle mixtus, hebetibus ex humorum craſſitudine oculis auxiliatur. Coronomentariæ uero libanotidis decoctum ſuffuſos felle, hoc eſt aurugine laborantes,ſi potetur, adiuuat.

Libanotus,Thus.

LIbanotus excalfacit ordine ſecundo, arefacit uero in primo. Habet autem minimũ quiddam aſtrictionis. Cortex eius euidentius aſtringit & deſiccat in ſecundo à temperatis exceſſu complete. Eſt præterea craſſioris ſubſtantiæ quàm ipſum thus, & minus habet acrimoniæ. Præſenti itaq; remedio hæmoptoicis eſt, dyſentericis item & cœliacis, ſtomachicisq;, non modò foris applicatus, ſed intra corpus etiam ſumptus.Ramus eius calfaciendi & exiccandi poteſtatem in tertia diſtantia habet:Ineſt pariter ei detergentis naturæ nõnihil:unde ea quæ in oculis conſiſtunt hulcera,expurgare & implere pulcherrime poteſt.

Lignys,Fuligo.

FVligo ardentium quarundam ſpecierum tanquam cinis eſt, puta libanoti,myrrhæ,terminthi,ſtyracis,picis liquidæ, & cedri. Siccifica, & terrenæ,ac tenuis eſſentiæ. Cæterum quæ ſpeciatim ipſius ſunt differentiæ, pro cremata fiunt materia. Vſus uero eius cumprimis commendatur in remedijs ocularibus, & honeſtandis palpebris inſeruientibus, quæ Græcorum medici καλλιβλέφαρα appellitant. Fuligo autem libanoti commoditate palmam facile cæteris omnibus præripit,utpote mitior. Vehementior cõtrà fuligo pini,& coni,& piceæ. Quapropter ad uitia ſuperciliorum,quæ ψίλα βλέφαρα, hoc eſt glabras ſimulq; naſcentes alias palpebras uocant,& ad oculorum humentes hirquos, & undiq; eroſos lachrymantesq;, utilis eſt.

Liguſticum.

LIguſtici cum radix tum ſemen ex numero calfacientium tam impenſe habentur,ut menſtrua prouocent,flatusq; ſtrenue extinguant.

Lithargyros,Argenti ſpuma.

LIthargyrus medium inter metallica tenet ordinem: quamobrem eo ceu materia ſubinde utimur, alijs remedijs commiſcendo. Obtinet aũt facultatem ſiccantem leniter, detergentemq; atq; ſtipantem: ideoq; fœmorum intertriginibus cõmodiſſimum præſtat ſubſidium.

Lithi,Lapides.

OMne quidem genus lapides,perinde atq; ipſæ etiã terrę,exiccandi uirtutem obtinent.

Hæmatites.

CAeterũ hæmatites ſtipticam & potenter exiccatoriam uirtutẽ ſortitus eſt. Cuius gratia aſperitatibus quoq; oculorũ competit, his qui nullam inflammationem ſentiunt, admixta aqua: qui inflammatione infeſtantur, cum ouo. Prodeſt ſimiliter & ſanguinẽ ſputo reijcientibus ſi potetur, & carnium immodicas excreſcentias reprimit.

Schiſtos, id eſt Lapis ſciſſilis.

SChiſtus uero lapis conſimilem quidem habet hæmatiti potentiam, cæterum ad omnia imbecilliorem.

Galactites, Lactarius lapis.

LApis galactites eaſdem ad amuſſim habet quas ſchiſtus facultates.

Melitites.

MElitites præterea lapis nonnihil etiam caliditatis poſſidet.

Myeroxos, uel Morochthos.

LApis myeroxus ſeu morochthus, quẽ nunc leucographida nominãt, quanto ſuperioribus exiſtit mollior, eo quod nullam penitus euidentem ac ſtrenuam qualitatem habet, tanto temperatior, magisq; indolorius eſt. Quocirca in corporibus teneris ipſo unà cum ceroto ad hulcerũ ſanationem utuntur.

Iaſpis.

SVbuiridis iaſpis quum potentiorem habeat facultatem, cicatrices & pterygia attenuat. Virẽs aũt omnino iaſpis ſtomacho prodeſt, nõ ſolum pro amuleto appenſus alligatus'ue, ſed uel in annulo quoq; geſtatus.

Lapis Iudaicus.

LApis porrò qui appellatur iudaicus, renum calculos comminuit, qua de re τηκόλιθον eum recenſiores nuncupant.

Pyrites.

PYrites ex eorũ cenſu eſt, qui ſtrenue tumores, & in minimos globulos ſanguinem concretum diſijciunt. Qui ſi forte in procinctu adq; manum non ſit, myliten eius loco uſurpant.

Phrygius.

PHrygius lapis cum ualida qua præditus eſt ſiccandi facultate, ſtipticitatis quippiam & mordicationis obtinet: quo quidẽ nomine eijcit ac diſcutit, proinde ocularibus miſcetur medicaminibus.

Ageratus.

AGeratus ſtipticam & diaphoreticam ſortitus eſt potentiam, gutturis inflammationibus optime conducit.

Lapis Aſius.

ASiæ petræ flos adeò ſubtilium eſt partium, ut citra uellicationẽ cum humore flacceſcentes carnes liquefaciat.

Gagates.

GAgates lapis admodum exiccatorius exiſtens inflationibus diuturnis cumprimis accommodus ac utilis eſt.

Magnites.

Magnites, Magnes.

MAgnites, qui & heraclia nuncupatur, lapis, conſimilem planè hæmatiti potentiam obtinet.

Arabius.

ARabius prætereà lapis ebori aſſimilis, arefacientem uim & repurgantem poſſidet.

Alabaſtrites.

EX lapidibus etiã alabaſtrites eſt, quẽ in cinerẽ crematũ nonnulli potandũ ſtomachicis, id eſt cibũ in ſtomacho nõ cõtinentibus exhibẽt.

Smyris.

SMyris lapis abſtergentis eſt potentiæ, dentesꝗ; puros reddit, & ceu dentifricium exterit.

Lapides qui in ſpongijs.

LApides qui in ſpongijs reperiuntur, renum lapillos confringunt.

Lapides in Argeo Cappadociæ.

CAeterũ uiribus hiſce ad unguem reſpondent lapides qui in Argæo Cappadociæ monte proueniunt.

Lapis Ophites.

PAri præterea modo etiam ophites nomen obtinens lapis adalligatus, contra uiperæ morſus utilis eſt.

Oſtracites, & Geodes.

OStracites & geodes lapides, ſiccificam omnino uim habere dicuntur, adeò potentẽm, ut phlegmonoſos tumores medeantur.

Naxias.

NAxię cotis detrimentũ frigorificę eſſe facultatis aſſerũt, quapropter uirginũ mammas, & puerorũ teſticulos contrahit & componit.

Olearea cotis.

OLeareæ aũt cotis detritum, abſterſorium quum ſit, contra capillorũ defluuia, quas alopecias dicunt, plurimum opis contulerit.

Lapis Hieracites & Indicus.

INter lapides frugi hieracites recenſẽt & Indicus, qui pro amuleto adalligati, ſanguinem ex hæmorrhoidibus deſtillantem compeſcunt.

Saphyrus.

PRodeſt contra ſcorpionum ictus ſaphyrus lapis in potu ſumptus.

Aphroſelinos.

APhroſelinus lapis comitialem morbum arcere creditur.

Armeniacus.

ARmeniacus lapis per inferna aluum quidem emundat & euacuat, ſed perinfeſtus ac noxius eſt ſtomacho.

Lithoſpermon, Milium ſolis.

LIthoſpermon alij lioſporon, alij uero heraclion, Latini milium ſolis nuncupant, herbæ Aëtonychi (ab aquilarũ unguibus id appellationis ſortitæ) ſemen candidũ & lapidoſum eſt, quod cum uino albi coloris epotum, renum & ueſicæ lapides atterit, & lotium prolicit.

Linoſpermon, Lini ſemen.

LIni ſemen caliditatis primũ ſortitũ eſt ordinẽ, humiditatis & ariditatis mediũ. Atqui comeſtũ flatus generat, etiamſi frigatur in ſartagine.

Linozoſtis, Mercurialis.

SCiendum eſt, quod ſemen mercurialis herbæ contritũ, corporis præter naturam excreſcentias (quæ narphia uulgus ineruditum cognominat) exploratum eſt demoliri. Semen autem uiride ſit, neceſſum eſt, quo perſæpe exochæ cõfricentur. Mercuriali quidem herbæ præcipua ferè in deijcienda aluo naturæ uis ineſt, ſed cataplaſmate impacta, diſtrahendi facultatem exerit. 1

Litrum, Nitrum.

LItrum in medio aphonitri & ſalis uires obtinet. Quũ crematur nitrũ, multo ſubtiliorum partium, magiſq́ diſtrahentis potentiæ efficitur. Intro in corpus ſi fuerit ſumptum, craſſos & tenaces humores incìdit & attenuat. Porrò acrimoniæ & ariditatis plus alijs habet chalaſtreon, à Chaleſtra uico Theſſalonicę, ubi prouenit, id appellationis ſortitum eſt. Quamobrem ad capitis rheumata atq́ catarrhos, & ad articulorum uexationes, quæ ἀρθριτικὰ dicuntur, chalaſtreo litro utuntur.

Lonchitis, Venerea, Lanceola. 2

LOnchitidis herbæ, eius nempe cuius ſemen triquetrũ, lanceæ cuſpidi ſimilem habet imaginẽ, radix ſylueſtri paſtinacæ, quã daucũ nominant, æqualis eſt: urinã mouet. Eius uero quę ſcolopendrio ſimilis eſt uiridia folia glutinant uulnera. Sicca uero induratis lienibus medentur.

Lycapſos, aliàs Lycopſis, Anchuſa.

LYcopſidis lycapſiúe radicem aſtringentis qualitatis eſſe, & cataplaſmatis modo cum polenta impoſitam, ſacris ignibus ſubuenire, tritamq́ oleo exceptam, ſudores prolicere tradit Dioſcorides.

Lycion, Buxea ſpina.

LYcium ex diuerſi generis ſubſtantijs, quos Græci ἑτοφρογγνεῖς uocant, 3
compoſitum eſt: alia quidem calidæ, tenuiumq́ partium, & diſtrahentis facultatis eſt: alia terreſtris & gelida, ex qua lenem quandam adſtrictoriam quoq́ obtinet qualitatem: ac proinde arefacere in ſecũdo ab inculpata temperie exceſſu cernitur. In calore uero & frigiditate medijs & ſymmetris adſcribitur. Ob quam ſanè rationẽ tam uarij uſus eſt: nam ob uim eius adſtringentem, eo ad diſcutiendas quæ oculis offunduntur tenebras, & pupillis officiunt, utuntur. Ratione uero aſtringentis potentiæ, contra malũ cœliacũ, dyſenterias, hulcera extreme maligna, ad inflãmationes deniq́ propter uim diſtractoriam adhibent.

Lyſimachium. 4

LYſimachia herba præpollentẽ habet qualitatẽ, ſtipticam, per quam hulcera cõglutinat, & ſanguinem undecunq́ erumpentem, tum ipſa tum ſuccus ipſius reprimit. Pota ſubinde uel clyſtere immiſſa, dyſenteria laborantibus præſentaneo ſuccurrit ſubſidio.

Lychnis.

Lychnis.

LYchnidis, cuius uſus corollis eſt accommodus, ſemen ſecundum excalfacientium ordinem ad unguem abſoluit.

Lotos domeſtica.

LOtus ſatiua, quam aliqui triphyllon, hoc eſt trifolium nuncupant, ut moderate detergẽdi, ita & arefaciendi uim obtinet: ſed caliditate utrunq; uitans exceſſum, temperata eſt.

Lotos ſylueſtris.

LOti agreſtis ſemen calidum eſt in ordine à temperatis ſecundo: cæterum nonnihil interim habet abſterſorium.

Lotus Aegyptia.

LOti Aegyptiæ ſemen præter hæc, eiuſmodi eſt, ut habilem ſatis præbeat conficiendis panibus materiam.

Lotus arbor.

LOtus arbor ex ſubtilibus conſtat partibus, moderatam exiccandi aſtringendiq; obtinens potentiam: Quapropter cum uino uel aqua epota, ſeu etiam iniecta, mulierum profluuia, affectus cœliacos medicatur, capillosq; defluentes corroborat & inſtaurat.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA M.

Macer.

MAcer cortex eſt, qui ex India importatur. Arefacit is quidem ſecundũ ſiccantium ordinem tertium: in caliditate uero & frigiditate ſymmetris ac medijs proximus eſt. Eſt inſuper cum tenuitate partium aſtringens. Cœliacis itaq; ac dyſentericis accommodatur ſummopere.

Malabathron, Folium.

MAlabathri folium ſpicæ nardi uiribus eſt proximum.

Malache, Malua.

MAlua, ſylueſtris quidem, diſtrahentem paululum, & emollientem leuiter habet facultatẽ: domeſtica uero, quanto eſt humidior, tanto etiam uiribus inferior & debilior. Semen eius in tantum habetur ualentius, in quantum fuerit etiam ſiccius.

Mamiras.

MAmiras, ueluti paruula quædam herbæ radicula eſt, digitali craſſitudine, quæ oculorum cicatrices & leucomata attenuare creditur, euidentes admodum detergendi uires poſſidens.

Mandragoras, Mandragora.

MAndragora frigida eſt temperamento in tertio ordine. Pomis uero eius caloris quiddã et humiditatis ineſt: qua ratione ſoporẽ inducendi facultatẽ obtinẽt. Cortex uero radicis mãdragoræ quũ ſit ualẽtiſſimus nõ tantũ refrigerat, ſed etiã deſiccat: Arbor aũt ipſa debilior eſt.

Manna.

MAnna thuris æqualem libanoto facultatem poſſidet, inefficaciorem tamen, atq; leniter paulatimq; conſtringentem.

Marathrum, Fœniculum.

FOeniculum tam potenter excalfacit, ut tertiæ calfacientiũ claſſis eſſe cenſeatur: in ſiccando uero primum ordinem promeretur. Ideoq; lac generat, & ſuffuſos adiuuat.

Maſtiche Chia.

MAſtiche Chia calfacit & exiccat in prima à medijs diſtantia, ex diuerſi generis facultatibus conſtans, obſtringente pariter & emolliente: Quocirca ſtomachi, & alui, & inteſtinorum, & iocinoris inflammationibus opitulatur.

Maſtiche Aegyptia.

MAſtiche uero nigrior quodammodo, quæ Aegyptia cognominatũ, deſiccat uehementius, & diſcutit magis, ſed minus aſtringit. Qua ratione dothienas furunculos'ue diſcutit.

Melan Indicum, Atramentum librarium Indicum.

ATramentum Indicum, autore Dioſcoride, ex facile refrigerantium cenſu eſt, & rumpentium phlegmonas & œdemata. Hulcera præter hæc ſordida egregie expurgat.

Melanteria, Atramentum metallicum.

ATramentũ metallicum, quod grçce melanterian dicunt, cum tenuitate partium aſtrictionis plurimæ particeps eſt.

Melan graphomenon, Atramentum ſcriptorum.

ATramentum quoque ſcriptorium arefaciendi uim non inſtrenuam ſortitum eſt, & in poſca contritũ igne ambuſtis ſuccurrit celerrime.

Melanthium, Nigella.

MElanthium calfacit & exiccat tertio à temperatis exceſſu, & eſt tenui eſſentia. Hac ratione deſtillationibus à capite in ſubiectas partes ſuccurrit. Intra corpus aſſumptum flatus plus alijs carminatiuis diſcutit. Habet præterea quandam amaritudinem, lumbricos latos enecat & expellit, extergit & incidit. Idcirco orthopnijs, quo malo obnoxius non niſi recta ceruice ſpiritum trahit, pro amuleto competit, lepras extergit, poſtremo formicas exterit, & menſes cit.

Mel.

MEl calfacit & arefacit iuxta ſecundum ordinem. Eſt autem ex ualide extergentium numero. Porrò coctum non adeò acre, abſterſoriumq; efficitur. Aluum præterea lubricã reddit atque ſubducit, ſed aliâs plurimum alimenti confert.

Mel amarum.

CAeterum ſi quod mel amarum eſt, quemadmodũ Sardoum, mixtæ facultatis eſſe liquidò conſtat, terreæ nempe & calfactoriæ.

Sachar.

QVinetiam ſachar quod uocãt mel, quod ex felici Arabia inuehitur, non tam dulce quàm noſtras eſt, ſed æquales ei uires poſſidet, neq; ſtomacho moleſtum eſt, neq; ſitim conciliat.

Melia,

Melia, Malus Perſica.

MElia nobilis arbor, cuius folia pota uiperarum morſibus medentur. Cortex huius arboris crematus, atq; cum aqua inunctus, lepras eximit. Cæterum ligni ramenta pota aiunt pernicioſa exiſtere.

Melilotum, Sertula campana.

MElilotum mixtæ facultatis eſt, habet etenim nonnihil aſtringens, uerum adhæc etiam diſtrahit & concoquit.

Meliſſophyllon, Citrago.

MEliſſophyllum marrubio aſſimile eſt facultate ad omnia.

Memæcylos.

MEmæcylus corni arboris fructus eſt, de quo ſuprà memoratum eſt in litera K.

Meſpila.

MEſpila, quæ & tricocca dicuntur, acerbus admodū hic fructus eſt, & uix eſculentus, uentrem compeſcens. Germina item & folia acerbam hanc qualitatem non paucam obtinent.

Medion, Trifolium odoratum.

MEdij herbæ radix diuerſam omnino à ſemine facultatem ſortita eſt: Illud enimuero conſtringens, & fluxus reprimit, cum alios quoſcunq;, tum uero etiam fœminarū ex locorū deſtillatione fluxionē humoris ſiſtit. Semen tantum abeſt ut eiuſmodi quid deſignet, ut etiam menſes prouocet: ſubtilis nimirum eſſentiæ, & incidendi facultatis.

Mecones, Papauera, Papauer domeſticum.

PLura ſunt papauerum genera, uerum hortenſis, cui etiam thylacitis nomen inditum, eſui idoneum eſt ſemen, ſi cum panibus eſtur, moderate ſomnum conciliat.

Mecon rhœas, Papauer rhœas.

ESt preterea papauer rhœas, eo quod celeriter defluat cognominatū, cuius ſemen uiolentius agit quàm domeſticum: neutiquā igitur per ſe innoxie editur. Cæterum momentum eius, hoc eſt uel exigua portio, non pauculo melli inſparſum, edendo eſt.

Papauer nigrum.

ALterū item papaueris genus eſt, quod capite quidē ſuo ſemē atri coloris cōplectitur, admodū medicamentoſum, & uehemēter frigorificū. Tertio loco poſitū papauer eſt perprocero & impolito capite præditū, omniū ſanè medicaminibus appoſitiſſimū, facileq; medicatiſſimū, uſq;adeo ut uel ad mortē uſq; ſtuporē inducat: Ex quarto nanq; & ultimo refrigerantium ordine cenſet: neq; tam ipſum, q̄ ſuccus eius, quem per hyperbolen & nimiam excellentiam opium cognominant. Opium.

Mecon ceratitis, Papauer corniculare.

PApauer porrò corniculatū uim habet abſterſoriam: qua de cauſſa radicis eius pota elixatio, præſentaneo iocinoroſis eſt remedio. Folia itidem floresq; ſordida hulcera expurgant, & cruſtas detrahunt.

Mecon Heraclea, Papauer Heracleum.

SVper hæc papauer quoq; Heracleũ eſt, cui & aphrodes, hoc eſt ſpumoſum nomen eſt inditũ, cuius utiq; ſemen pituitã ſtrenue exhaurit.

Mela, Mala.

POmis omne genus excremẽtitius egelidus humor ineſt, & ſunt exoluta quædã & aqueę eſſentiæ, frigidioraq; & humidiora alijs: Quædam uero dulcia, aquoſa quidem, ſed obſcurius frigida: Quædã auſtera, ſuauibus illis frigidiora quidem, uerum nõ humiditatis tantæ: Nonnulla acida, & ipſa quidẽ naturæ frigorificæ, ſed in uentre humores incidunt: Alia denique acerba, ueluti cydonia, & mala ſtruthia, gelidæ & terrenæ ſubſtantiæ: aluum itaq; exolutam cohibere, uulnera glutinare conſueuerunt. Pari quoq; modo folia, ſucci, corticesq; arborum mutuò inter ſeſe diſcrepare conſequens eſt.

Melea Perſice, Malus Perſica.

MAli Perſicæ ramuli quidem & folia uincentẽ habẽt qualitatem ualde amaram: Vermes proinde mala Perſica leuigata, uentriq; ſuper umbilicum uidelicet impacta, perimũt. Porrò fructus ipſius, nempe hoc quod edendo eſt perſicum, humidius & frigidius eſt temperie, iuxta ſecundum à temperatis gradum.

Melea Armeniace, Malus Armeniaca.

MAli Armeniacæ fructus, quem hac ætate prococcia indigitant, eandem habet cum pomis Perſicis facultatem.

Meon, Meu.

MEi radices calidæ ſunt tertio ordine, aridæ uero ſecundo: Quocirca lotiũ menſesq; proritant. At ſi pluſculũ ſumpſeris, caput tentãt.

Milax.

MIlax non modò λεῖα, hoc eſt leuis, uerumetiam τραχεῖα, id eſt aſpera, arboribus ſuſq; deq; circumuoluitur, uſurpantibusq; calidæ, guſtantibus acrioris eſt potentiæ.

Miſy.

MIſy ex eorum medicaminum cenſeri promeretur numero, quæ cum ualida adſtrictione cruſtam inducunt, atq; deurunt. Minus tamen corpori applicatũ miſy chalcitide erodit, idq; ſubtilitatis beneficio. Porrò chalcitim & ſory Galenus tradit uetuſtate in miſy hoc alterari, à ſuperficie ſtatim inchoante mutatione.

Molybdena, Plumbago.

PLumbago, ut ſpumę argenti præ ſe fert ſpeciẽ, ita etiã ſimilẽ ei habet potentiam, niſi quod à media tẽperie ad frigidius pauxillũ declinat.

Molybdos, Plumbum.

PLumbum algentis eſt potentiæ, multam uero habet ſubſtantiam humidam à frigore congelatam atq; coactam. Quocirca ſi trіueris in pila plumbum uel cum uino uel cum oleo ex immaturis oleis expreſſo, aut quopiam alio ſucco frigorifico, ad hulceratas pudorum ſedisq; inflammationes

mationes habebis medicamentum longe probatiſſimum & utiliſſimum. Adhæc lamina etiã plumbacea lumbis tum illigata tum ſubſtrata Veneris inſomnia, & libidinis in ſomno imaginationes arcet. Quin & glandulas, neruorũ præter naturã cõcretiones, quas ganglia græce appellant, tenuis plumbi bractea impoſita diſſipat.

Molybdos cecaumenos, Plumbum crematum.

PLumbum crematum ſiccius eſt, & habet nonnullam acrimoniam. Vbi uero lotũ fuerit, citra uellicationẽ exiccatoriũ, & hulceribus extreme malignis multo præſtantiſſimũ præſentiſſimũq; efficit remediũ.

Morea, Morus.

MOri fructus, maturus quidem alui deiectionem molitur, & ſtomachis cibum non retinentibus, & quibuſcunq; eius uiſceris affectionibus, quæ mediocri egent aſtrictione, accommodus eſt. Intempeſtiuus uero quũ aruerit, medicamentũ præſtat admodũ aſtrictorium. Cortex præterea huius arboris cum quadã amaritate purgatorius eſt, ac proindelatum etiam lumbricũ enecat. Folia porrò ac germina mediã quodãmodo ſubducentium & retinentium habent facultatem.

Myagros.

MYagri herbæ ſemen pingue eſt, q̃d uero in ſe cõplectitur oleoſum, opplendi obtinet potentiam, quam uulgò appellant emplaſticam.

Myaces, Mituli, Murices.

MItuli piſces cremati, buccinis poſſunt eadẽ: Peculiariter uero eloti, ſcabriciem palpebrarũ, oculorumq; albugines cum melle exterũt. Caro inſuper myacum canum ictus impoſita egregie medicatur.

Myaros herba.

MYaron, quam aliqui melampycnon ſiue melampyron uocant, herba ferulacea & ſurculacea eſt, & pinguis: cuius pinguitudine ſcabriciæ corporis omnes leuigari atq; expoliri creduntur.

Myelos, Medulla.

MEdulla emolliendi indurata, et ſcirrho infeſtata corpora uires obtinet. Primæ uero bonitatis prærogatiuam habet medulla ceruina: proximum bonitatis honorem uitulina: taurorum nanq; atq; hircorum medullis plus acrimoniæ & ariditatis ineſt. Cæterũ medulla ex oſſibus pinguior & mollior eſt: ſpinalis autem durior, ſqualidior ac ſiccior.

Mycetes, Fungi.

FVngi frigidi admodũ ac udi temperatura ſunt, & ſanè inter eos ſunt, qui comeſti enecant, atq; in primis quicunq; eorum naturam mixtam habent qualitate putredinoſa.

Myos otis, Auricula muris.

MYos otis, q̃d eſt auriculę muris hiſtoriã explicauimus in uoce alſine.

Myza.

MYza arboris cuiuſpiam fructus eſt, exilior quidem prunis corpore, uiribus uero proximus, atq; omnino etiam æqualis.

Myrice, Tamarix.

MYrice ſecantem & detergentem poteſtatem ſortita eſt, citra perſpi-
cuam tamen deſiccationem, accedit illis nonnulla quoq; ſtipticitas:
Eamq; ſanè ob cauſſam decoctũ ipſius lienoſis ſubuenit potũ, medeturq;
dentiũ doloribus. Fructus porrò eius & cortex gallæ uiribus per omnia
reſpondent. Cinis poſtremo arboris huius multo exuccior eſt.

Myriophyllon, Mille folium, Supercilium Veneris.

MIllefoliũ tam ualidã habet arefaciendi potentiã, ut uulnera glutinet.

Myrrha, ſeu Myrrhis.

MYrrha, quę myrrhis quoq; dicitur, ſecũdi eſt calfacientium ordinis, 1
partium quandam ſubtilitatem annexam habens. Radix eius iu-
cundo naribus odore, guſtu dulcore blandit. Eadem nõ ſolum cit men-
ſtrua, uerumetiam pectus atq; pulmonem expurgat.

Myrrhine, Myrtus.

MYrtus, ex diuerſi generis ſubſtantijs compoſita hęc planta eſt, exu
perat tamen in ea frigidum terreum: ineſt etiam tenue quiddam
Myrtis. calidũ: cuius ergò arefacit impenſius. Cæterum myrtula adnaſcens myr
ti ramis ac trũco ſoboles tumens, quã myrtida appellari ſolent, multo ma
iore in exiccãdo & aſtringẽdo ui reliquis myrti partibus eſt. Folia item
arida ualidius quàm uiridia deſiccant. Porrò fructus atq; ſuccus eandem 2
habent facultatem, tum foris impoſita, tum intro ſumpta in corpus.

Moly, Ruta ſylueſtris.

MOly, quod peganon agrion, hoc eſt rutam agreſtem uocant aliqui,
nonnulli uero armanam, Syri beſaſan, ea ſanè herba in calfaciendo
in tertio cenſetur à media tẽperie exceſſu, cum ſubtilitate eſſentię: Quare
craſſos, uiſcidosq; ac lentos humores incîdit ac diſcutit, lotiaq; prolicit.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA N.

Naſcaphthon.

NAſcaphthon, alij nacaphthon uocant, odoramentum eſt Indi-
cum, aduerſus conſtrictiones muliebrium locorum, ad ſuffitus 3
præſenti & egregio præſidio uaporatur.

Napy.

NApy in calfaciendo & arefaciẽdo in quartũ uſq; receſſum peruenit.

Narduſtachys, Spica nardi.

NArdi ſpicæ radix excalfacit quidem exceſſu à medijs primo, deſic-
cat uero ſecundo: habet aũt & aſtringentis quiddã ſubſtantiæ, cum
acrimonia nõnulla et amaritudine leuiuſcula: Eamq; ob cauſſam iocinori
& ſtomacho eximie cõuenit. Foris porrò adhibita, uel intra corpus ſum
pta, lotiũ quoq; proritat, in uẽtre & inteſtinis cõſiſtentes fluxiones arefa
cit. Maiorem uim habet ad omnia nardus Indica, & nigrior q̃ Syriaca. 4

Nardus Celtica, hoc eſt Gallica.

NArdus Gallica prędictę iampridẽ ſimilis quodãmodo facultatis eſt,
cæterũ in omnibus debilior, præterquã ad ciendũ lotium. Caloris
enimuero plus q̃ dicta ſpica, minus uero aſtrictionis à natura ſortita eſt.

Nardus

Nardus orea, Nardus montana.

NArdus, quæ in arduis locis ac montibus (unde & montana uocatur) prouenit, quæ & thylatitis atq; pyritis nuncupata eſt, his quæ memorata modo ſunt, uiribus eſt ad omnia inferior.

Narthex, Ferula.

FErulæ ſemen attenuandi calfaciendiq; uim obtinet. Cęterum ea quæ interius cõplectitur medulla uiridis, etiam aſtrictoriæ qualitatis particeps eſt: Cuius rei gratia ſanguinem per ſputa eiectantibus, & his qui diutina ſtomachi infirmitate alui fluoribus uexantur, remedio eſt.

Narce thalaſſia, Torpedo.

TOrpedo marina uiuẽs adhuc, dolentibus capite ſcite adhibita, capitis indolentiam conficit, eodem illo uidelicet torpore, quo membra hominis ſolo contactu ſuo torpeſcere facit. Cæterum uiuus etiamdum piſciculus Narce in oleo elixus, reddit ſanè id ad uehementes articulorum dolores mitigandũ, ſi illo inungantur, optimum. Sedem præterea inuerſam aut procidentem etiam coërcere torpedinem appoſitam aſſerunt.

Narciſſus, Bulbus uomitorius.

NArciſſi radix exiccatoriæ facultatis eſt, uſq; adeò ut uulnera etiam grandia cõglutinet, uſq; ad pæciſiones, quæ circa tendones contingunt. Habet uero nonnihil abſterſoriæ & euulſiuæ inſitum potentiæ.

Neuras, Poterium.

NEuras, aliqui poterium nũcupant, uim arefaciendi citra eroſionem tantã obtinet, ut præciſis neruis glutinandis ſufficiat. Cęterũ radices ea potiſſimũ prouincia regnant, cum impoſitæ, tum in potu ſumptæ.

Nerium, aut Rhododaphne.

NEriũ uel rhododaphne foris corpori cataplaſmatis modo illitũ, diſtrahendi facultatẽ poſſidet: intra uero corpus ſumi letale eſt.

Nymphæa.

NYmphæa deſiccantis eſt potentiæ abſq; morſu: Ventris itaq; fluores reprimit & compeſcit, ſemenq; deſiccat, & profluuia eius quæcunq; retinet. Porrò nymphæa candida radice prædita, in cunctis ua- *Nymphæa*
lentior eſt, adeò ut muliebri quoq; medeatur profluuio, ſi cum uino ni- *alba.*
gro auſteróue potetur. Cæterũ cui atri coloris radix eſt, habet ea quiddam abſterſorium, ac proinde uitiligines, quos ἀλφὸς Græci uócant, aqua admixta exterit. Capillorum defluuia, quæ alopeciæ dicuntur, illita cum pice liquida reſarcit & inſtaurat.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA X.

Xanthion, Lappa.

XAnthion herbam nõnulli phaſganion uocant, eius ſemen diſtrahendi præditum eſt potentia.

Xiris, Iris ſylueſtris, Gladiolus'ue.

XIris, ſiue xyris cum tenuitate partiũ, diſtrahẽdi euellendiq; facultatẽ obtinet, nempe ſiccam, multo etiam amplius ſemen, quod quidẽ & lotium ciere, & lienem induratũ ſanare potis eſt.

Xiphion, Gladiolus.

XIphiĳ radix attrahendi, diſĳciendi, & exiccatoriam denique facultatem ſortita eſt.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA O.

Sorbus.

SOrbus arbor, cuius fructus græce ὄα, & à quibuſdam οὔα, hoc eſt ſorba nuncupantur, aſtringentis quidem facultatis, ſed longe imbecillioris quàm meſpilus.

Othonna.

SVnt qui othonnā herbæ cuiuſpiā ſuccū eſſe affirment, naſciq; in Arabia quę ad Aegyptū eſt: alĳ lapidē Aegyptiū eſſe credūt. Habet hæc plantula uirtutē abſtergendi & erodendi: atq; ob hanc cauſſam cuncta quæ oculis tenebras offundunt, aciei officiunt, haud inſtrenue exterit. 1

Oenanthe.

OEnanthe, multiplex ſanè atque plurifarius floris labruſcæ uſus eſt. Hæc uero œnanthe ualidam habet aſtringendi potentiā, & humectandi, maxime ea quæ circa aluum. Cæterum aliam huic poteſtate contrariam deſcribit Dioſcorides, quam eĳcere ſecundas, & urinæ ſtillicidio, morboq; regio mederi aſſerit.

Oenos, Vinum.

VInum calidum eſt & ſiccū in ſecundo à temperatis ordine: ſed ualde antiquum in tertio: muſtum uero in primo. 2

Oeſypus, Lana ſuccida.

DE lana ſuccida ac ſordida in ſermone de lanis explicatum eſt.

Olynthi, Groſſi.

GRoſſi acrem habent & diſtrahentem potentiam, ratione ſucci totius arboris quē in ſe cōtinent. Qua de re elixi, duros tumores diſſipant: crudi uero formicas & thymos eĳciunt.

Oloſtium.

OLoſtium cum ſtipticitate ſua exiccatoriæ facultatis eſt, cuius nomine medendis ruptis eo ſubinde utuntur. 3

Omphacion, Ex acerbis uuis ſuccus.

OMphacion ſuccus eſt ex intempeſtiuis, hoc eſt immaturis uuis expreſſus, acerbum ualde, & deſiccans ſecundum tertium exceſſum. Quamobrem affectibus cum fluxione coniunctis, præſertim ſtomacho cibum non continenti ſuccurrit.

Onagra.

ONagran, ſunt qui onotheran, & qui onothurim appellāt, frutex eſt arboroſa, cuius radicē ſi ad morem cataplaſmatis impoſuerit quis, immania hulcera mitigabit. 4

Onoma ſeu Onoſma.

ONoma, uel onomis, uel phlomitis, uel ononis, ex acri & amara conflata eſt qualitate. Quare folĳs eius è uino potis, fœtus in utero interficit, & mortuos expellit.

Onobrychis.

Onobrychis, Opaca.

ONobrychis rarificę & absterforiæ facultatis est. Panos itaque disijcit, stillicidijs urinæ medetur, & sudores elicit.

Oni, Millipedæ.

MIllipedæ (quos ὄνος Græci appellant) quæ in gyrum se conuoluunt, distrahendi & arefaciendi uires obtinent. Quocirca cum uino epotæ, mictionis angustiæ & morbo regio opitulant. Angina uexatis cum melle illiniuntur. Cæterum cum rosaceo tritæ, & calfactæ in cortice mali Punici contra aurium dolores instillantur.

Onyches, Conchulæ Indicæ.

ONyches testæ sunt conchularum Indicarum, quæ suffitu adhibitæ, præfocatione uteri concidentes fœminas excitant, pariter & morbo comitiali oppressos: Potæ uero uentrem turbant.

Ononis.

ONonis radix in calfaciendo tertij quodãmodo ordinis est. Cortex uero eius repurgat & dissecat: quo nomine calculos cõminuit.

Oxos, Acetum.

ACetum mixtam habet facultatem, nempe algentem pariter & calidam, utranque rararũ partium: Vincit autem caliditatem frigiditas. Sed arefaciendi tantam facultatem obtinet, ut in tertio desiccantium ordine censeri promeruerit.

Oxycanthos, Oxycantha.

HAbet hæc arbor oxycanthus ut agresti piro figuram similem, ita & facultatẽ neutiquam absimilem, tenuium partium. Fructus nõ piro syluestri, sed myrtis forma & figura, ne & uiribus dicam, respondet.

Opos, Succus.

OPus siue succus, quem ueluti per excellentiam tum Cyrenaicũ, tum Medicum, tum Syriacum nuncupant, singuli quidem calidioris admodum sunt potentiæ, & flatuosi: omnes tamen caliditate & partium subtilitate exuperat Cyrenaicus.

Origanus.

ORigani omnes species incidendi, extenuandi, desiccandi, calfaciendique potentiam sortitæ sunt, in tertio à medijs recessu.

Oreoselinon, Apium montanum.

APium montanum consimilis ad unguem apio est potentiæ, cæterũ ualentioris interim.

Orobanche, Eruangina.

ORobanche aridam & egelidã habet temperiem in ordine primo.

Orobus, Eruum.

ERuum in calfaciendo ordinem sortitur primum, in desiccando uero secundum, & est gustantibus amarum atque ob id quidem dissecat, & abstergit, & ab infarctu obstructionéue liberat. Plusculum uero assumptum, sanguineum humorem per lotium agit.

Orminon, Geminalis.

ORminon assimilem habet marrubio cum formam tum caliditatem. Modice uero desiccat atq; detergit: in concubitum proinde incitat; oculorũ crassitudines cum melle illitum expurgat, œdemata disijcit, paxillos infixos spinasq; euellit. Cæterum orminon syluestre satiuo non parum est ad omnia potentius.

Oryza.

ORyza stipticitatis alicuius est particeps: quam utiq; ob caussam uentrem solutum leniter astringit atq; compescit.

Orchis, Testiculus canis.

ORchis herba, appellatur etiã cynos orchis, hoc est testiculus canis, bulbo æqualem & geminam radicem obtinet. Maioris quidem facultas, est humida & calida, ideoq; in Venerem stimulat: Minoris uero radicis temperamentum calidum est & siccum. E diuerso igitur tantum abest ut in Venerem succendat, ut eam potius extinguat.

Orchis serapias.

ORchis, quem & serapiada cognominant, aliqui uero triorchim, uehementiorẽ habet quàm superior arefaciendi potentiam. Quapropter tumores discutit, hulceraq; sordida & putrescentia egregie expurgat. Serpentibus item hulceribusq;, quos herpetas nominant, idem orchis medetur. Siccatus multo impensius desiccat, eo quod subastringat. Quin & uentrem eadem ui cum uino pota sistit.

Osiris.

OSiris herba, ex qua scopę nectuntur, amara: obstructiones iocinoris & adiacentium partium expediens.

Ossa.

OSsa cremata uehementiorẽ habent disijciendi arefaciendiq; potentiam, in primis uero, quorundam sententia, hominum.

Ossa suum.

TAlum suillum combustum, inflationibus & strophis mederi quidã asserunt. Est qui quũ ossa deusta potui exhibuisset comitiali morbo oppressis & articulorũ doloribus obnoxijs, sanitati eosdem restituit.

Talum bouis.

SVnt qui talum bubulum crematum labefactatos dentes constabilire affirment: Cum melle uero sumptum, rotundos lumbricos profligere. Adiecto oxymelite lienem induratum liquat. Leucisq; illitum prodest. In Venerem excitat.

Ossa fœmoris bouilli.

FOemora porrò bouis cremata, inq; potu assumpta, sanguinis quascũque eruptiones, & cætera quoq; alui profluuia reprimunt ac sistunt.

Ostraca, Testæ.

TEstæ ex fornacibus leuigatæ siccificam & abstersoriam facultatem obtinent. Quocirca dentes exterunt, illitæ cum aceto, pruriginibus, & quæ-

& quæcunq; pueris in capite erumpunt hulceribus ac puſtulis, quæ græce exanthemata dicunt, & miſera pedum ualetudine laborãtibus podagricis'ue opitulatur. Cum cerota ſtrumas, quę chœradas Græci, hoc eſt ſcrophulas nuncupant, oſtraca diſſjciunt.

Oſtrea.

OStreorum teſta cremata congenerem habet cum buccinorum teſtis effectũ, ſubtilioris tamen eſt eſſentiæ. Quæ igitur in facie oboriuntur uitia, & quaſcunq; uultus notas exterit, dentes dealbat. Eadem ſi lauetur, mordacitatem amittit. Ad humida corporis hulcera carne implenda, inducendæq; cicatrici optimum medicamen habetur.

οὖρον, Lotium hominis.

VRina quælibet temperamento calida eſt, & acris potentię. Cæterũ humana omniũ fermè cæterorũ animaliũ impotentior, adq; omnia debilior eſt, præterquam porcorum teſtes exectos habentium: ualentius uero abſtergit, quam in peſte aliqui potantes, ſeruati euaſerunt. Lepris prꝫterea & putreſcentibus hulceribus, fœtidisq; capitis hulceribus, quæ achoras dicunt, furfuribusq; medetur. Pedum poſtremo offenſionibus attritibusq; niſi inflammatis opitulatur.

Vrina impubis puelli.

INter mortalium lotia primas omnino tenet in efficacia, urina impubis pueri, ex qua & chryſocolla efficitur.

Vrina muli.

VRina mulorũ remedijs quibus morbo articulari mederi conſueuit, egregie conuenit.

Vrina caprarum & camelorum.

LOtium caprinum, atq; chamelorum uentrem ſubducendi facultatem obtinet: Qua quidem ratione potiſſimum aqua inter cutem laborantibus potui utiliter præbetur.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA P.

Pancration.

PAncratium ſcyllæ imaginem refert ac uires, præterquam quod ad omnia imbecillioris eſt affectus.

Paliurus.

PAliuri cum folia tum radix acerbeſcunt: quocirca uentrem ſolutum ſiſtunt, & panos non admodum calentes diſcutiunt. Fructus inſuper tantam habet diſſecandi uim, ut lapillos atterat, & pectoris pulmonisq; excreationibus ſubueniat.

Panax Heracleum.

PAnax Heracleũ, unde fit ſuccus, qui appellatur opopanax, tertij calfacientiũ à temperatis exceſſus, exiccantiũ uero ſecundi, emolliendi diſtrahẽdiq; facultatẽ obtinet. Cæterũ cortex eius uiribus inferior eſt q̃ ſuccus: habet uero abſterſorium quiddam, & carnem ſufficientem procreat. Fructus menſibus proritandis medicamentum appoſitiſſimum.

Panaces Aſclepion, & Chironion.

PAnaces Aſclepium, atq; Chironiũ dicto panace calidiora ſunt: quapropter floribus eius & ſemine medendis hulceribus extreme malignis, quæ cacoëthe dicuntur, & ad panos curandos utuntur.

Papyrus.

PApyrus per ſe quidem inuſta materia quædã eſt: cremata uero arefaciendi uim habet, quemadmodum & charta deuſta. Ad ſingula tamen papyri cinis uiribus multo inferior eſt.

Paronychia, Vnguinalis herba.

PAronychia herba ab effectu nomen ſortita eſt, q̊d uidelicet abſceſſui qui ad humani unguis radices coit, paronychię prę ſenti remedio eſt. Facultas eius tenuẽ habet eſſentiã, & ſiccificã, & mordacitate uacantem.

Pentaphyllos, Quinquefolium.

QVinquefolium herba deſiccat quidẽ in tertio à medijs exceſſu, cæterũ minime acris eſt, ob eamq; cauſſam multiplicis admodũ uſus eſt.

Peplos herba.

PEplos quidã, alij mecona aphrode, hoc eſt papauer ſpumoſum appellant, & hic fruticulus lac obtinet, atq; tithymallorũ modo expurgat.

Peplion.

PEplion, & hæc quoq; plantula lac poſſidet, prouenitq; magna ex parte maritimis locis. Cætera quidem ſuperuacua & inutilis, ſemen uero eius feruens, haud aliter quàm pepli ſemen euacuans atq; emundans.

Peperi, Piper.

Piper longũ. PIperis quidem radix uiribus ſuis coſto aſſimilatur: cæterum fructus eius, recens quidem ſuppullulantis, piper longum eſt: ualenter cum calidum tum humidum eſt, ſicuti omphax.

Piper album.

PIpere atro acrius piper candidũ eſt: nam illud iam quaſi peruſtũ eſt: ambo autem excalfaciendi arefaciendiq; ualidam uim obtinent.

Pepon, Caro cucumeris.

PEpon abſtergentem uim participat: quamobrem eius ueluti caro diſcolorem ueluti à ſole cutem, atq; conſimilia cutis uitia exterit. Cæterum ſemen peponis renes obturatos obſtructione uindicat.

Periclymenon, Inuolucrum maius.

PEriclymeni tum ſemen tum folia incidẽtis pariter & calfacientis ſunt potentiæ, tantę quidem, ut quadraginta diebus pota, lotium cruentũ proliciant & educant. Ad minuendos lienes, & ægre ſpirantibus iuuandis, totidem diebus utiliter è uino potatur.

Periſtereon, Verbenaca.

PEriſtereon hactenus arefaciendi aſtringendiq; potentiam habet, ut uulnera conglutinet, & ſanguinis eruptiones ſiſtat.

Perſæa.

PErſæa arbor eſt Aegyptia, cuius folia tantã deſiccandi & conſtipandi uim obtinent, ut queant ſanguinis eruptiones compeſcere.

Petaſites.

Petaſites.

PEtaſites tertij à tẽperatis in areſaciendo receſſus eſt, quo fit ut aduerſus cacoëthe, & hulcera phagedænica tãtopere uſus eius cõmendet̃.

Petroſelinum.

PEtroſelini ſemen calfaciendo & exiccando in tertio cenſeri ordine promeretur, unà cum incidendi effectu: inde menſtrua & lotia affatim promouet, & minime ſpirituoſum eſt.

Peucedanum.

PEucedani quidem cum ſuccum tum liquorem potenter calorificum, diſijcientem, & attenuantem uſurpamus: Olfactu nanq; & in potione intra corpus ſumpta, iuxtà morbis in pulmone ac pectore ex craſſitudine & tenacitate humorũ prouenientibus prodeſſe credunt̃. Porrò lienibus etiam induratis auxilio ſunt. Sæpe etiam dentium perforatorum cruciatus, cauitati exeſæ impoſitus liquor extemplo placauit. Quin affectibus etiã cunctis circa neruos cõſiſtentibus impẽdio cõgruit. Sed & radicis cũ adhæc, tum ad ſquamas oſſibus detrahẽdas uſus eſt. Hulceribus item doloſis, quę cacoëthe uocant̃ auxiliũ pręſentaneũq; remediũ affert. Excalfaciens quidẽ atq; deſiccans gradu à media temperie ſecundo.

Peuce, Picea.

PIcea unà cum pino ſimilem quidem, ſed in omnibus temperatiorem facultatem ſortitur.

Péganon, Ruta.

RVta ſylueſtris quartæ calfacientiũ & deſiccantium claſſis cenſetur: domeſtica uero tertiæ. Ex qua ſanè cauſſa craſſos tenacesq; humores diſſecare & diſijcere potis eſt, & lotia quoq; ciere. Sed & ſubtilium eſt partium, & aphyſon, hoc eſt citra ſufflationem. Hinc eſt quod extinguendo ſpiritus, Veneris appetitum cohibet.

Piſſa, Pix.

PIx arida quidem deſiccat, diſtantia à temperatis ſecunda, minus uero eſt calida q; ſicca. Liquida cõtrà pix habet nõnullam abſtergendi, concoquẽdi, diſtrahendiq; potentiã, & in guſtu acrimoniã. Quãobrem leproſos ungues eximunt, impetigines detergunt, & tumores maturant duriores: ad ea omnia liquida potentior ualidiorq; eſt: quocirca ſuſpirioſos, & pectore ſuppuratos, quorum hos gręce ἐμπυϊκοὺς, illos ἀσθματικοὺς uocant, lincta adiuuat. Sicca uero pix uulnera eximie conglutinat.

Piſſelæon.

PIſſelæon liquidę picis proles eſt, ſed eſſentia multo ſubtiliorũ partiũ.

Piſtacium.

PIſtaciorum fructus commanſus, nõ ſtomacho tantum amicus & utilis mediocriter eſt, uerum præter hæc iocinoris quoq; obſtructiones expedit, atq; in primis ſummorũ, beneq; fragrantiũ eorundẽ operimen torum in uino elixatio. Ad hæc aduerſus ſerpentium etiam morſus accommodatus eſt.

Pityides.

PItyides fructus eſt picearum aut pinus mixtam habens facultatē, partim uidelicet acrem, partim uero acerbeſcentem. Quare promanātibus ex pectore ſpuitionibus, plurimum adiumenti confert.

Pityocampæ, Picearum erucæ.

PIcearum erucæ, quas πιτυοκάμπας Græci appellant, ijſdem ad unguem uiribus, quibus cantharides & bupreſtes præditæ ſunt.

Piceæ cortex.

PIceæ cortex tantam habet aſtringendi facultatem, ut intertriginibus igneq; ambuſtis ad morem emplaſtri impoſitus opem non inſtrenue 1
ferat. Ventrem inſuper lubricam cohibet ſi potetur. Corticí uis quędam ineſt hulcerum conglutinatoria.

Pityuſa.

PItyuſan nonnulli tithymalli ſpeciem eſſe autumāt, eo quod lac perinde atq; ille habeat, & ſimilem in purgando uim obtineat.

Platanus.

PLatanus humidiorem & frigidiorem facultatem poſſidet, hinc & folia eius uiridia inflāmationibus naſcentibus auxilio ſunt. Cortex aūt & galbuli ſeu pilulæ ſicciores ſunt potentiæ, adeò quidem ut in aceto elixi, dentium cruciatus leniant, ambuſta uero cum adipe ſanant. Cortex 2
porrò crematus, deſiccatorius magis & abſtergētior redditur, hactenus quidem ut lepris hulceribusq; perhumidis medeatur.

Pneumon, Pulmo agninus & ſuillus.

PVlmo agninus & porcinus in pedibus calciamentorum attritus pulchre ſanare creditur.

Pulmo uulpinus.

PVlmo uulpeculæ inueteratus ſi in potu ſumatur, anhelos ac ſuſpirioſos ſanitati reſtituit.

Pulmo marinus.

PVlmo marinus recens cōciſus, podagricis & pternionibus oppreſ- 3
ſis præſentaneo eſt remedio.

Polemonion.

POlemonium, ſunt qui phileteron aut philetærion nominent, tenuis eſt eſſentiæ & exiccatoriæ: quo quidem nomine aliqui curandis coxendicis doloribus, dyſenterijs item & indurato lieni medendo radicem eius cum uino potandam magna utilitate exhibent.

Polium.

POlium exilius guſtuiq; amarius, quo ad antidota ſubinde utimur, in tertio eſt calfacientium & arefacientiū à ſymmetris cenſu ac ordine.
Laxat igitur ab obſtructione inteſtina omnia, lotium & menſtrua trahit, 4
grandia conglutinat hulcera uiride: aridum uero rebellia, quæ cacoëthe dicunt, hulcera conglutinat.

Polygalon.

Polygalon.

POlygalon modice auſtera habet folia, hæc quidem ſi in potu ſumatur herba, lac procreare uidetur. Temperamentum habet haud obſcure calidum & humidum.

Polygonaton.

POlygonatum mixtam non potentiam ſolum, uerum qualitatem quoque ſortitum eſt: cōſtat enim aſtrictione, acrimento, amaritudine, & inſuauitate quadam faſtidioſa, explicatu difficili, unde non admodum ad multa eſt uſui, præterquam quod radicem eius nonnulli emplaſtri modo illiniunt, & faciei neuos eadem detergunt.

Polygonon, Seminalis.

POlygonum habet quiddam aſtringēs quidem, ſed uincit in eo aquoſum, frigidū, in exceſſu à mediocribus ſecundo. Quāobrem eos quibus æſtuat & flagrat ſtomachus, ad morem cataplaſmatis impactū adiuuat, & ſacros ignes, & feruentes inflāmationes, & ſi quid eſt aliud eius generis affectionum. Profluuia retundit, adhæc ſiccificum eſſe apparet. Eſt deniq; mas quàm mulier ad omnia ualentior.

Polycnemon, Putealogonthria.

POlycnemū calidum eſt & ſiccum in ſecundaria diſtantia, in tantum ut uulnera conglutinet.

Polypodium, Filicula.

POlypodium citra mordacitatē impenſius deſiccat, idem in potu hauſtum purgat per inferna.

Pompholyx, Bulla, Spodium, Cinerula.

POmpholyx arefacit abſq; mordacitate, ita quidē ut carnoſis atq; alijs omnibus extreme malignis hulceribus ſuccurrat. Inditur ob hoc etiā collyrijs ocularibus.

Porphyræ, Purpuræ.

PVrpuræ crematæ æqualem habent oſtracis potentiam, cæterum earundem teſtæ in oleo decoctæ, capillos fluentes roborando ſeruant: ſed cum aceto ſumptæ lienes turgentes ſanant. Eædem ſuffitæ, mulieres ex uteri ſtrangulatione concidentes excitant, ſecundasq; expellunt.

Potamogiton, Fontinalis herba, Betæ folium.

FOntinalis herba, quā græce potamogetona uocant, refrigerat & adſtringit proxime ſeminali, uiribusq; omnino reſpondet polygano.

Poterrhion, Poterium.

POterrhium, ſunt qui uocent phrœnion, huius fruticis radices conciſæ, neruorum præciſiones & uulnera illitæ cōglutinant. Quinetiam potum herbæ eius decoctum, neruorum reliqua uitia adiuuat.

Praſion, Marrubium.

MArrubium calidū quidem eſt in ordine ſecundo, ſiccitate uero huius ordinis limites excedit, iocinoris & lienis obſtructiones expedit, & quæ circa thoracem & pulmonem impetunt, expurgat, menſesq; retentos prouocat. Cæterum ad cataplaſmatis morem impoſitū abſter-

gēdi diſcutiēdiq; uim obtinet, uel ut alij ſentiũt, abſtergēdi & diſſecãdi.

Praſon, Porrum.

PORrum prauum ſuccum generat, & acrimoniam poſſidet, ut autor eſt Dioſcorides, graueq; & tumultuoſum parit inſomnium, aluo accommodatur, urinam ciet, & attenuat. Habet præterea nonnihil abſterſorium. Idem cum ptiſana decoctũ, pectoris uitia per excreationes emendat. Porri præterea ſemen renum inditur remedijs. Folia nonnulla ſunt aſtringendi facultate prædita: Qua ratione expreſſus eorum liquor, ſanguinem erumpentem reprimit ac ſiſtit.

Prinus, Ilex.

PRinus cõgenerem & æqualem cum robore habet facultatem, multo tamen in omnibus fermè ualentior eſt.

Propolis.

PRopolis (eſt autem ea ſordes, quæ legi in aluearibus poteſt) in calfaciendo quidem tertium ſortita eſt à ſymmetris receſſum & ordinem, neq; tamen abſtergit ita multum, atqui moderate interim: non paucam ad hæc habet ſubſtantiam in ſe tenuẽ, & ab infarctu, obturationeq; uindicandi aſſerendiq; potentiam.

Ptarmice, Sternutamentaria.

STernutamentariæ herbæ folia, odore ſternutamenta proritant. Vniuerſus uero breuis fruticulus, uirẽs, ſugillata liuoresq; alios ex ſanguine in loco contuſo collecto prouenientes diſijcit: Eſt etenim calorificæ & exiccatoriæ facultatis: Viridis quidem in ſecundaria à medijs diſtantia: deſiccata uero in tertia.

Ptelea, Vlmus.

VLmus exiccantem & abſterſoriam uim obtinet: quo fit ut uulnera conglutinet. Multo uero amplius cortex, ſi recens ligaminis inſtar uulneribus circumligetur: lepris præterea cum aceto opitulatur. Radices eadem poteſtate regnant, quarum decocto rupta, quæ topho calloue egent, aſpergenda & fouenda ſunt.

Pteris, Filix.

FIlix ſiccificam habet potentiam, guſtuiq; amaram. Quamobrem fœtus in utero interficit, & latos lumbricos enecat & eijcit, quatuor drachmarũ pondere in aqua mulſa ſumpta. Quoniam autem paulum habet aſtrictionis, fit ut hulceribus impoſita uim ualenter deſiccandi, citra tamen ullam uel mordacitatem aut eroſionem obtineat.

Pycnocomon.

PYcnocomum diſtrahentis & acris eſt potentiæ: proinde folia ipſius panos & furunculos diſcutiunt. Semen uero ad hæc etiam infixa corpori extrahit. Radix autem flauam bilem exhaurit.

Pyrethrum, Saliuaris.

PYrethri radix deurentem ſeu cauſticam ſortita eſt facultatem, qua ſanè dentiũ perfrigeratorũ cruciatibus ſubuenit, ſuccurrendisq; cum

tremore

tremore algoribus ſub circuitũ cum oleo infricat. Cõtra corporis partes torpentes atq; flaccidas & reſolutas, eximiũ hęc radix præſtat remediũ.

Pyros, Triticum.

TRiticum primi eſt ordinis excalfacientiũ, medium aũt inter utrunq;, ariditatis ſcilicet & humiditatis exceſſum, locũ poſſidet: adhæc lentoris nonnihil, & uirium ab obſtructione liberantium ſortitum eſt.

Pityæ, Coagula aliquot animalium.

COagulũ in uniuerſum quoduis acrem, attenuantẽ, diſijcientẽ item, & nimirum exiccatoriam quoq; facultatem habere conſueuit. Leporis uero coagulum, comitialibus, ſi cum aceto potetur, & fœminarum fluxionibus ſuccurrere traditur. Quin & lac quoq; in uentre in grumos concretum ſoluere conſimiliter, & ex pectore prouenientes ſanguinis excreationes compeſcere affirmant. De equino autem coagulo proditum eſt, cœliacis, inteſtinorumq; torminibus cumprimis ſuccurrere. Phocæ poſtremo coagulum pares caſtorio uires obtinet.

Coagulum leporinum. *Coagulũ equi.* *Phocæ coagulum.*

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA R.

Rhacos, Pannus.

REijcula quælibet (aut ſi mauis pannus) combuſta, ſi quidem fuerit lanea, pares lanæ crematæ ex qua texitur uires poſſidet. Linteum uero deuſtum tenuis eſſentiæ, fumum exhalat emititq;, uſqueadeo ut deſtillationes à capite in ſubiectas partes in farctu & obturatione laxet, & muliebrium locorum ſuffitibus accommodetur: iam etiam (ut ſemel dicam) pannus quilibet combuſtus proximam lanæ facultatem obtinet.

Rhamnus, Spina alba.

RHamnus frutex arefacit quidem diſtantia ſecunda, refrigerat uero in prima. Qua ratione herpetes unà cum ignibus ſacris non admodum feruentibus curat. Cæterum ad hæc tenerorum eius foliorum uſus ſummopere commendatur.

Raphanos, Radicula.

RHaphanus quidem ex eorum numero eſt, quæ exceſſu tertio calfaciunt, deſiccant uero ſecundo: ſylueſtris aũt in utroq; efficacior eſt. Ambarum ſemen, planta ualentius eſt: habet inſuper diſcutiendi ſugillata, & cæteros id genus liuores poteſtatem.

Rheum, Rha.

RHeum nonnulli rha nuncupant, cõſtat terrena, frigida, ſubtiliumq; partium eſſentia, aërea item, calida & leuiter acri. Quamobrem non conuulſis modò, ſed fracturis etiam & orthopnœæ eximie conducit, liuidaq; partim diſijcit, partim conſtringit: quo nomine ſanguinẽ expuentibus, cœliacis, & inteſtinorum torminibus prodeſt. Vtriuſq; porrò ratione iocinoroſos maxime adiuuat.

Rethinæ, Reſinæ.

REſinæ omne quidem genus calorificam habent & exiccatoriam na-

Reſina terebinthina. tura facultatem. Cæterum primas non iniuria meruit, aut certe bonitate nulli ſecunda eſt reſina terebinthina, ſiquidem multifarijs dotibus eſt prædita: non enim diſtrahit modò, ſed emollit etiam, & tenuem habens inſuper eſſentiam, abſtergit: quo utiqꝫ fit, ut pſoris quoqꝫ medeať. *Pinea.* Acrior porrò quodammodo eſt reſina pinea, & hac quoque magis *Strobolina.* ſtrobolina, neqꝫ tamen quàm terebinthina magis diſtrahunt, neqꝫ etiam uiolentius euellunt. Mediæ omnino inter illas habentur tum temperatu- *Picea, abiegna* ræ tum facultatis picea & abietina.

Rhoda, Roſæ.

ROſarum uis atqꝫ natura cõflata eſt ex aquea ſubſtantia, calida & adſtringente atqꝫ amara. Cęterum flos roſarum adhuc ualidius aſtringit, & eam ob cauſſam deſiccandi quoqꝫ facultas ineſt.

Rhodia rhiza, Radix rhodia.

RHodia radix in calfaciendo inter ea quæ ſecundi eiuſdem qualitatis ordinis ſunt cenſenda eſt, quæ ut tenuium partium exiſtit, ita diſtrahentis etiam facultatis eſt.

Rhœa, Malum granatum, ſeu Punicum.

Mala Punica dulcia. MAla granata, quę & citrea, & punica dicuntur: Dulcia in totum adſtringentem qualitatẽ obtinent prædominantem, quapropter non refrigerant ſolum, uerumetiã deſiccant: Cæterũ ut breuiter dicam, dulcia reliquis quibuſuis minus utriuſqꝫ dictæ facultatis poſſident. Auſte- *Auſtera.* ra aũt maiorem quidem refrigerandi uim habent, ſed ſicciora ſunt, & ſtomacho minus noxia, & eundẽ etiam oblectantia. Mala porrò granata acida, præterquã quod refrigerant, ampliorẽ quandam habent incidendi facultatem. Quin & acini ipſius ſucco aſtringentiores & exiccantiores ſunt. Iam uero & malicoria, quæ lemmata ſidia, hoc eſt putamina & cortices mali Punici uocantur, his omnibus multo amplius tum acerbeſcunt tum arefaciunt. Proximam atque comparem etiam his naturam ha- *Cytini.* bent Cytini, qui mali punici flores ſunt.

Rhus.

RHoos, qua coriarij utuntur, & ob id à Gręcis βυρσοδεψική, à Romanis coriaria nuncupata eſt, tum fructus tum ſuccus medicis in uſu potiſſimum ſunt, ualde aſtringentis quidem & ſiccificæ qualitatis in exceſſu tertio, abſtergentis autem ſecundario.

Rhypos, Sordes, Strigmenta.

STrigmenta ſordes ue ex ære ſtatuarum & uaſorũ in palęſtris in quibus largum oleum inhæret, continens aliquid ęruginis, diſtrahendi, & moderate arefaciendi, emolliendiqꝫ uim obtinẽt, atqꝫ ob id quidem immaturos panos diſijciunt. Cæterũ de ſtrigmentis ex palęſtra unà cum puluere & deciduo ceromate collectis, quæ πάτοι à quibuſdã uocantur, *Sordes aurium* iampridem de ſudore traditum eſt. Sordes poſtremo quæ in auribus colliguntur, rediuiuis, quas paronychia græce nuncupant, optimum remedium eſſe perhibent.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA S.

Sagapenum.

SAgapenum liquor eſt ferulę, calidæ & ſubtilis admodum eſſentiæ. Habet aũt aliquid abſterſorium, quo oculorum quidem cicatrices exterit, ſuffuſionibusq́ eorum accommodatur.

Salamandra.

SAlamandræ combuſtæ cinerem nonnulli medicaminibus, quæ erodendi uim habent, & quibus ſuccurritur lepræ, ac pſoricis deniq́ facultatibus confundunt.

Samſychon, Maiorana.

MAiorana calfaciẽdi & arefaciendi uim habet in tertio exceſſu. Conſtat præterea ex tenuitate partium, & diſtrahentis eſt potentiæ.

Sandaracha.

SAndaracha deurentem & cauſticam, perinde atq́ auripigmentum, facultatem obtinet.

Sandix.

SAndix tenuium quidem eſt partiũ, & temperaturæ exiccatorię, nondum tamen excalfacientis.

Saprotes xylωn, Caries lignorum.

CAries lignorum, potiſſime quæ ex ulmo colligitur, humoribus infarcta hulcera expurgat, & carne implet.

Sapon, Sapo.

SApon abſterſoria facultate prædita eſt.

Sarcocolla.

ARboris in Perſide naſcentis lachryma ſarcocolla eſt, quæ uim & naturã habet opplendi & obſtruẽdi, quã Gręci uocant emplaſticã, citra mordacitatẽ deſiccãs, atq́ ob id uulnera quoq́ cõglutinare potis eſt.

Saxiphragos, Saxifraga.

SAxifraga non urinam ſolum proliciendi, ſed calculos etiam comminuendi prædita eſt potentia.

Satyrion, Triphyllon.

SAtyrium, uel ut alij quidam nuncupant triphyllum, temperaturam habet humidã & calidam, & ſpirituoſum eſt ac flatulentũ: Quamobrem impetus ad Venerem incitat atq́ adauget. Tradunt aliqui idipſum cum uino aſtringente hauſtum, non niſi recta ceruice ſpirantibus ſuccurrere. Atqui Galenus in eo, quẽ περὶ τῆς θηριακῆς, hoc eſt, de theriaca inſcripſit, triphyllũ inquit, hyacintho quadantenus ſimile eſt, aëre prægnans & intumeſcens, ſemen habet ſylueſtri cnico ſimile. Elixæ huius herbæ decoctum phalangij quidem aut uiperæ morſui, ſi eo foueatur, opitulari. Sano autem ait, eiuſdem potio exhibita, conſimilem affectum his qui ab aliquo horum demorſi ſunt, inducit.

Saura, Lacerta.

DE lacertæ iocinore quidẽ ac capite, ſuo explicatũ eſt loco: cęterũ uniuerſa lacerta diſpalata & impoſita ſcorpionis ictibus, remedio eſt.

Selinon, Apium.

APium tãto calore præditũ eſt, ut lotia, muliebresq; purgationes proritet, flatulentos ſpiritus extinguat, atq; ſemen potius quàm herba.

Seris, Cichorium.

SEris holus ſubamarum eſt, frigidi admodum ac humidi temperamenti, ſed aſtrictoriæ quoq; qualitatis eſt particeps.

Seriphum.

SEriphum calfaciendi in ſecundo exceſſu, arefaciendi uero in primo facultate præditum eſt, abſinthio quidem cum forma, tum ſapore reſpondens, preterquã quod non æque ut illud acerbeſcit & aſtringit, impenſiusq; calfacit, & magis quàm abſinthiũ lumbricos interficit. Stomacho adhæc nonnihil infeſta ac noxia eſt. 1

Seſeli.

SEſeli cum radix, tum, & maxime quidem, fructus tantopere cum partium quibus conflata eſt, ſubtilitate pollet, ut urinam cieat, aduerſum comitialem præterea morbum, & orthopnœam opem conferre aſſolet.

Sepiæ teſta.

SEpiæ teſta cõſimili quidem oſtreo prædita eſt potentia, ſed tenuioribus cõſtans partibus, maiorẽ abſtergendi uim obtinet. Qua de cauſa ſi cremetur cum ſale foſſili, oculorum ungues extenuat. Inuſta uero & 2 intrita palpebris ficoſis, exterit uitia. Aſpredinibus item quæ reliquã cutem impetunt ac uexant, abſterſione egregia medetur.

Seſamoides.

SEſamoidis candidi ſemen, in calfaciendo, abſtergendo, atque in rumpendo triumphat.

Seſamum.

SEſamum pinguitudinis pluſculum, uiſcoſiq; non parum cõtinet. Eam ob rem emplaſticam, hoc eſt opplendi uirtutem, emolliendi item, calfaciendiq; non in ſummo poteſtatem obtinet.

Seps, Lacerta chalcidica.

SEps, quam aliqui lacertam chalcidicam appellauerunt, in uino bibita, 3 à ſe illatis mordicibus ſuccurrit.

Sialon, Saliua.

SIalon, ſaliua hominis ieiuni diſtrahentem & abſtergentẽ obtinet potentiam. Quocirca puerulorum lichenas exterit illita, furunculos concoquit, cum tritico ore premãſo impoſita, ſugillata expũgit: homicidisq; feris omnium aduerſiſſimũ & infeſtiſſimum exiſtit ſputum humanum.

Sideritis Heraclea, Solaſtrum.

SIderitis Heraclea, quæ & helxine dicitur, in Helxine explicata eſt.

Sideritis Achillea.

POrrò quam achilleã ſideritim appellant, ea ſuperiori uiribus eſt non 4 diſſimilibus, niſi quod aſtrictione exuperat: Idcirco ad fluxiones uno uerbo, omnes oppidoquam egregie competit.

Sideros

Síderos, Ferrum.

FErrum aqua ſæpenumero extinctum, ſiccificam ſuam poteſtatem in ea deponit, pota idcirco hæc aqua lienoſis expedit. At ſi in uino candens ferrum extinguatur, cœliacos id uinum, & inteſtinorum tormina, cholericosꝗ ſtomacho diſſolutos, qui per inferna multum bilis deijciunt, & per ſuperna euomunt, præſenti auxilio ſanat.

Sícyos, Cucumis.

CVcumis qui edendò eſt uiridem colorem præfert, refrigerandiꝗ & humectandi facultate in ſecundo cenſetur exceſſu. Caro quidem eius elixa inflãmationes mitigat. Semini uero abſtergendi & incidendi facultas ineſt: Quocirca urinas cit, & corpori uenuſtatẽ & ſplendorem inducit. Siccus porrò arefacientis naturę in primo ordine eſt, ſed maior abſtergendi facultas cum ſemini tum radici, quàm carni ineſt.

Sícyos agríos, Cucumis ſylueſtris, Elaterium.

ELaterium uulgò nomenclaturam obtinuit qui è ſylueſtris cucumeris fructu exprimitur liquor. Radicis uero foliorumꝗ ſuccus, haud diſparem quidem elaterio facultatem, ſed debiliorem tamen ſortitus eſt: Ipſa nanꝗ radix abſtergendi, diſtrahendi, atꝗ emolliendi deniꝗ: ſuccus uero non impotenter arefaciendi poteſtate regnat.

Síllybon.

SIllybum plantula ſpinoſa eſt, folijs chamęleonem candidum referens, eſculenta interim. Radicis uero liquor drachmæ unius pondere cum aqua mulſa ſumptus, uomitiones prolicit.

Sílurus.

SIlurus muria ſalé ue condîtus atꝗ deglutitus, fauces humidas expurgat: ad modum uero cataplaſmatis impoſitus, ſurculos, & quæꝗ alia corpori infixa euellit.

Sílpha, Blatta piſtrinaria.

BLattæ eius quæ circa molas & in piſtrinis reperitur interanea elixa & contrita, aurium doloribus medentur.

Sílphium, Laſerpitium.

LAſer (ſic enim Latini ſilphium appellant) præualidã calfaciendi uim habet, & flatulentæ magis eſſentiæ eſt, & concoctioni renitens. Foris autem adhibitum corpori laſerpitium, efficacius, & omnium maxime ſuccus trahentis eſt potentiæ, habet etiam uim quandam amoliendi.

Síſon.

SIſon calidũ adeò eſt, ut lotia cieat, & cõcoctiones adiuuet, muliebriaꝗ concitet, & interaneorum oppilationes laxet.

Síon.

SIum excalfacientis eſt potentiæ, urinas mouet, diſtrahit, calculos in renibus confringit, & menſes deniꝗ trahit & expellit.

Síſaron.

SIſari radix elixa ſtomacho amica & ſalutaris eſt, uires meiendi, ſecundoꝗ exceſſu calfaciendi obtinet. Tenuium præterea partium eſt, &

diſſipandi naturam habet,potentius tamen ſemen: Quamobrem nõ ſin-gultientibus ſolum, ſed torminibus circa umbilicum laborantibus cum uino utiliter exhibetur.

Siſymbrium.

SIſymbriũ, quod & cardominen nũcupant, eo quod cardamo præfe-rat quippiam ſimile:aridum id quidem ex eorum cenſu habetur, quæ calfaciũt & deſiccãt ordine primo : udum uero ſiſymbriũ, gradu ſecũdo.

Scammonia,Colophonium.

SCammonia calidam habet & diſijcientem, & abſterſoriam bilioſorũ humorũ potentiam, ſed omnium potiſſimum liquor, qui & panos di ſcutit, & partus in utero interficit appoſitus, lepras præterea eliminat. In diuturnis capitis doloribus cõcinnata inde aſpergine cum oxyrhodi-no magna cum utilitate inſpergitur,quod medelę genus Græci ἐπίβρεγμα cognominant. Cæterum ſcammoniæ radix per ſe pota,uentrem ſubdu-cit & expurgat, tum eius etiam decoctio. Cum admixtione poſtremo aceti polentæq; hordeaceæ decocta, coxendicis laboribus ad morem cataplaſmatis ſuperinducitur.

Scandix.

SCandix è ſylueſtrium holerum cenſu eſt,calidæ & ſiccæ facultatis iu-xta ſecundũ à ſymmetris exceſſum. Vrinam ciendi, & ab infarctu & oppilatione uiſcerum aſſerendi uires obtinet.

Scingus,Terreſtris Crocodilus.

QVæ propinquę ſcingi renibus carnes ſunt,in potu ſumptæ mentu-lam arrigere, & libidinẽ accendere creduntur. Contrariam omni-no affectionẽ lactucę ſemen cum aqua potum inducit, cupiditatesq; Ve-neris penitus uidet̃ extinguere. Idem præſtat lentiũ elixatio cum melle.

Scilla.

HAbet ſcilla diſſecandi facultatem,calfacitq; & deſiccat ordine ſecun do. Satius autem fuerit eam aut elixam aut aſſam ſumere.

Scolopendra,Centipes'ue marina.

CEntipes marina,quam σκολόπενδραν Græci uocãt,oleo elixa,& pilo- 3
ſis corporis partibus illita,glabreta inducit. Si uero combuſta fue-rit, præter hæc (uel inuſta contactu ſolũ)prurigine quoq; excitat.

Scolopendrion.

SColopendrion folioſus ceſpes eſt,quem uno ore cum Græci tum La-tini aſplenon nominant.

Scolymon,Carduus.

SColymon,quem carduum Latini uocant,in calfaciendo & exiccando in ſecunda claſſe cenſeri meretur.Radix in uino elixa potaq;,graueo-lentem urinam affatim eijcit, hircumq; alarum, uniuerſiq; coporis uiro-ſos odores emendat. 4

Scordion.

SCordium ex diuerſis ſaporibus potentijsq; conſtat,quando amarum quid in ſe,acerbum item & acre continet. Expurgat itaq; pariter & calfacit

calfacit uiſcera, urinam præterea muliebriaꝗ promouet, omniaꝗ perfrigerata calore inſtaurat ac reficit, deinde uulnera quoꝗ conglutinat, ſordidaꝗ expurgat, ac deniꝗ ſanat.

Scorodon, Allium.

ALlium excalfacit & arefacit quarta diſtantia. Syluestre porrò alliū, quod ophioſcordon nūcupant, multo efficacius quàm ſatiuum eſt.

Scorodopraſon.

SCorodopraſum porri & allij ſimul mixtas habet qualitates, pariter atque uires, quod naturæ monſtrum appellationis coaleſcentia inſinuat, σκόροδον enim allium, πράσον porrum ſignificat.

Scorpioides, Scorpion.

SCorpioides herba in calfaciendo quidem tertium, in deſiccando ſecundum ordinem ſortita eſt.

Scorpius terreſtris.

SCorpius terrenus, crudus impoſitus, uel toſtus in cibo ſumptus, contra proprios ictus ſuaꝗ uulnera præſenti eſt remedio.

Scorpius marinus.

SCorpionis marini fel ſuffuſionibus oculorum belliſſime ſubuenit.

Scoria, Recrementum metallorum.

SCoria, hoc eſt metalli cuiuſuis recrementum, in uniuerſum impenſe deſiccatoria eſt, cum primis autem ferri, quod decoctum atꝗ cum aceto leuigatum, auribus quæ aliquandiu pure fluxerunt, præſentiſſimū ac prodigioſum eſt remedium: uerum his etiam qui aconitū hauſerunt, ferri ſtercus cum aceto mulſo potum, ſuccurrit.

Scoria plumbi.

REcrementum plumbarium cremati plumbi uiribus proportione reſpondet, uehementius tamen aſtringit.

Smilax, Taxus.

SMilax uel cactus uenenoſæ letalisꝗ facultatis arbor eſt.

Smyrna, Myrrha.

MYrrha cum in calfaciendo, tum in deſiccando in ſecundo cenſetur exceſſu. Capitis igitur uulnera, ſi eis illiniatur, glutinare ſolet. Ineſt etiam myrrhæ quidam amaror, per quem lumbricos nimirū, fœtusꝗ in utero occidit. Adeſt præterea ei & abſtergēdi facultas: quo nomine ocularibus collyrijs ſubinde inſeritur, & quæcunꝗ pectori officiunt expurgat, non tamen abſtergentium more, arteriam exaſperat.

Smyrna, Bœotia.

MYrrha bœotica uires calfaciendi, emolliendi & diſſoluēdi obtinet.

Smyrnium.

SMyrnium, ſunt qui hippoſelinum, aliqui uero ſelinon agrium, hoc eſt apium ſyluestre nuncupant, habet calfaciendi & arefaciendi ſecundū tertium ordinem potentiam. Eſt autem ſelino ualentius, petroſelino debilius, urinas igitur menſesꝗ agitat.

Sonchus, Cucurbita aſpera.

SOnchus acerbeſcit pariter & manifeſto refrigerat, quum uel eſtur, uel cataplaſmatis more illinitur. Vbi aũt arefacta fuerit, mediocrem calfaciendi facultatem induit.

Sparganion.

SParganio quoq; herbæ, uis & natura deſiccandi præſtò eſt.

Spartos, Geniſta.

SPartus lentus frutex quo uites uinciunt: huius ſeminis unà cum floribus oboli quinq; in aqua mulſa epoti, purgãt per ſuperna, ueratri candidi modo ſine periculo. Semen ſeorſim deiectionẽ molitur, uirgultula eius coxendicis doloribus opitulatur. 1

Speclarion.

SPeclariũ, aliqui uero per ph, ſpheclarion ſcribunt ac proferunt, quod eo ſpheclorum uice in feneſtris nonnulli utantur: qua de cauſſa diaphanes quoq; appellatur: gypſoſum eſt ſubſtãtia, habet crematis teſtis, ſiue oſtreis proximam in omnibus potentiam.

Spongos, Spongia.

SPongia noua maris etiamdum odorẽ ſpirans ac ſeruãs, cum aqua uel uino uel poſca ſuperinducta, uulnera conglutinare poteſt. Cremata autem acrem & diſtrahentem obtinet potentiam, atq; cum bitumine liquidáue pice arefacta, ſanguinis eruptiones cohibet. 2

Spodion.

SPodium cõgenerẽ planè ac ſimilẽ habet cum pompholyge potentiã.

Staphylinus, Paſtinaca.

PAſtinaca urinam agit, menſes q; ſollicitat, præcipue radix & ſemen. Folia autẽ abſtergendi ui prædita ſunt: ideoq; affectionibus quas comitantur phagedænæ, recens adiecto melle utilis eſt. Porrò ſtaphylinus ſylueſtris, qui daucus eſt, ad omnia ualidior, ſatiuus imbecillior.

Stachys herba.

STachys frutex ſpicatus marrubio compar, calfacientium tertij ordinis eſt, eapropter muliebria ducit, & fœtus occidit, & muliebres à partu locellos morantes expellit. 3

Steata, Adipes.

ADipes omnes quidem hominis corpus pariter humectant & calfaciunt: pro diuerſa uero animantium unde ſumũtur temperatura, earundem facultas quoq; uariat.

Stear hyωn, Adeps ſuillus.

SVillus igitur adeps nulli eſt in humectando ſecundus, uicinamq; oleo ſortitur poteſtatem: Quare uellicationes & eroſiones omnes mitigat atque obtundit. *Adeps caprinus.* Adeps porrò caprillus aridioris naturæ eſt, ocyusq; congelaſcit: Qua ratione ad mitigandũ recti inteſtini morſum, adipem caprinum inijcimus. 4 *Anſerinus.* Cæterum anſerinus adeps calidior, ſubtiliorumq; partium eſt. *Gallinaceus.* Sed in medio horum adeps gallinaceorũ atq; gallinarum creditur. *Leoninus.* Leonum præterea adeps omnium facile calidiſſimus eſt, tenuiſſi-

tenuiſſimisq; eſſentiæ partibus conſtat, ac proinde cæteris omnibus multo magis digerit. Bubulus adeps mediã inter hos temperaturã, porcorum nempe atq; leonum adipes ſortitus eſt. Vrſinus capillorum ex alopecia defluuijs medetur. Vulpinus otalgiæ, hoc eſt aurium doloribus ſuccurrit. Viperarum adipem atrichum eſſe, hoc eſt pilos pariter euellere, & ne renaſcantur prohibere, oculorum item ſuffuſiones ſanare referunt. Porrò in omnibus calidior ſemper ac ſiccior eſt marium, atq; horum eorundem teſticulatorum magis, quàm reliquorum omnium. Adeps quoruncunq; pecudũ inueteratus temporis diuturnitate, ſeipſo redditur indies magis magisq; calidior.

Bouinus. *Vrſinus.* *Vulpinus.* *Viperinus.* *Maſculi pecoris.*

Stimmi.

STimmi præterquam quod excalfacit, aſtrictionis etiam pluſculũ obtinet: quapropter ocularibus ſubinde confunditur collyrijs.

Stœbe herba.

STœbes cum ſemina tum folia cum aſtrictoria qua prædita ſunt facultate, deſiccãt in tertio exceſſu: Qua ratione uulnera peringẽtia quæq; conglutinant, eorumq; elixatio inteſtinorum torminibus dyſenterijs'ue, ſanguinis eruptionibus, & auribus purulentis auxiliatur. Præterea oculos ex percuſſu ſanguine ſuffuſos, in morẽ cataplaſmatis impacta iuuant.

Stœchas.

STœchas obſtructiones laxare, craſſa attenuare, extergere, & extã omnia, totumq; animalis habitum roborare nata eſt.

Stratiotes aquaticus.

STratiotes, qui in humidis naſcitur locis, frigorificã uim obtinet: Terreſtris uero ſtratiotes nonnihil aſtrictionis habet: quo nomine & hulcera conglutinat. Nõnulli uero ad ſanguinis eruptiones compeſcendas eo ſolenniter, atq; ad fiſtulas utuntur.

Strychnon, Solanum.

SOlanum, quod in hortis naſcitur, & eſculentum eſt, aſtringit & refrigerat exceſſu à medijs ſecundo. Cæterũ cui nomen eſt Alicacabum, facultate hortenſi ſolano ſimile, fructum gerit ciendæ urinæ idoneũ, uuarum acinis neutiquam abſimilem.

Strychnon hypnoticon, Solanum ſomnificum.

SOlani uero hypnotici radicis cortex, in uino drachmæ pondere ſumptus, ſomnum accerſit. Semen uim proritandi urinam obtinet, quum ex tertio cenſeatur ordine frigorificorum: Proinde ſi plus duodecim corymbis hauriatur, furorem adſciſſet.

Strychnon manicon, Solanum furioſum.

QVarta ſolani ſpecies (furioſi nomine gaudẽs) ad medicinas quæ intra corpus ſumuntur, inutile minimeq; innoxiũ eſt: Foris aũt ſi cataplaſmatis inſtar imponat̃, hulcera depaſcendo ſerpentia, quibus à re nomẽ appellatio eſt indita, curat. Exceſſu ſecundo deſiccans & refrigerãs.

Stypteria ſchiſte,ſtrongile,& hygra, Alumen fiſſile,rotundum,& liquidum.

ALuminis ferè omne genus aſtrictionis uehementiſſimæ eſt, craſſarumq́ partium, reliquis tamen, ſubtilioribus cōſtat partibus quod appellat̃ ſciſſile: proximũ eſt rotundũ & ſtragalote. Cæterũ ſpiſſæ admodũ eſſentiæ eſt ſtipteria, Liquida, Placitis, & Plinthitis nuncupata.

Styrax.

STyrax calfaciendi, emolliendi, & cōcoquendi facultatẽ obtinet: quocirca tuſſibus, deſtillationibus à capite in ſubiectas partes, & coryzis denique ſuccurrit. Fœminarũ præterea purgationes menſtruas urget, ſi uel potetur, uel aliâs applicetur.

Syca, Ficus fructus.

FIcus, aridę quidem caliditate ſua ſecundum ordinem leuiter attingũt: cęterum pinguiores, duros tumores ualide ad maturationem ſuppurationemq́ ſollicitant & impellunt. Guſtu porrò acriores, abſterſoriæ & diſtrahentis ſunt potentiæ. Elixatio uero ficuum melli conſiſtentia ſimilis, quam ſireon pleriq́ nominant, facultate melli reſpondet. Iam uero uirides imbecillioris ſunt potentiæ, utræq́ tamen aluum ſubducunt. Ad poſtremum autem ficus caprificæ cum quadam acrimonia diſtrahendi quoq́ uires obtinent, perinde atq́ ſatiuarum ὀλώυθοι, hoc eſt groſſuli.

Syce, Ficus arbor.

FIcus arbor calidam ſubtiliumq́ partium temperaturam ſortita eſt, adeò ut liquor eius, & foliorum ſuorum ſuccus non uellicare, uel abſtergere, ſed exhulcerare etiam, oraq́ uaſorũ reſerare, & uerrucas (quas μυρμηκίας, id eſt formicas dicũt) eĳcere ſatis belliſſime queat. Quin & purgandi uis fico arbori ineſt. Porrò ſylueſtris ficus, quam Græci ἐρινεὸν, Latini caprificum indigitant, ad omnem uſum non parum efficacior eſt quàm domeſtica.

Sycomorus, Ficus Aegyptia.

SYcomori arboris fructus præterquam quod alimenti ne tantillum quidem præſtat, ſtomacho quoque noxius eſt. Liquor uero ſycomori facultate qua præditus eſt, emollire, uulnera glutinare, & tumores diſtrahere poteſt. Bibitur præterea, illiniturq́ contra ſerpentium ictus, duritie infeſtatos lienes, ſtomachi dolores, febriumq́ horrores.

Symphyton petræum, Conſolida.

SYmphyton petræum ex contrarĳs conflatũ eſt facultatibus. Habet enim aliquid quod incîdat, quo nimirum quæ in pectore & pulmonibus purulenta concreuerunt, renesq́, expurgat. Habet item quampiam in ſe aſtringendi contrahendíue potentiam, qua ſanguinis excreationibus, conuulſis, ruptis, fluxionibus fœminarum rufis, deſcendentibusq́ inteſtinorum ramicibus, quas ὐτόροκοίλας uocant, medetur. Obtinet adhæc ſymphytum calidam humiditatem, qua ſitim arcet, & arteriæ deni que medicatur aſperitates.

Symphyton mega, Conſolida maior.

SYmphytum alterū, nempe grandius uiſcidū quendam lentorem & mordicationem obtinet, ſcyllæ ſimile. Vtendum eſt eo ad omnia, quibus ſuperiorem conſolidam conferre tradidimus.

Sphondylion, Herba rutinalis, uel Verticillum.

SPhondylij quidē fructus atq; radix, acrimoniam habent, & incidendi facultatem: ſuſpirioſis itaq;, & comitialibus, regioq; morbo ſuccurrit. Cæterum radix eius circumraſa fiſtulis impoſita, callos earum eximit ac tollit. Floris porrò ſuccus in aluum contra diuturniora hulcera utiliter inſtillatur.

Schinos, Lentiſcus.

LEntiſcus ſecundum omnes ſuas partes deſiccat ſecundaria diſtantia completa, in caliditatis uero frigiditatisq; qualitate medium quadantenus locum obtinet, eo uſq; aſtringens, ut aſtrictione ſua ſucco hypociſtidis propè admodum accedat.

Schinu anthos, Lentiſci flos.

LEntiſci flos calfaciendi mediocrem, aſtringendi minorem facultatē obtinet, neq; à tenuibus eſſentię naturæq; partibus alienus eſt. Quibus nominibus urinam prolicit, menſesq; proritat, & ab infarctu oppilationibusq; liberat, tum in ſuffitibus, tum potionibus, tum in cataplaſmatis adhibitus. Flore porrò magis aſtringit radix, hac uero ille calidior eſt.

Schœnos, Iuncus rotundus odoratus.

ROtundi odorati iunci leuis (quem ſchœnon leian Græci uocant) gēminæ ſpecies ſunt. Cæterum alterius quidem ſpeciei oxyſchœni appellatæ fructus ſomnum cōciliat, minus uero oligoſchœno: Altera iunci ſpecies caput tentat. Ambæ ſi frictæ cum uino potent̄, uentris fluores exiccant, & muliebre profluuium cohibent.

Sory.

SOry eadem fermè cum miſyi efficacia præditum eſt, multo craſſioribus tamen conſtat partibus quàm miſy.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA T.

Tarichorum piſcium caro.

TArichorū caro acris eſt, & exiccatoriæ facultatis: quā ob cauſſam à preſtere uipera demorſis exhibēda eſt, ut quāto plus percuſſus ederit, uinumq; potarit, tanto maiore copia uomitu reddat. Ad drymiphagias item cōgruit. In modū porrò cataplaſmatis aduerſus canū morſus utiliter illinitur, nec nō & aliorū ſerpentiū.

Taurocolla, Tauri gluten.

TAurocolla, quaſi taurinum glutinū dicas; ſunt qui xylocollam, id eſt ligni glutinū uocant, ex boum corijs confecta, impenſæ abſterſoriæ facultatis eſt: Quocirca poteſt ſolutum aceto glutinum hoc, impetigines & ſummæ cutis lepras exterere, neq; ſinit igne ambuſta inflāmari, cum calida aqua eliquata. Eſt præterea gluten hoc uulnerarium (hoc eſt medendis uulneribus utile) oxymelite maceratum.

Tellinæ.

TEllinæ ſale condîtæ, crematæ, deurentē reddunt cinerem. Qui cum cedrio liquore confuſus, euulſos radicitus palpebris pilos naſci iterum in locum alios prohibet.

Terminthos, Terebinthus.

TErebinthus excalfacit in tertio exceſſu. Deſiccat uero ſi quidē uiridis ſit primo, ſin aridus, ſecundo à temperatis ordine. Fructus porrò aridus tertiæ eſt arefacientiũ diſtantiæ, propter hæc utiꝗ urinam prouocat, & lienes egregie iuuat.

Tettiges, Cicadæ.

CIcadas quidam medici crudas exiccant, colicisꝗ potui treis aut quatuor, aut quinꝗ, aut ſeptē, cum paribus numero piperis granis exhibent: aliqui uero aſſas edendas offerũt his quibus male affecta eſt ueſica.

Teutlon, Beta.

BEta nitroſam quandam uim obtinet, per quam tum abſtergit, tum diſcutit, caputꝗ naribus expurgat: prærogatiuam uero habet in his facultatibus candida, quæ decocta induit uirtutem aphlegmanten, hoc eſt inflammationibus aduerſam, clementer admodum diſſipantem.

Teucrios.

TEucrium calidi quidem temperamenti eſt exceſſu ſecundo, ſicci aũt in tertio, diſſecantisꝗ & tenuium partium facultatis. Eamꝗ ob cauſſam lienes affectos ſoſpitati reſtituit.

Tephra, Cinis.

NOn quiuis cinis eandem ad amuſſim temperaturā obtinet, ſed pro combuſtæ materiei diuerſitate uariatur. Acerbarũ nanꝗ materiarũ cinis, utpote quercuũ & prinorũ, aſtrictione nō modica præditus eſt: ꝙ fit ut ſanguinis eruptiones ſupprimat, quũ aliud eiuſdē facultatis ad manum nō eſt. Acrium uero materiarũ, puta ficus & tithymallorũ, hoc eſt herbæ lactariæ cinis, acrimoniæ plus abſtergentisꝗ facultatis induit.

Telephion, Illecebra.

TElephium cenſetur in primo calfacientium, ſecundo autem arefacientium ordine, detergendiꝗ interim facultate præditum eſt: Quare ad putrida exedentiaꝗ hulcera accommodatum eſt. Leucas & uitiligines medicatur, ſi adhibeatur cum aceto.

Telis, Fœnumgræcum.

FOenogræcum in calfaciendo ex ſecũdi ordinis cenſu, in deſiccando primi habetur: Quamobrem feruentes phlegmonas irritat, cęterum non adeò calidas, & quæ duræ ſunt inflammationes, diſtrahendo ſanat.

Tithymallus, Herba lactaria.

TIthymalli ad unum omnes quidem ſpecies ex tertio ſunt calfacientiũ ordine, cum acrimonia & amaritate intenſa. Eiuſdem facultatis particeps quidem radix eſt, ſed non ex ęquo: nam imbecillior quadantenus exiſtens, cum aceto elixa eroſorũ dentium cruciatus mitigat. Liquores

porrò

porrò ualentiore poteſtate prædita foraminibus dentiũ inſeruntur: uerum ubi aliam corporis partem cõtigerint, eandem extemplo adurunt: ideoq; pilos etiam illiti liquores cõtinuo tollunt: uerrucas (quas μυρμηκίας Græci, Romani formicas dicunt) acrochordonas item, & id genus uitia auferunt, lichenasq; & quęcunq; cutem impetunt mala exterunt. Præterea hulcera uitioſa conſuetudine phagedænica ſanant. Sunt autem ſeptem numero tithymallorum genera: uehementiſſima characias uidelicet, quaſi uallaris, qui mas eſt: & myrſinites à myrti foliorũ figura, qui fœmina eſt: & dendrodes, quaſi arboreſcens, à ramorũ copia, qui prouenit inter ſaxa: deinde herba lactaria eſt uerbaſci imaginem præferens, eam platyphyllon, id eſt latifoliũ, à foliorũ latitudine dicũt alij: quintũ genus à cupreſſi forma cypariſſias appellat̃: ſextũ paralius, hoc eſt maritimus: extremum helioſcopios, id eſt ſoliſequus. *Species lactariæ herbæ ſeptem.*

Titanos, Calx.

CAlx aqua non reſtincta (quam ἄσβεστον Græci uocant, Latini uiuã) hactenus urit ut cruſtas inducat: Extincta uero & ipſa quidẽ cruſtam quamprimum efficit: interpoſitis autem diebus aliquot, nequit eſcharam amplius moliri, calfacit tamen carnesq; liquat. Quod ſi lauetur aqua marina, mordacitate exuta, ſummam diſtrahendi facultatem induit.

Tragacantha.

TRagacantha ſimili admodum gummi poteſtate prædita eſt.

Tragion.

TRagiũ planta eſt quæ nullibi quàm in Creta inſula prouenit, lentiſco conformis, tertij calfacientium ordinis, attrahentis diſijcientisq; facultatis eſt. Conſtat uero ex tenuibus eſſentiæ partibus, ſurculos euellit, lapillos cõminuit, menſtrua trahit drachmæ unius pondere bibitũ.

Aliud tragium, Cornulaca.

EST præterea alterum quoddam tragium, quod à Romanis cornulaca uocatur, proximo amarulentius, ſcolopendrio ſimile: gignitur multis quidem in locis, uerum non parum obtinet potentiæ aſtrictoriæ. Qua ratione fluidis affectionibus cunctis accommodatum eſt.

Tragoriganos, Hircina origanos.

TRagoriganus ſimiles & eaſdem planè origano uires habet: cęterum aſtrictionis nonnihil aſſumit.

Tribolos, Tribulum aquaticum.

TRibulus modice frigidus eſt, uerum terreſtris quidẽ in arefaciendo uehemens, aquaticus uero leuiter refrigerat. Vterq; cõtra phlegmonarum generationes, medendis alijs fluxionibus accõmodati ſunt. Cæterum terreſtris ipſius fructus, quum ex ſubtilibus partibus conſtet, renum calculos confringit.

Tragoſſitodes.

TRagoſſitodes congener aſſimiliſq; eſt ziæ, concoctioni tamen magis reſiſtit, duramq; aluum emollit.

Trigle piſcis, Mulus.

MVlorum piſcium aſſiduus eſus aciem oculorū hebetat, idem piſcis marini draconis, ſcorpionisq́, & dracænæ morſibus ſubuenit, ſi crudus conciſusq́ adhibeatur.

Tripolium, Caliumares.

TRipolium radicem habet calidæ facultatis ſecundum tertium à temperatis exceſſum, cum acrimonia coniunctæ.

Triches, Pili.

PIli cremati conſimilē, ne eandē dicā ſortiunt̄ lanis cōbuſtis facultatē.

Trigon thalaſſia, Paſtinaca marina.

PAſtinacæ marinę radius denti affecto impactus, frāgit eū & excutit.

Tryx œni, Fex uini.

SEdimentum uini nondum crematum uarijs conflatū eſt facultatibus & eſſentijs: uis enim illi ualidiſſime deſiccandi & diſtrahendi. Cæterum aſtrictionē, qua prędita fex eſt, è uino cuius ſedimentum eſt, adipiſcitur. Vtendum igitur fece uini nondū combuſta in affectionibus humidioribus & fluidis. Phygetla diſijcit, ſtillicidiumq́ lactis mammarum extinguit. Cæterum quæ priuatim σφέκλη, hoc eſt fex cremata appellatur, deurendi uim induit, atq́ ob id deurentibus etiam medicaminibus inditur. Scabros ungues cum reſina excutit, & ex oleo lentiſcino totam noctem illita, capillos flauo colore inficit. Lota igitur ſphecle, oculorum abſterſiuis medicamentis inſeritur.

Trix oxus, Fex aceti.

ACeti porrò fex per omnia ualentior & aſtringentior quàm uini eſt.

Troglodites, Paſſer.

TRoglodites paſſer eſt, omniū auium minima, dempto eo cui inditū nomen baſiliſci, hoc eſt reguli: degit frequenter uitam in ſepibus. Is profectò ſiue aſſus, ſiue crudus ſale conditus atq́ comeſus, calculos in renibus confringit. Cinis item deuſti paſſerculi potus, eadem deſignat.

Tyros, Caſeus.

CAſeus recens & nuper compactus ac mollis, repercuſſoriam habet facultatem refrigerantium lente: quocirca & uulnera cōmittit impoſitus. Qui autem oxygalactinus nuncupatur caſeus, præter hæc diſtrahendi etiam lenem quandam uim ſortitus eſt, uulneraq́ ualidius conglutinat. Inueteratus autem atque in primis pinguis, diſtrahendi ui præditus eſt: qua quidem facultate ad arthriticorū tophos, quos πώρους Græci appellant, ſalubre eſt remedium, atq́ potiſſimum addito decocto carnis ſuillæ cum ſalſæ tum pinguis.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA Y.

Hyacinthus.

HYacinthi radix bulboſa primi ordinis exiccantium, refrigerantium uero ſecundi: Atq́ ob id quidem pueros diutiſſime impuberes ſeruare creditur, cum uino cataplaſmatis modo impoſita.

Fructus

Fructus eius leuiter extergit et aſtringit: Cuius gratia aurugine laborantibus offertur in uino, arefaciẽs quidẽ impenſius, minus uero refrigerãs.

Hyalos, Vitrum.

Vitrum in puluerem friatum, cum uino tenui candidoq́ꝫ ſumptum calculos ueſicæ comminuere perhibetur.

Hydnon, Tuber terræ.

HYdnon eſſentiam terreſtriorem exuperantem poſſidet, cum exigua quadam partium ſubtilitate coniunctam.

Hydrargyros, Argentum uiuum.

ARgentum uiuum haud ita multum momenti in re medica præſtat; quum ſit letale uenenum: ſunt tamen qui id comburentes ueluti in cinerem redigũt, quem alijs ſpeciebus permixtum, colicis & ileoſis potandum exhibuerunt

Hydropiper.

HYdropiper temperaturæ admodum calidæ eſt herba, uerum neutiquam tam impenſe calida atq́ꝫ piper exiſtit, uirens hydropiper cum ſemine in morem emplaſtri ſuperinductum, non ſugillata ſolum, ſed induratos etiam tumores diſcutit.

Hydor ariſton, Aqua optima.

AQua ſaluberrima & impermixtæ conſiſtentiæ, propria ſua natura frigida eſt & humida: quæ uero aquiſititiã caliditatẽ aſſumit, tantiſper dum eam ſeruat, calefacit: ſimul atq́ꝫ aduentitium calorem amiſerit, refrigerat. Quæ porrò commertium habet cum aliquo, quemadmodum quæ nitri uel bituminis particeps eſt, mixtę ſortitur eſſentiæ facultatem. Pluuialis uero aqua etiam aſtrictionis quippiam obtinet, eapropter collyrijs oculorum inſeritur. Cæterum cuiuſmodi aquam inculpatam eſſe oporteat, primo uolumine explicatum eſt.

Hyoſcyamos, Altercum, Herba Apollinaris.

ALtercum, quem ὑοσκύαμον Græci uocant, nõ modò id cui atrum, ſed & cui flauum ineſt ſemen, uenenoſum eſt. Cæterũ ad medicationes non niſi quod flore ac ſemine candido præditum eſt, expedit, id quod ex tertio refrigerantium ordine exiſtit.

Hypericon.

HYperici duo ſunt genera, alterum nanq́ꝫ andraſæmon & aſtyron appellatur, ſuper quibus in ſuperioribus eſt proditum. Alterum uero calfacit & ſiccat ob ſubtilitatem partium ſuæ conſiſtentiæ: qua facultate totus herbæ fructus urinas & menſtrua iuxtà prolicit, cum folijs uero; uiridis cataplaſmatis modò impoſitus, uulnera ſanat. Arida uero in morẽ emplaſtri impacta, hulceribus medentur: Exhibentur inſuper coxendicæ laborantibus in potu.

Hypecoon.

HYpecoon refrigerandi facultatem obtinet in tertio eiuſdem qualitatis gradu; quo fit ut parum abſit à papauere.

Hypogloſſon.

HYpogloſſum fruticulus eſt, cuius cum radix tum fructus emolliendi facultatem obtinent.

Hypociſtis.

HYpociſtis ſuccus eſt, ex ciſthi citharicq; fruticis radice expreſſus, ueluti cytinorum, admodũ efficax remedium contra omne genus fluxionum affectus, eximie deſiccando, robur item & firmitatem ſtrenue corporis partibus indendo.

Hypophæſton.

HYpophæſtum fulloniæ ſpinę cardui ue ſpecies eſt, quemadmodũ et hypophaës. Huius plantæ capitis, & foliorum, aridarumq; radicũ triobuli pondus cum aqua mulſa ſumptũ, aquam & pituitam exhaurit. Prærogatiua uero quadã facultate prædita eſt, medendi orthopnœas, morbos comitiales, & quæ neruos tentant affectiones.

Hyſſopum.

HYſſopum calfaciendi & exiccandi uim habet in tertio ordine calfacientium & arefacientium, conſtatq; ex raris & ſubtilibus admodũ eſſentiæ partibus.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA PH.

Phaci, Lentes.

LEntes deſiccandi uim habent tertio arefacientium ordine, medium uero inter calorem ac frigus locum obtinent. Habet præterea nonnihil aſtrictionis: quo fit ut corpus earum exiccet, & uentrem ſolutũ compeſcat. Cæterũ earundem elixatio prouocat: proinde prior aqua abijcitur, quando retentionis gratia adhibentr.

Phacos, Lenticula paluſtris.

LEnticula quæ in lacuſtribus cœnoſisq; locis inuenitur, udi ac gelidi temperamenti eſt, utrinq; exceſſu ſecundo.

Phalaris.

PHalaridis tum ſuccus, tum folia, tum etiam ſemen in potu ſumpta, ueſicæ languoribus manus præſtãt auxiliares: cõſtant etiam quadantenus ex partibus ſubſtantiæ tenuibus, & calorem nõnullum participant.

Phalangites.

PHalangites, id nominis quidẽ ſortita hæc herba eſſe creditur, quod à phalangiorum ictu petitis opituletur: numeratur autem inter ea quæ tenuium ſunt partium: Qua facultate his qui ſtrophis, hoc eſt circa umbilicum torminibus uexantur, ſubuenire creditur.

Phelli.

PHelli, præſertim qui ex uaſis uinarijs colliguntur cremati, ſiccificiſſimum cinerẽ efficiunt, qui dyſentericis maxime permiſcẽt remedijs.

Philyra, Tilia.

TIliæ arboris folia, ut forma & figura oleæ propius accedunt, ita & facultate quoq; aſtrictionis agreſtem oliuam ad unguem referunt, præcipueq;

cipueꝗ oris hulceribus remedio ſunt, in quem uſum commanducantur, & decocto eorum colluuntur. Quod etiam potum, lotium ac menſtruas purgationes prouocat.

Phlomos, Verbaſcum.

VErbaſci plura ſunt genera, inter quæ numerat̃ & thryallis nomine, omnium uero folia arefaciendi & mediocriter abſtergendi ui præ-dita ſunt, & potiſſimum quæ aurei coloris flores poſſident, & acerbi ſa-poris ſunt. Fluidis itaꝗ affectionibus competunt. Colluunt quidam ijſ-dem quoque in dolore dentes.

Phœnix herba.

PHœnix, quam aliqui rhun appellant, herba lolio non abſimilis, pote-ſtatem habet aſtringendi. Quare cum uino hauſta auſtero, omnes fluxionum affectus compeſcit.

Phœnix, Palma.

PHœnix arbor fructum quidem iam maturum calidum mediocriter habet, robur indere ualentem, & ſtomacho utilem, ſiue intra cor-pus ſumatur, ſiue foris adhibeatur. Quod reliquum eſt palmæ, aſtrictio-nis plurimum obtinet: qua de cauſſa ſtomachicis & hepaticis facultati-bus confunditur. Omnium autem maxime aſtrictoria eſt, ea quæ fructui circumfunditur membranula.

Phormion.

PHormium cum partium tenuitate abſtergendi & attrahendi faculta-tem poſſidet. Leucomata igitur, hoc eſt oculorum albugines ſemen eius cum melle attenuat, & ſtipites euellit.

Phu, Valeriana.

PHu herbæ radix uiribus nardo ſimilis eſt, ſed tamen ad pleraꝗ de-bilior: uerum urinas propellit ualentius quàm uel Syriaca uel Indica nardus, perinde atꝗ Celtica.

Phycos, Alga.

PHycos refrigerandi & arefaciendi uim habet in ſecundo ordine, acer-bitate item leuiuſcula quadam præditus eſt.

Phyllitis.

QVum phyllitidi acerba quædam qualitas inſit, non temere neꝗ ab-ſurde profluuijs ſiue diarrhœis pota ſuccurrit.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA CH.

Chalbane, Galbanum.

CHalbane, quod Romani galbanũ uocant, tantum non tertij ex-calfacientium ordinis eſt. In deſiccando autem attingit gradum ſecundum, cum facultate molliendi & diſtrahendi.

Chalcitis, Lapis ex quo æs coquitur.

CHalcitis cũ acrimonia qua prædita eſt, aſtringẽdi, deurendi, & cru-ſtas generandi facultatẽ obtinet. Partium aũt ſubtilitate media eſt, inter miſy & ſory. Si uero comburatur, tenuioris redditur ſubſtantiæ.

Chalcanthos, Atramentum ſutorium.

ATramentum ſutorium, aqua eſt congelata in metallis Cypri, cum calore quodam minime obſcuro, ſummã habens ac ualidiſſimam adſtringendi potentiam, neq; quicquã eſt quod æque humidas carnes condiat atq; deſiccet. Cæterũ longo temporis progreſſu in chalcitidem tranſit atramentum ſutorium.

Chalcos cecaumenos, Aes uſtum.

AEs crematum habet & acrimoniam quandam, & aſtrictionis particeps eſt. Inducendis itaq; cicatricibus belliſſimum ac optimum præſtat medicamentum, potiſſimum aridiore corpore. Quod ſi abluatur, in molliore carne multo commodius efficitur.

Chalcu anthos, Flos æris.

FLos æris ſubtiliorũ eſt partiũ potentiæ, quàm uel æs uſtum, uel ſquama eius. Quocirca mixtum in collyria cum aſpredines reliquas, tum aſperas & ficoſas palpebras, quas συκώσεις Græci uocant medicatur.

Chamædrys, Trixago.

POnitur trixago in tertio gradu calfacientium & arefacientium: qua ratione non iniuria lienes liquefacit, lotium ac menſes trahit, extarumq; obſtructiones reſerat ac purgat.

Chamæciſſos, Hedera terreſtris.

CHamæciſſi (quam Romani hederam aquaticam nominant) flos quũ uehementer amarus ſit, iocinoris uicinarumq; partium obſtructiones laxat. Exhibetur magna item cum utilitate ex coxendice laborantibus, quos Græci dicunt ἰσχιαδικούς.

Chamæleuce.

CHamæleucæ uis & natura eſt calfaciendi iuxta ordinẽ tertium, exiccandi uero ſecundum ordinem primum.

Chamælcon melas, Carduus niger.

CHamæleontis nigri quidẽ radix calida eſt & ſicca tertio fermè à temperatis exceſſu. Habet præterea facultatem detergendi ea quæ ſummam cutis ſuperficiem occupant, diſijciendi item & emolliendi duros tumores. Quin & phagedænica cataplaſmatis modo illita medicatur. Cæterum intro in corpus ſumpta, uenenoſa & letalis creditur nigri chamæleontis radix.

Chamæleon leucon, Carduus albus.

POrrò candidi chamæleonis radix uiribus atro cõiungitur, efficacior tamẽ eſt, quæ utiq; cum uini auſteri oxybapho pota, latos lumbricos interficit. Conducit ſanè eadem aqua inter cutem laborantibus.

Chamæmelon, Anthemis.

CHamæmalum uel anthemis calfaciendo & deſiccãdo primũ ſortitur calidorum & arefacientium ordinem, & tenuis particeps eſt eſſentiæ, diſcutiendi item, & laxandi, & rarefaciendi poteſtate regnat.

Chamæ-

Chamæpitys, Aiuga, Humilis picea.

AIuga, quam uulgò græce chamæpityn nominant, excalfacit quidem ſecundo à medijs exceſſu, exiccat uero in tertio: Idcirco non ſolum expurgat, ſed etiam abſtergit corporis exta, & potiſſimū iecur. Vrinas præterea agit ac menſes, & uulnera grandia quæq; conglutinat, hulcera putreſcentia exedentiaq; medicatur, duritias diſcutit: conducit decoctū ipſius impendio ex coxendice laborantibus.

Chamædrops.

CHamędrops, ſunt qui chamædryn, hoc eſt trixaginē, nec deſunt qui turion, teucrion'ue appellitēt, trixagini cōſimilis omnino eſt potētię.

Chamæſyce, Terreſtris ficus.

CHamæſyce, hoc eſt humilis ficus, detergentem pariter & acrem obtinet potentiā: Proinde teneriores eius ramuli caules'ue atq; liquor, uerrucas quas myrmecias dicūt, & acrochordonas auferunt. Craſſas uero oculorum cicatrices cum melle admoti exterunt, & aciei oculorum hebetudinem, ſuffuſionumq; principia adiuuant.

Chamelæa, Oleaſtellum, Oleago.

OLeago detergendi facultate prædita eſt: quocirca hulcera ſordida & quæ cruſtas habent cum melle expurgat.

Chelidonium, Hirundinaria, Maius fabium.

CHelidonium maius quidem calorificum eſt ſecundum tertium à medijs exceſſum, habetq; uim detergendi potentem. Succus porrò chelidonij grandioris ad oculorū ſpeciem exacuendā accōmodus eſt. Radix aūt auruginoſos obſtructione liberat, cum uino ſiue aniſo pota; quod ſi eadem ore fuerit commanſa, dentium cruciatus mitigat.

Chelidonium minus, Hirundinaria minor.

CHelidonium uero minus ex quarta cenſetur calfacientium claſſe, tanta acrimonia excedens maius, ut cataplaſmatis modo impoſitum cutem ilico exhulceret, unguesq; ſcabros excutiat. Porrò ſuccus minoris hirundinariæ per nares quoq; expurgandi uim obtinet.

Chelidones, Hirundines.

HIrundinum crematarum cinis cum melle illitus anginoſis inflammationibus ſuccurrit, & oculorum claritatem adiuuat.

Chole, Fel.

IN animalibus humorum omnium calidiſſimum fel eſt, ſed colore inter ſe diſſident. Siquidē quod rufi coloris, pallido calidius eſt: & rufo, quod æruginem colore præfert. Differunt præterea pro animalium eadem habentium diſcrimine.

Chole hyon, Fel ſuillum.

FEl porcinum omnibus quidem alijs imbecillimum eſt: Quamobrem contra auriū hulcera abſq; uellicatione egregiū præſtat remedium.

Fel ouillum & caprillum.

OVinum fel non paulò maiorē habet quàm ſuillum acrimoniam, cæterum ouillo caprinum ad omnia efficacius eſt.

Fel urſorum, boum, tauri, hyenæ, callionymi, ſcorpionis, teſtudinis marinæ, & capreæ.

VRſinum fel pariter & bubulum uiribus caprino reſpondent: taurinum his omnibus potentius, ab hyenarũ tamen felle ſuperatur: hoc rurſum à felle piſcis callionymi appellati uincitur, & ſcorpionis pariter marini, quod ſuffuſionibus & oculorum hebetudinibus, albuginibusq́ congruit, & fel teſtudinis marinæ. Cæterũ capreę fel his qui noctu acutius quàm interdiu proſpiciunt, quos Græci νυκτάλωπας, Romani nuſcitioſos uocant, eximie conferre perhibetur.

Fella auium.

OMnium uolucrum fel plus acrimoniæ, & in arefaciendo potentiorem quàm quadrupedum efficaciam obtinet. Inter hæc uero etiam ipſa gallinaceorum atq́ perdicum præſtantius alijs eſt. Accipitrũ porrò pariter & aquilarũ maiorẽ quodãmodo acredinem & exedendi uim poſſidet, uiridiq́ & atro quandoq́ colore præditum eſt.

Chondrilla.

CHondrilla ſeris ſpecies quũ ſit, ſubamarũ quiddã in ſe cõplectitur: quocirca uiribus eſt quadantenus ſiccantioribus q́ ſeris prædita.

Chondros, Alica.

CHondrus temperie ac uiribus non multum diſcrepat à tritico, præterquam quod illi plus uiſcoſi lentoris quàm huic ineſt.

Chryſocolla.

CHryſocolla in metallis reperitur, & in pila ex ære rubro, è lotio impubis pueruli præparatur, lotio ſub ardentiſſimo caniculæ æſtu in mortario ut diximus æreo cocleari trito, quo ſanè pacto confecta chryſocolla abſtergendi uim obtinet, diaphoreticã & ſiccificam facultatẽ alijs metallicis uehementiorem ſortita, hactenus ut carnẽ citra uellicationem colliquet: quamobrem cõtumacibus & uitioſa conſuetudine hulceribus commodiſſimũ eſt remedium. Quod ſi ipſam chryſocollã comburas, ab omni mordicatione multo alieniorem efficies.

Chryſocome, Barba iouis.

CHryſocome, quæ & chryſites appellatur, acriorem pariter & aſtringentẽ poteſtatẽ obtinet: quapropter haud ita multiplicis in medicinis uſus eſt, niſi quod in peripneumonijs & iocinoroſis affectibus in aqua mulſa elixa adminiſtratũ, prouocãdiq́ menſes uim quandã poſſidet.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA Ψ.

Pſeudobunion, Mentiens bunium.

PSeudobuniũ tum ideam tum efficaciã quoq́ bunio æqualẽ habere creditũ, calfacitq́ ac diſcutit & detergit: idcirco à torminibus circa umbilicũ, urinæ ſtillicidio, laterũq́ doloribus aſſerit: diſtrahit & ſcrophulas cũ ſale uinoq́ cataplaſmatis modo ſuperinducta.

Pſeudodictamon.

PSeudodictamum, hoc eſt falſò dictamũ, aſſimiles, ne eaſdem dicam, habet dictamo uires, non adeò tamen efficaces.

Pſimythion.

Pſimythion, Ceruſſa.

CEruſſa refrigerandi, opplendiq́;, & obſtruendi facultatem ſuæ naturæ aptitudine ſortita eſt.

Pſyllium, Pulicaris herba.

PVlicaris herbæ ſemen ex eorũ albo eſſe cenſet, quæ refrigerant ordine ſecundo: in arefaciendo aũt & humectando mediũ locũ obtinet.

Pſoricon.

PSoricum, præparatur id medicaminis hoc modo ex chalcitide: duabus eius partibus ſpumæ argenti uni permixtis, antea tamen utriſq; in aceto temperatis atq; ſolutis, deinde in aululã nouã coniectis, quam ſimo ſub ſole obruere ac ſepelire quadraginta diebus expedit. Ea ratione confectio, quæ maiores in ſiccando uires habebit, in attenuando triumphabit, & in mordicando mitior chalcitide efficietur.

DE HIS QVAE INCHOANT A LITERA Ω.

Ωu leucon, Albor oui.

QVi quidem albumen ac tenue ex cenſu medicaminum minime uellicantium arbitrari promeruit, temperatura moderate ſymmetro frigidius. Vtendum eſt igitur oui albore non modò ad oculos, ſed etiam ad pudendorũ hulcera, & ad alia omnia contumacia uitioſæq; cõſuetudinis hulcera. Miſcetur præterea medicamentis profluuiũ ſanguinis ſupprimentibus, emplaſticisq; medicaminibus.

Oui lecithos, Oui uitellus.

OVi uitellus aſſimilis eſt potentiæ, ideoq; inſeritur remedijs inflammationes extinguentibus. Aſſus uero uitellus paulò maiorem deſiccandi uim quàm crudus induit ac habet, ſed minorem in mitigando facultatem. Porrò in aceto coctum ouum ſi edatur, uentris fluxiones deſiccat: Quod ſi etiam quippiam eorum quæ aſtringunt adiunxeris, puta gallam, aut rhun, uel balauſtium, efficacius multo medicamentum redditur, ambuſtisq; protinus præſens tulerit auxilium, totum crudum impoſitum. Sorbile autem ouum ſi exhibeatur, lentorem humorum in pectore pulmoneq; maturat, incidit, atq; ſolatur. Cõuenit idem ad leuigandum placandumq; aſperitates arteriæ ac gutturis. Præferendum uero ſemper recens ueteri, atq; ex his gallinarum ſalubritate reliquorum animalium ouis palmam præripit.

Ouum in aceto coctum.

Ouum ſorbile.

Ocimon.

OCimum ex eorum numero eſt, quæ calfaciunt exceſſu à ſymmetris ſecundo: habet uero recrementitiam quandam humiditatem. Qua quidem ratione ſi intro in humanum corpus aſſumptum fuerit, prætérquam quod inutile eſt, noxam affert. Extrinſecus aũt ad morem cataplaſmatis partibus afflictis impoſitum, non ſolum maturat & cõcoquit, uerumetiam diſtrahit ac diſijcit.

Ocimoides, Ocimaſtrum.

OCimoides herba, quæ à pleriſq; alijs philetærion nuncupata eſt, nullius planè frugis radice prædita eſt. Semen tamen eius ex tenuibus eſſentiæ partibus conſtat, habetq; idem ocimoidis ſemen nonnullã citra omnem mordacitatem & eroſionem deſiccandi facultatem.

De medicamentis ſimplicibus purgandi ui præditis, primitusq; de ijs quæ flauam bilem agunt. Cap. IIII

Ex laxatiuis ſola aloë amica ſtomacho.

BIlem flauam optime prolicit atque educit aloës drachma una cum melicrato matutino tempore adhibita: cæterũ qui ueſpere eam propinant uel poſt cibum, lædunt: quoniam alimentum diſtrahit. Flauam porrò bilem minus extrahit, ſtercoreq; ſolum non inſtrenue exonerat. Quum uero laxatiua corpus purgantia omnia ſtomacho noxia ſint, ſola uentriculo amica & utilis eſt aloë: Verum his qui amaritatem ipſius ſuſtinere nequeunt, conformata inde catapotia deglutienda præbeantur. Sciendum quidem quod pharmaca purgandi facultate prædita, non ſimplici quadam temperatura, uerbi cauſſa caliditate, euacuant: oporteret alioqui cuncta calidi temperamenti euacuandi uim obtinere, ueluti piper, ſed inſita quadam totius eſſentiæ proprietate, quemadmodum magnytes lapis ferrum ad ſe, ceu demonſtratum eſt, trahit. Porrò inter hæc quæ in numero catharticorum habentur, de his quæ ſolum alui emolliendi facultatem ſortita ſunt, primo operis huius uolumine mentionem fecimus. Efficacioribus uero ipſorũ uel ad materiam ſubducendam, uel ad affectionem induratam mouendam, uel ad exhauriendum tranſmutandum'ue corpus, & temperamentum ipſius alterandum, aut humorem deniq; officium facientem educendum utimur. Nonnulli uero modi ex prædictis mixti inter ſeſe inuicem & implicati ſunt. Iam uero in uniuerſum expurgandi uim habentibus medicamentis non niſi in quibus ualidum robur, ac ſanis quibus promptitudo expedita ineſt, & in his qui primas ætates quidẽ egreſſi, nondum tamen ad extremum ætatis peruenerunt, & quibus ſtomachus potens, quiq; multam in corpore inutilem accumularũt materiam, neq; adeò ſanguinolentis, utendũ. Tempus in quo molienda corporis expurgatio eſt, niſi materia turgeat, uernum maxime eſt, & autumnale.

Qui & quando purgandũ.

De his quæ bilem proliciunt atq; educunt.

CHolagogis, hoc eſt medicaminibus quæ bilem proritant & educũt, utendum quouis tempore, excepta hyeme: in ætate uero uigente & iam declinante: conſtitutionibus porrò ſiccis & muſculoſis & atri coloris, uel rufi: & maribus potius q̃ mulierculis, & continuo alimenta corrumpentibus, uentreq; conſtrictis, amara item bile præditis, iracundis, neq; multũ urinæ emingentibus, & ijs qui alimenta uſurpant arida & calida. Cæterum in felle ſuffuſis, & iocinorarijs affectionibus, laterum doloribus, phrenitide dementiáue, angina, inſania, cephalæa, ophthalmia,

igne

igne ſacro, lepra, febribus; & qui bilioſo humore redundant. Porrigitur præterea aloë in grauedine capitis, oculorum morbis, ſitibundis, & qui phantaſijs neſcio quibus, in ſomno abſq; febre uexantur. His autē qui horridam ultro citroq; agitationē, quaſiq; curſationē quandam ſentiunt, & qui peditus acres excernunt, quibus mordicantur exta, & ijs qui circa ſtomachum ob ardorem ſubuerſionis cōmotionem ſentiunt, & quibus clyſter ob excrementorū copiā inijci nequit: ſatis nanq; euacuat (neq; tamē uniuerſum cōmouet corpus, niſi multo plus quàm par ſit, offeratur) hærentem in uiſceribus uentreq; & ſtomacho bilem ducens.

Helleborus, Veratrum.

ACcommodatum autem eſt ueratrum in ægritudinibus tum acutis, tum etiam diutinis, quæ bilis euacuationem efflagitant: uerbi cauſſa, inſania, & heterocrania affectis, oculorum deſtillationibus, & thoracis quibuſcunq; affectionibus, cæterū uiſceribus in primis: locellis item fœminarum, ueſicæq;, pharmaco bilem proliciente & ducente opus habentibus, appoſitiſſimus helleborus eſt. Vtilis porrò etiam aſperæ arteriæ affectibus, felle ſuffuſis, atq; his pariter qui exanthematis, lichenis, aut herpetibus, uel igne ſacro infeſtantur.

Helleborus melas, Veratrum nigrum.

VEratrum nigrum bilem educit, maxime flauam, ex ſingulis hauriendo corporis partibus, exceptis fœmoribus: Quapropter nō grauiter febrientibus præbetur, & febre uacātibus magis, pondere drachmę unius, radicibus nempe in aqua mulſa leuigatis & aqua, his qui antè ieiunarint: uel cum melle in forma catapotiorū. Sunt porrò qui pulegium atro admiſceant ueratro, aut ſatureiam, aut eorum quippiam quæ ſtomachum iuuant, neq; diutius morantur, ſed ocyſſime tranſeunt.

Scammonia.

SCāmonia ſimiles habet in purgādo helleboro uires, & uehementiores ad flauam bilem euacuandam. Sed omnium certe quæ purgatoriam uim habent, ſtomacho infeſtiſſima peſtilentiſſimum exiſtit medicamentum ſcammonia: Quocirca febre carentibus, ſtomacho nō imbecillis exhibeatur pondo obolorum quatuor cum ſale, aut pipere, aut zingibere, uel aliquo ſtomachū iuuante & celeriter tranſeūte, uel cum melle deniq;. Conficiunt etiam ex ſcammonia catapotia, adiecto gummi.

Colocynthis, Syluestris cucurbita.

COlocynthidis meditullium, hoc eſt interius farctum, bilem non inſtrenue quidem euacuandi uim habet, ſed mucoſa à ſanguine, non eo quo ueratrum & ſcammonia modo, ſeparat, atqui latera & neruoſa purgat corpora drachmæ unius pondere, in melicrati cyathis duobus, ſi quis cum eo rutam decoxerit. Diſſoluatur autem & maceretur diutius, quoniam aſperitates ipſius, interaneas exhulcerationes & neruales inducunt affectiones. Dari porrò colocynthis utiliter poteſt dolentibus caput, uel ubi meninx tunicula fuerit, aut pericranium male affectū, ueluti

& uertiginoſis, heterocranicis, à dolore capitis commotis, ſacro morbo, & ſyderatione languentibus, cynice conuulſis torturáue oris, diuturnis oculorū deſtillationibus, nō niſi recta ceruice ſpirantibus, longo tempore tuſſientibus, præterea arthriticis circa renes atq; ueſicā affectionibus.

Elaterium.

ELaterium paribus cum ſcāmonia uiribus euacuare poteſt: Creditur omnium probatiſſimū elaterium, quod uireſcit & leuitatē habet, neq; antiquius uno anno eſt, pondo trioboli tritum cum lactis hemina una.

Tithymallus, Herba lactaria.

TIthymallus eadem planè facultate, qua uel elaterium uel ſcammonia bilem prolicit atque educit. Exhibentur autem lactei eius liquoris guttæ quatuor aut quinque cum polenta hordeacea trita & macerata: & celerrime epotæ, & contentæ in ore, linguam plerunq; & circumiacentes partes contrahunt.

Lathyrides.

LAthyrides naturam habent & uim expurgandi, quemadmodum & ueratrū & ſcammonia: Dandæ ſunt itaq; una doſi ſeptem aut octo, & uſq; ad quindecim ad ſummum: robuſtis nempe & multa egentibus euacuatione mandere præcipientes: imbecillioribus autem & malo ſtomacho præditis integras deglutire mandantes.

Peplium.

PEplij fruticis germina arida ſemper exiſtentia, octo obolorum pondere in aqua mulſa exhibita, bilem ad hellebori inſtar expellunt, flatulentosq; ſpiritus belliſſime diſſipant atq; infringunt.

Agaricum.

AGaricum in euacuando cōpares colocynthidi uires obtinet, abſq; dilatione quidē operari incipiens, neq; admodū officit ſtomacho. Doſis agarici eſt drachmarū duarū pondus, triti & macerati in melicrato. Eſto præterea frugi agaricū candidiſſimū, ualde friabile, nō admodum lignoſum, & teredinibus minime corroſum.

Iris Illyrica.

IRis illyrica ſimilem purgandi prædictis facultatem habet, octo obolorum quantitate in aqua mulſa propinata: cæterum potior eſt minime antiqua, & teredinibus expers.

Centaurium minus.

CEntaurium minus quoniam bilem mucumq; expurgat, coxendice laborantibus peculiariter ſuccurrit. Bibetur aūt decoctionis centaurij ſeſquidrachma, in aquæ cotyla una uſque ad medietatis conſumptionem decoctæ.

Tragoriganum.

TRagorigani flores cum fructu duarum drachmarū pondo in aqua mulſa potui dantur his, quibus & ueratrum: cæterum utiliores ſunt ſtomacho quàm helleborus, minus uero expurgant.

Chamelæa.

Chamelæa.

CHamelææ drachmæ quatuor in melicrati heminis duabus ad quartam uſque partem elixę, ſimilem helleboro purgandi uim obtinent. Sunt autem qui chamelæę & abſinthij duplum, formatis inde pilulis deglutiendum exhibuerunt.

Ariſtolochia, Malum terræ.

VIticulæ ariſtolochiæ fructus in mulſo ſi potetur, modo colocynthidis corpus emundat.

Polypodium.

ARida radix polypodij leuigata, cum mulſo præparata, uel cum eo friata, eadem omnino quæ colocynthis perpetrare conſueuit.

Quæ atram bilem proliciunt & euacuant.

ATram bilẽ expellentibus medicamentis utendũ potiſſime in melancholicis, cõcitatis, iracundis, homines odio proſequentibus, uel in ſolitudinẽ ſecedentibus, in refectione opus habẽtibus purgatione, in autumno calido, in cõſtitutionibus aridis parũq; muſculoſis.

Epithymon.

EPithymum præſtantiſſimum eſt omnium, quæ atram bilem prolicere & euacuare nata ſunt. Dandæ autem ſunt drachmæ quinq; cum lactis hemina contritæ.

Epithymbron.

EPithymbrum, quod ſupra thymbram naſcitur, haud ſecus quàm epithymum euacuat, niſi quod imbecillius eſt.

Pulegium.

PVlegiũ oxybaphi menſura in melicrato epotũ, atram bilem deducit.

Tragoriganon.

TRagorigani heracleoticæ, hoc eſt nucis auellanę tantundem, æqualem habet cum pulegio euacuandi facultatem, utrunq; aũt aridum.

Alypon.

PRædictum eſt alypi ſemen purgandi uim habere per inferna atram bilem, pari eodemq; epithymi pondere, adiecto ſale & aceto: cæterum interanea procliuiter (ut autor Dioſcorides eſt) trahit. Eſt autem ut ego quidem arbitror, hodie alypias appellata. Offerendũ id quidem quum res exigit, in mulſo.

Parthenion.

PArtheniũ conſimiliter aridũ in potu ſumptũ, eadem quoq; exhaurit.

Alyſſon.

ALyſſon cum ſale hauſtum, non aliter quàm ſuperiora expurgat.

Quæ pituitam exhauriunt.

VTendum eſt pituitiducis medicamentis in complexionibus frigidis, ſenio confectis, & hyeme, inq; languidis & flacceſcentibus, & attonitis, corpore tumidis: in his quoque uſurpanda ſunt ea quæ pituitam euacuant, qui eiuſdem humoris magnam uim in

uentre,uel in pectore & pulmone, uel in ſtomacho habent,& muliebribus denique fluxionibus, quinetiam his qui multa emungunt, & craſſa excreant, cibumq; horrent, & coxendice laborant, quum articulus uel mucoſus,uel elephantiaſi infectus fuerit, maxime uero aqua inter cutem laborantibus,quæ appellatur anaſarca.

Styrax.

STyracis candidi drachma una cum æquali reſinæ terebinthinæ pondere pituitam euacuat. Oleæ radicis corticis pondo drachma una cum uino ſeu aqua. Pyrethri oboli nouem cum aqua eundem humorē agunt. Lychnidis ſeminis drachmæ duæ,cyclamini radicis drach.una cum hydromelite. Allij drachmæ duæ admixto melle. Chamæpitys leuigata & in globulis deuorandū exhibita. Squamæ Cypriæ drach. dimidia, cum reſinæ tantundem in catapotijs deglutita, ualentius pituitam exhaurit. Daphnidis foliorum uiridium drachma una cum dimidia. Corticis radicis ſylueſtris cucumeris oboli duo. Ricini grana quadraginta. Crotones appellati, ad ſummam ſynceritatem perpurgati eduntur,atq; pariformiter agunt. Apij pondere dimidium quod circa radicem comeſtū eſt, quod quidam chamæraphanon nuncupant. Bdellij drachmæ duæ cum hydromelite. Commi autem peculiariter deſtillationibus oculorum accommodatum eſt.

Quæ aquam proliciunt & educunt.

MEdicaminum quæ aqueum humorē educunt (quæ ὑδραγωγα Græci,quaſi aquiduca dicas,appellant)uſus eſt,tum in aqua inter cutem affectis, aſcite ſcilicet hydrope laborantibus,tum in mulieribus quæ albo uexantur profluuio, tum in his qui hulceribus infeſtant̄ fluidis. Cæterum aquagia hæc ſunt. Lepidis Cypriæ drachma una cum mulſo pota aquam prolicit atq; educit. Acetum uero continuo ſorbeat,ne uomitu eijciat. Granum cnidium repurgatum & leuigatum cum melle deſpumato epotum, ne ingluuiem guttur'ue adurat, aquam educit. Præbeantur autem grana decem,uel quindecim,uel triginta: robuſtioribus uero quadraginta. Euphorbij drachma una cum melle decocto pota,pituitam quidem, impenſius uero aquam proritat atq; deducit. Lonchitidis ſeminis oboli octo cum melicrato aquā agitant. Cneorū ſimiliter aquā expurgat,cum farina potum. Cnici ſeminis drachmæ quinq; ſimul leuigatæ,coquuntur cum ptiſana & ſale modico,atq; in eundem uſum ſorbentur. Guttæ ammoniacæ thymiamatis drachma una ex melicrato epota, aquagium eſt minime ficulneū. Quidam uero idem medicamentum quū poſcam admiſcuiſſent lienoſis propinauerunt. Quin & ſambuci radicis corticis ſuccus duarum unciarum menſura potus cum uino, aquam proliciendi educendiq; poteſtatem obtinet. Hactenus de ſimplicium medicamentorū uiribus.

DE COMPOSITIS MEDICAMINIBVS PVRgandi facultate præditis. Cap. V

Catapotia quæ conglomerantur ex aloë.

INterioris colocynthidis farcti (quā Græci ἐντεριώνην uocant) partem ſumito unam, ſucci abſinthij, aloës, ſingulorum partem unam, ſcammoniæ partes duas, redige cum aqua in pilulas quæ ciceris quantitatem æquent: quarum pro doſi exhibendæ ſunt undecim.

Oxymel Iuliani.

OXymel quod ad Iulianū refertur, accipit rutæ, origani, uniuſcuiuſque uncias treis, comæ thymi uncias quatuor, anethi ſeſquiunciam, iridos unciam unam, mandragoræ radicis unciam unam & ſemiſſem, agarici uncias duas, tedarum pinguium uncias duodecim, cocci cnidij uncias quatuor, lathyridum uncias treis, alypiadis tantundem, polypodij uncias duas, folij, coſti, ſpicæ nardi, ſingulorum unciam unam, rheu pontici unciam unam & ſemiſſem, ſcillæ uncias treis, ſambuci uirgultorū uncias treis, canopi, quod eſt ſambuci corticis uncias treis, aſari unciam unam, pulegij uncias treis, epithymi, ueratri, aceti, cuiuslibet uncias duas, ſij unciam unam, ammonij, hyperici, cymini, uniuſcuiuſque unciam unam, aniſi uncias duas, aceti xeſtam unam, mellis xeſtas quinque. Herbas in aceto per triduum macerato, deinde uſque ad conſumptionem plus quàm dimidiati decoquēs, inijce mel, & ubi ſiccaueris adhibe lathyridas (quam nonnulli tithymallum nuncupant) & coſtum, & granum cnidium, & ſpicam nardi contritam & leuigatam, & ſi uidetur, poſt exactam concoctionem oxymel. Abſoluta doſis eſt uncia una, uel pro cuiuſque uiribus. Confert autem afflictionibus podagricis, & epilepticis, & quos craſſis humoribus euacuare, & ab infarctu ac obturatione liberare oportet.

Purgatorium aquagium, quod Græci hydragogon appellant, ex caryophyllo contextum.

AQuiducum medicamen efficiunt, aloës, epithymi, caryophylli, grani cnidij, petroſelini, rheu pontici, ſingulorum unciæ ſemiſſis, euphorbij dioboli quatuor, mellis quantum ſatis eſt. Cuius confectionis detur cochliarium unum.

Purgatorium ex rhodomelite Alexandri.

SVmito ſucci roſarum xeſtas duas, mellis xeſtam unam, ſcammoniæ uncias quatuor. Doſis eius ſumma, cochliaria quinque: uel minima, cochliaria duo: media, cochliaria tria. Aliter: Accipiatur mellis, roſarum ſucci, uniuſcuiuſque libra una, piperis drachmæ duæ, ſcammoniæ drachmæ octo, maſtiches drachmæ quatuor, & zingiberis drachmæ duæ. Aliud, quo ipſe utor. Spicæ nardi, aſari, epithymi, ſingulorū unciæ ſemiſſem irrigato in aquæ cotyla per triduum, & moderate elixans, aquæ, ſucci roſarum xeſtam dimidiam confunde, mellis xeſtæ ſe-

missem, & ubi decoxerit ad concretionem & crassitudinem, sesquiunciam scammoniæ immitte.

Purgatorium è malis cotoniis confectum.

MAlorum cotoniorum decoctorum unciæ quatuor, piperis unciæ sex, scammoniæ drachma una, mellis unciæ quinq;: quibus cõtritis, exhibe cochliarium unum, uel pro ualetudine ac robore cuiusq;.

Medicamentum è malo citrio salubre stomacho.

COrticis pomi citrij, & carnis libram unam, in aquæ xesta una & dimidia decoquito usq; ad tertias, deinde mellis xestam dimidiatã immitte, atq; ubi probe decoxeris ad mellis crassitudinẽ, insere leuigata, longi piperis unciam unam, scammoniæ assatæ in fermento unciam unam.

Bucellatus catharticus.

SCammoniæ coctæ unciam unam, piperis & apij seminis, singulorum diobolum unum, fœniculi, anisi, uniuscuiusq; unciam unã, mellis librã unam, quum moderate assaueris, dato in condito unciam unam.

Oliuæ catharticæ.

OLiuæ purgatoriæ constant scãmoniæ uncia una, piperis uncia una, epithymi, cymini fricti, petroselini, rutæ foliorũ, mentæ uiridis, singulorum drachmis quatuor, laserpitij drachma una, palmularũ, mellis, cuiuslibet uncijs quinque, aceti cotylis duabus, oliuarum salsarum xesta una, fissilium uidelicet: quidam gari etiam symmetrũ adijciunt. Dosis quinq;, uel septem, uel nouem.

Pastillus purgandi ui præditus.

PAstillus catharticus præparatur ex scammoniæ, euphorbij, singulorum drachmis quatuor, folij drachmis duabus, piperis drachmis totidem, mellis libra una. Dosis eius est uncia una.

Phusca cathartica, & stomacho grata.

FVsca purgandi uim habens accipit cymini, fœniculi, singulorum unciam unam, pulegij, apij, anisi, uniscuiusq; unciam dimidiam, epithymi, scammoniæ, cuiuslibet unciam unam, salis uncias duas. Datio expedita & quam transgredi nefas est, sunt dioboli duo in posca: uerum nonnulli etiam euphorbij grammata quatuor exhibent.

Vinum purgandi facultate præditum in laborantibus hydrope.

SCillæ unciæ sumuntur tres, apij seminis unciæ sex, piperis drachma una, radicis capparis drachmæ quatuor, grani cnidij cortice exuti drachma una, folij malabathri pilulæ duæ, uini heminæ duodecim, mellis xestæ tres: Conscinde in exigua frustula scillam, & irrigato cum uino, reliqua uero leuigata misce.

Halatia purgantia.

SAlis communis assati unciæ sex, seminis apij, zingiberis, panis aridi, singulorum dioboli sex, anisi, piperis, uniuscuiusque drachma dimidia, scammoniæ, epithymi, cuiuslibet uncia una. Datio conueniens cochliarium unum.

Podagri-

Podagrica ex hermodactylis.

HErmodactyli unciæ tres,anisi,cymini Aethiopici,ameos,thymi, corymborum, piperis candidi, zingiberis,uniuscuiusq; dioboli tres, epithymi uncia dimidia. Dantur conuenienter pro una quidem dosi, dioboli quatuor,idq; matutino tempore cum condito,siue melicrato, uel si uidetur,cum zestacrato.

Aliter eadem purgans medela.

HErmodactyli uncia una, cymini Aethiopici, anisi, agarici, zingiberis,singulorum dioboli sex,mastiches duo,spicę nardi dioboli duo, moschi ceratium unum, cnici dioboli duo. Dosis dioboli quatuor cum hydromelo. Scammoniã porrò eo quod stomacho noxia est dãnamus. Quod si aũt copiosior euacuatio fuerit necessaria, admisce dationi communi scammoniæ ceratia tria. Exhibeto autem post lauacrum.

Catapotia ex Harmenico lapide conglomerata,quæ in morbo articulorum ut plurimum locum habent.

ALoës unciæ quatuor,scammoniæ unciæ sex,agarici uncia una, epithymi tantundem, lapidis harmenici dioboli duodecim, cassiæ uncia una,spicæ nardi una,scillæ assatæ unciæ duæ,croci grammata duodecim,rhodomelite excipiantur.Datio eius dioboli duo.

Confectura ex coronopodio,conducens iisdem quibus & hermodactyli,& stomacho salubris.

ACcipit zingiberis diobolos duos, piperis diobolũ unũ,agarici decem, cnici interanei diobolos quatuor, coronopodii radicis diobolos sex. Datio idoboli octo. Cæterũ si difficilior est aluus, ceratia uiginti tria. Conducunt summopere septem aut octo adhibita uentri: & post euacuationem ubi laueris, ouis nutriri satis est.

Medicamentum ex succo Cyrenaico ad quartana laborantes.

SVmito succi cyrenaici, piperis,rutæ foliorum, cuiuslibet drachmam unam. Dosis est nucis Ponticæ magnitudo.

Puls cathartica turgidis elephantiasi laborantibus eximie conducens, & quibus cõmouere quis crassum & uiscidum humorem queat.

COlocynthidas duas amputando,semen euacuato,medullam uero sinens,impleto ipsas oleo dulci,& operculans propriis operculis, sinito per diem ac noctem. Deinde autem oleo euacuato, colocynthidas in aqua elixato, tantisper dum subigant: postea easdem abiice quidem, sed oleo aquæ permixto ueratri nigri triobolum iniice,scammoniæ drachmam unam: decoquẽs uero cum his pulticulam ex similagine, uel panem aridum contritum. Post hæc partem illius laboranti propinato,qui frugali antea uictus ratione usus sit, quantitate nucum ponticarum, hoc est auellanarum octo aut decem, uel ad summum quatuordecim; Et potui aquam calidam præbeto.

De obseruatione eorũ qui catharticũ medicamentũ sumunt, & quid faciendũ
his qui in potione non purgantur. Cap. VI

IN omnibus, ut summatim dicam, qui strenuam & efficacem
purgationem sumunt, homini prius uictus rationem præscri-
bens, ieiuno, & ei qui probe concoxerit pharmacum præbe-
to, somnumq; usq; ad consummatam purgationẽ prohibeto:
motionem uero moderatam, si fieri possit, subire, & ab omni cibo potuq;
abstinere, quoad purgatio fuerit suo munere perfuncta, mandato.

Ex monumentis Philagrij.

ATqui si quis genium ad cõsummatam usq; purgationẽ cibo defrau- 1
dari non sustineat, uel propterea quod os uentris ualde biliosum ha
beat per longam inediam quę præcessit, uel quampiam aliam istiusmodi
caussam, dandus est ipsi ex aqueo uino panis, uel ex ptisana succus chon
dri nondum inchoata purgatione, quo minus eam corrumpat, sed pro-
tinus à sumpta medicamenti potione: sic enim ad celeriorem quando-
que motum pharmaci sua grauitate cooperatur. Si porrò quispiam post
sumptam medicinarum potionem non purgatur, neq; euacuatur, si nul-
la quidẽ inde ingruat molestia, nullo auxilio opus est: Sin autem urgea-
tur propter morbi uehementiam, aut dilanietur, distendaturq; & quasi
dissecetur languens, clysterem confestim inijcere necesse est. Quod si ne 2
tum quidem obtemperet aluus, corpore quidem uellicato, & tanq; per-
uerso, lauandi sunt ungendiq; affatim. Quod si autem corpus refertum
atq; grauatum fuerit, sanguinem uena secta detrahe, potissimum si homo
sanguinolentus existat, oculosq; rubeo colore infectos, & petulantes,
exertos ue non secundũ naturam, sed ex aduentitio propter epotum me
dicamentũ habeat. Si horum uero nihil, morsus autem & laniatio infe-
stet, à balneo quamprimũ nutrito, & uinum liberaliter & prolixius pro-
pinato: atq; inter hæc clysteribus utere, nisi dolores placati sint, & de-
nuo lauato. Esto autem oleum clysmatis rutaceum, uel ex alio quocunq;
flatus extinguente præparatum. 3

De his qui plusquam expediat purgantur. Cap. VII

QVi immodice plus iusto perpurgantur, eorum cutis perfrican
da est, lauandiq; calido ante balneũ, exhibendo uinum tenue,
rufum, & flauũ: extemplo nanq; uinũ huiusmodi ad digestio-
nem concitat: panem item maceratũ, & mala Punica. Perseue
rante autem his etiam peractis purgatione, uincire membra fascijs à sum
mo deorsum distributis & constrictis expedit, & recuperantibus ali-
quid tum sanguinis tum spiritus. Propinato præterea ex carnibus con-
fectæ theriaces symmetrũ, pellit enim in cutem, & celeriter reuellit in al
uum humorum delationem, hebetatq; id quod in purgatorio tanq; ue- 4
nenosum & medicamentosum existit: qua deficiente theriacis pastillis,
præterea confectione διασπερμάτων, & ea cui cognomentum est Philo-
nium; cucurbitulis ad hæc secundũ stomachũ utendum. Cataplasmatis
item

item contextis ex farina hordeacea & œnomelite: Poſt quæ aſtringentia ſequantur epithemata. Præſtantiſſimum porrò auxilium præſtant totius corporis frictiones, & pharmacorum potiones. Ad hæc aërem non modò frigidum, ſed admodum etiam calidum uitent cane peius & angue: ille enim materiam ab exterioribus pellit ad interna fluxum'que adauget, hic uero diſtrahit & uires diſſoluit. Quod ſi autem propter extorum irritantium uellicationē augeatur euacuatio, cataplaſmatis inſtar impone prædicta. Immittantur pariter quæ retūdendi & hebetandi uim obtinent: Adeps anſerinus, uinū dulce, nardus, & id genus alia.

De ſacris antidotis, quas græce hieras dicunt. Cap. VIII

Hiera Antiochi.

ACcipit Sacra Antiochi trixaginis, agarici, colocynthidis interanei, ſtœchados, ſingulorum drachmas decem, ſucci panacis, ſagapeni, petroſelini, ariſtolochiæ clematidis, piperis candidi, uniuſcuiuſq; drachmas quinq;, cinnamomi, ſpicę nardi, myrrhæ troglitidis, croci, foliorum, cuiuslibet drachmas quatuor, mellis quantum ſatis eſt. Alia: Colocynthidis intranei drachmæ uiginti, ſcillæ toſtæ, agarici, guttę ammoniaci thymiamatis, corticis ueratri nigri, ſcammoniæ, hyperici, ſingulorū drachmæ tres, epithymi, polypodij ſicci, bdellij, aloës, trixaginis, marrubij, caſſiæ, cuiuslibet drachmæ octo, myrrhæ troglitidis, opopanacis, ſagapeni, piperis communis tum proceri tum candidi, petroſelini, cinnamomi, croci, caſtorij, ariſtolochię longæ, uniuſcuiuſq; drachmæ quatuor, mellis quantū res ipſa poſtulat.

Hiera Iuſti.

SAcra quæ ad Iuſtum refertur medicum, cōſtat ex epithymi drachmis duodecim, marrubij, ſtœchados, trixaginis, hellebori atri, ſcammoniæ, agarici, piperis longi, ſcillæ aſſatæ ſingulorum drachmis ſedecim, euphorbij, colocynthidos interanei, aloës, croci, gentianæ, petroſelini, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſagapeni, uniuſcuiuſq; drach. octo, opopanacis, polij, cinnamomi, myrrhæ, ſpicæ nardi, floris rotundi odorati iunci, pulegij, cuiuslibet drachmis quatuor, ariſtolochiæ cum longę tum rotūdæ, ſingulorū drachmis duabus, mellis quod ſatis eſt. Dantur iuſta doſi grammata duo, aut tria, aut quatuor, cum melicrato & ſalibus.

Hiera Galeni.

HAbet Sacra Galeni trixaginis, piperis longi, piperis albi, ſtœchadis, ueratri nigrioris, ſcammoniæ, ſpicæ nardi, ſcillæ aſſatæ, & (ut quibuſdam placet) epithymi, uniuſcuiuſq; drachmas ſedecim, myrrhæ, croci, guttæ ammoniaci thymiamatis, euphorbij, cuiuslibet drachmas octo: quæ cuncta melle excipiuntur.

Hiera Ruphi.

RVphi medici Sacra habet ſicyoniæ ſiue colocynthidos interanei drachmas octo, trixaginis drachmas decem, ſagapeni drachmas octo, petroſelini drachmas quinq;, ariſtolochiæ rotundæ, piperis albi, ſingu-

lorum drachmas quinqꝫ, cinnamomi drachmas quatuor, uel caſſiæ drachmas octo, ſpicæ, croci, polij, myrrhæ, uniuſcuiuſque drachmas quatuor, mellis quantum ſatis eſt.

Archigenis Hiera.

MArrubij, agarici, trixaginis, colocynthidis medullę, ſtœchados, ſingulorum drachmæ decem, opopanacis, ſagapeni, petroſelini, ariſtolochiæ rotundæ, piperis albi, uniuſcuiuſqꝫ drachmæ quinqꝫ, cinnamomi, ſpicæ nardi, myrrhæ, polij, croci, cuiuslibet drachmæ quatuor: arida ſimul contunde & attamina: ſuccum uero panacis atque ſagapenum, myrrhamqꝫ, fracta in pila, melicrato per noctem unam infunde, deinde leuigato & extenua, atqꝫ inijce arida, & interpoſito tẽpore melle optimo in uitreum aut plumbeum uas reconde: Hic ſanè modus communis eſt omnibus hieris. Doſis eius ad ſummum drachmæ quatuor: aſſumantur etiam ſalis drach. una, mellis heminæ duæ, aquæ quantũ ſatis eſt. Quod ſi purgatorium ſcammoniam nõ habens efficacius reddere uoluerimus, admiſcendus etiam ipſius eſt obolus.

Perunctiones ſedis & umbilici, purgantes. Cap. IX

VNgentum quo ſedes peruncta peditus proritat: Ruta melle conteritur, ita quidem ut unus ſuccus efficiatur, atqꝫ in intimũ ani illinitur: efficaciſſimum autem fuerit, ſi momentum cymini, & nitri, uel cyclamini ſucci adijciatur. Porrò id quoqꝫ unguentum crocydi, hoc eſt floccis exceptũ ſedi ad laxandam aluum inſeritur: Vel glanis affabre cum melle facta inditur, flatus enim egrediuntur ſufficientes, leuanturqꝫ male affecti.

Diachriſma ſedis quod uentrem mouere dicitur,
& oletare faciens.

ALumen cum melle leuigatum decoquitur donec rubeſcat, atqꝫ cum hoc inungitur ſedes: prompte nanque multa quidem, non tamen citra laborem extorquet.

Epomphalion aluum ſubducens.

CYclamini (quæ Latinis rapum, aut terræ umbilicus eſt) drachmæ quatuor, nitri drachmæ tres, hellebori nigri, & cãdidi, uniuſcuiuſqꝫ drachmæ duæ, colocynthidis drachmæ tres, ſcãmoniæ drachmæ duæ, elaterij ſucci drach. quatuor, grani cnidij drachmę totidem, nucum pinguium unciæ duæ, fellis taurini uncia una.

Aliud pulcherrimum.

ELaterij, lathyridum, galbani, cyclamini, hellebori nigri, ſingulorum drachmæ quatuor, colocynthidis interanei drachmæ octo, cucumeris ſylueſtris recentis, ſcammoniæ, grani cnidij, uniuſcuiuſqꝫ drachmæ duæ, tithymalli drachmæ duę, reſinæ terebinthinæ drachmæ tres: Hæc accurate contuſa felle taurino excipe, & perinde atque ungento utere. Quidam uero adiectis inſuper cæræ drachmis ſeptem, & oleo cucumerino ſufficiente, ad morem emplaſtri re poſtulante impoſuerunt.

Medica-

Medicamenta uomitoria, & modi helleboriſmi. Cap. X

VOmitionibus non tam ſecunda ualetudine fruentes nimia alimenti humorum'ue copia grauati utantur, quàm morbis oppreſſi acutis, quum à pituita uel id genus aliquo infeſtantur. Cæterum neq; ſoſpites, neq; grauiter languentes uomitorijs medicaminibus prolicere uomitiones conſultũ ac tutum eſt, ſed in ægritudinibus diuturnis, præſertim cum ſcirrho coniunctis, & quę ualidiore opus habent cõmotione: Verbi cauſſa, podagra, comitialibus à ſtomacho prouenientibus, elephante, aqua inter cutẽ, melancholia, atq; id genus alijs. Aduerſantur uero ſanguinis expuitionibus, & malum ſtomachum habentibus, & qui ſuffocantur. Expeditiſſimum itaq; promptiſſimumq; omnium quę uomitũ prouocare & educere ſolent, cenſetur oleũ cyprinũ, irrigatis in eo uel digitis, uel pennis, & in gurgulionem inſertis, & radicum ſpicæ nardi drachmę ſeptem melicrato potæ, per ſuperna purgãt ualentius: & betonicæ drachmæ quinq; aut ſex in aqua mulſa potæ: & daphnoidum folia uiridia tria, macerata & comeſta: necnon & elaterij obolus in aqua potus per uomitum cum pituitam, tum bilem exinanire conſueuit: idem præſtant uuarum paſſarum grana quindecim cum mulſo craſſiore. Bulborum porrò, eſculenti quidem crudi deuorati, uomitorij uero cum narciſſo decocti per ſuperna euacuant: & apij radicis id quod ad aërem eſt comeſtum, conſimiliter uomitum cit, appellant autem nõnulli idipſum chamæraphanum: uniuerſa uero radix comeſta, tam per ſuperna quàm per inferna agitat. Raphani inſuper prędictis minus quidem uiolenter, ſed maiore emolumento expurgant: oportet aũt eoſdem acres admodum & recentes adhuc, in pertenuia fruſtula ſecare, & madefacere: uel tribus horis in oxymelite maceratos accipiant quantum poſſunt, uomẽtes ter aut quater à cœna, ſemel uero ieiuni. Sæpe etiã numero abſorbeãt oxymel. Cæterũ per duas horas inambulantes tepida aqua epota, digito uel penna immiſſis gutturi, uomitiones irritent.

Quæ citant uomitum.

Quibus dandus ſit helleborus, & quibus non.

VEratrum porrò exhibendum eſt diutinis pariter & grauibus ægritudinibus correptis, ubi reliquorum adminiculorum ſpes ſublata fuerit, quũ omnibus morbus ſuperior medium unguem porrigat. Offerendum idcirco iugiter aqua inter cutem laborantibus, elephantientibusq;, cachexia item, paralyſiq;, & id genus alijs languoribus correptis, & in his affectionibus, quę per circuitum temporis paroxyſmũ habent: cuius generis eſt epilepſia, podagra. Quum autem complures ſint helleboriſmi rationes, ſimplicior quidem præparatio, & magis ad helleboriſmum idonea ratio, hæc eſt.

Præparatio raphanidum ex helleboro.

COncinnentur autem raphani hoc modo: cõpungendo prius raphanidas, quas quidam radiculas uocant, calamo: hellebori albi optimi radicũ ſegmina experiri ſtimulis oportet, & ubi ea per noctem integrã

manserint, sequenti die auferant, ipsas uero raphanidas frustulatim concisas cum oxymelite manducandū ciendi uomitus gratia exhibeto modo prædicto, procliuiori uidelicet ad uomitus languenti: & interpositis memoratis horis ad uomendū cogito. Helleborismi porrò modus priuatim ac proprie sic habet.

Hellebori decoctio.

Veratri optimi uncias duas in aquæ hemina prius diebus quinq; maceratas, donec aquę pars tertia relinquatur decoquito: expresso deinde helleboro, aquæ tantundem mellis admisceto, coque denuo tantisper dum crassitudinem induat: et ubi se ad ciendas uomitiones præexercitauerint, laboranti ieiuno, & ei qui probe concoxerit, & qui per inferna uel sua sponte uel per clysterem excernit, ad demonstratum antea modum præbeto semel atq; iterum, pro patientis uirtute & robore.

Qui sit optimus præparandi modus hellebori.

Efficacissimus uero omnium modus eiusmodi est: Incidendo ueratri radices in quantitates sesamis ęquales, nam in puluerē contusæ suffocationes efficiunt magna efficacia: In imbecillioribus quidē cum succo ptisanæ aut halicæ, aut id genus aliquo duas drach. ad summū, ad minimum autē drach. unam ueratri elixans, potui dato: In robustioribus uero in aqua calida siue mulso.

Helleborus sumptus quando operetur.

Incipit aut helleboro irritata purgatio post treis aut quatuor horas: at qui lentius inchoant, melius purgantur. Cunctantibus autem nimium uomitibus, melicratum potui exhibens ad uomendum impelle, irritando immissione pennarum in oleo infectarum: quod si ne tum quidem euomat, in balneum ita habens abducendus est. Cæterum ubi eijcere iam per uomitionē auspicauerint, si quidem secundum rationem fuerit euacuatio, nihil afficiuntur uomentes: sin autem angantur & conuellantur, hydrelæum potui dato: pariterq; per inferiorem uentrem ipsis subducendi hoc modo uis quædam accedit, & alioquin in his qui helleboro utuntur, quandoq; medicamine etiam accedente, accumulationem longe facilius egerunt. Porrò eos qui animo deficiunt, odoramentis atque his similibus refocillato, atque alijs quæ plerunq; superueniunt symptomatis consimiliter succurre. Quum autem purgatio immodica fit, non alere modò, uerum somnum etiam conciliare expedit, & alia, quemadmodū de his qui nimium purgantur explicatum est, agenda sunt. Persistente aūt eadem, cucurbitula præter hæc stomacho applicanda, membraq; sunt uincienda. Si secundum rationem fiat euacuatio, melicrati ipsis potandum symmetrum exhibeto, quo abluantur pharmaci excrementa, & paulò post cibus coctu facilis est offerendus. Cæterum in his, quorum ualetudo suspecta est, euacuatione per os, egentibus autē omnino helleborismo, Antyllus usus est eiuscemodi quopiam lauamine, irrigando ueratri candidi drachmas duas in aquæ xesta una, & sinendo manere per diem ac noctem, postera die ueratrū ad dimidiatum usque in aqua decoquendo, deinde hanc immittendo per sedem, quo uomitione suprà purgat, parū imbecillius hellebori potione. Iam uero post exactā

sufficien-

ſufficientem purgationē, glandem acrem apponentes irritemus egeſtionem, ita quidē ut infuſum reddatur, & uomere deſiſtant: Poſt deiectionem aquam mulſam ſemel aut bis pro ablutione inteſtinorum immittemus. Idem uero tradit, glandem ex helleboro candido contuſo & cribellato, deinde melle deſpumato excepto concinnatū, pari modo ſuperiorem aluum, quemadmodū & clyſter ex ueratro confectus, purgare: Verum præ omnibus alijs cōmendatur, multisqꝫ præconijs effertur hic præparandi modus: nobis enim reponere & quaſi in futurum reijcere purgationē licet. Pondus igitur eſto hellebori drach. duæ, circumliniatur uero aut circumligetur ſtuppa ſolidiore balanus, principiumqꝫ ſtuppæ foris per ſedem recipiatur, ut poſt ſufficientem purgationem foris deferat nobis glandem: hic ſanè tropus expurgat ad unguem & exactiſſime, neqꝫ tamen uel ſtrangulatum, neqꝫ aliquid aliud periculi infert.

De differentia antidotorum. Cap. XI

Præfatio Galeni de antidotis.

FAcultates quibus morbis ſuccurritur, non quæ extrinſecus imponuntur, ſed quę intro in corpus ſumuntur, priſci antidotos appellabant, quarum treis enumerant differentias: quædam enim letalium medicamentorum gratia offeruntur: quędam propter feras ictu morſuúe uirus iaculantes: quædā deniqꝫ affectionibus ex praua uictus ratione prouenientibus opitulantur: nonnullæ uero treis commoditates promulgant, è quorum numero etiam antidotus quæ theriaca uocatur, eſſe creditur.

Hedychroi in theriaca præparatio.

ASpalathi radicis corticis, calami odorati, coſti, aſari, xylobalſami, aphu, maioranæ, maſtiches, ſingulorum drachmas ſex, fructus balſami drachmas duas, mari drachmas ſedecim, floris rotundi iunci odorati drachmas duas, cinnamomi drachmas uingintiquatuor, amomi, caſſiæ, rhei, uniuſcuiuſqꝫ drachmas octo, nardi Indici, folij, cuiuslibet drachmas duodecim, myrrhæ drachmas uigintiquatuor, croci drachmas duodecim, uino bono excipe, & redige in paſtillos, ſuccū balſami (quod opobalſamum dicunt) contundens.

Paſtillorum ſcilliticorum præparatio.

PAſtillos quos ſcilliticos appellant, hoc modo confice: Scillam argilla ſeu adipe obducito, & moderate elixato, ſumendoqꝫ interanei ipſius partes duas, & farinæ orobi partem unam, contere, & cōſimiliter paſtillos concinnato.

Paſtillorum theriacalium præparatio.

PAſtillos theriacos cōcinnaturus, ſumito uiperas quatuor aut quinqꝫ perſuluas, recens admodum captas, amputa ipſis circa caput & caudatenus partem utrinqꝫ quatuor digitorum menſura, detractisqꝫ ſquamis omnibus, & exemptis interaneis, reliqua in aula noua addito ſale & anetho mediocri coquenda ſunt, tantiſper dum ſpinæ à carnibus ſe-

parantur, deinde eximẽs, & à ſpinis exacte carnes repurgans, admiſcendo eis tantundem panis puri, & diſſoluendo pariter ſemel reformato, & orbiculos opobalſami accende, & frigefacito in umbra.

Theriaces antidoti præparatio,

THeriaca antidotus conficitur ad hunc modum: Paſtillorum ſcilliticorum drachmas quadragintaocto, paſtillorum theriacalium drachmas uigintiquatuor, unguinis hedychroi drachmas uigintiquatuor, cinnamomi, piperis communis, ſucci papaueris, uniuſcuiuſq; drachmas uigintiquatuor, roſarum aridarum drachmas quindecim, purgamentorum allij, napi ſeminis, iridis Illyricæ, agarici, glycyrizes, ſucci balſami, ſingulorum drachmas duodecim, myrrhæ, croci, zingiberis, rheu pontici, radicis quinquefolij, nepitæ, floris iunci rotundi odorati, petroſelini, ſtœchadis, coſti, piperis candidi, & longi, dictamni, florum thuris maſculi, reſinæ terebinthinæ, maſtiches, caſſiæ nigræ, ſpicæ nardi, florum polij, ſtyracis, apij, ſeminis ſeſeleos, thlaſpeos, ammeos, trixaginis, ſucci hypociſtidis, malabathri, nardi Gallicæ, mei, gẽtianæ, aniſi, fœniculi ſeminis, Lemniæ ſigillatę, chalcitidis aſſæ, amomi, acori, balſami, phu, opij, hyperici, acaciæ, commeos, cardamomi, ſingulorũ drachmas quatuor, ſeminis dauci, galbani, ſagapeni, bituminis, opopanacis, caſtorij, centaurij, ariſtolochiæ clematitidis, cuiuslibet drach. duas, mellis Attici libras decem, uini phalerini xeſtas duas: Mittens in mortarium opium, hypociſtida, myrrham, ſagapenum, ſtyracem, acaciam, opopanacem, inſtillans mellis puſillum, et cõtundens diſſolue: poſtea uini tantum infundendo, ut id cætera ſuperet, per triduum ita macerato, mox reliquas ſpecies fruſtulatim inciſas contunde, & mel deſpumato. Reponitur autem in uaſe argenteo aut uitreo non admodum referto, & circumquaq; operculatur. Cæterũ uſus ipſius, ſi quidẽ nihil cunctetur, in ferarum morſibus commendatur, uenenisq; ſumptis poſt ſeptennium ponticæ nucis quantitas cum uini cyathis tribus bis in die pota: Pariformiter etiam his qui citra manifeſtam occaſionem periclitantur, corporis corruptione letalis medicamenti qualitatem imitante, ueluti in peſtilentialibus plerunq; accidere conſueuit, ſemel in die. Porrò in alijs affectionibus uſus ipſius eſt, à decennio ad annum uigeſimum uſque. Contra tuſſes autem, & pectoris pulmonisq; dolores ſeu lateris, febre quidem carentibus cum œnomelite, febricitantibus uero cum hydromelite ſub noctem fabæ Aegyptiæ magnitudo magnopere conducit. In ſanguinis inſuper eiectationibus cunctis recentibus, in poſca utilitate magna prębetur: diuturnis uero in elixatione conſolidæ, fabuli Aegyptij quantitas, tum matutino tum ueſpertino tempore: Inflatis autem, & his qui circa umbilicum torminibus infeſtantur, aut cœliacis, mane in aqua calida eiuſdem fabæ quantitas. Appetentiam præterea proſtratam reuocat & excitat: Rigore adhæc, algoreq; acceſſionũ intenſo, uomitioneq; bilis præpota theriaca liberat. Menſes porrò cit, & fœtus mortuos expellit,

In quibus utendum theriaca.

fabæ

fabæ Aegyptiæ magnitudo cum melicrato, uel paſſo, in quo ruta atque dictamnus elixa ſit, pota. Aduerſus autem extremam raucedinem cum ſeorſum per ſe, tum addito tragacanthæ duplo, ex œnomelite aut paſſo ſumpta, retentaqꝫ ſub lingua & colliquata, lienoſis & iocinoroſis iuxtà cum poſca præbetur. Quod ſi quis ſcirrho infeſtetur, cum oxymelite uel aceti ſcillitici ſeſquicyatho. Datur nephreticis, hoc eſt renum incommodis oppreſſis cum oxymelite fabæ Aegyptiæ magnitudine: dyſentericiſqꝫ cum decocto rhu, tam mane ꝙ ſero. Medendis præterea uiſus hebetudinibus, quas Greci ἀμβλυωπίας dicunt, ſummum præſidium confert. Antidoti itidem & opobalſami uncijs duabus mellis cyathum miſcens, paulatim illinito: exterit porrò dentes. Pleriqꝫ uero præſeruationis gratia fabæ græcę inſtar theriacam circa neomeniam ſumunt, quum iam coctrix facultas probe officiũ peregerit, cum mellis cochliario uno & aquę cyathis duobus. Pari quoqꝫ modo circa opodemian eadem utuntur, ubi peſtilentes quaſpiam auras olfacere ſuſpicantur, uel ubi aquæ fluunt.

Sal theriacum.

AD mithridatium in præſens ſales theriaci ordinandi ſunt: comprehenduntur autem in calce ſeptimi uoluminis, poſt ea quæ de menſuris ac ponderibus tradidimus.

Mithridatidis ex ſcingo.

MYrrhæ trogloditidis, zingiberis, cinnamomi, ſingulorũ drachmæ decem, ſpicę nardi, thuris, thlaſpeos, opobalſami, floris rotũdi iunci odorati, coſti, ſtœchadis, ſeſeleos, galbani, reſinæ terebinthinæ, piperis longi, caſtorij, hypociſtidis, ſtyracis, malabathri, foliorum, uniuſcuiuſqꝫ drachmæ quatuor, caſſiæ nigræ, polij, piperis candidi, ſcordij, ſeminis dauci, carpobalſami, cipheos, bdellij Celtici, cõmeos, petroſelini, opij, cardamomi, ſeminis fœniculi, gentianæ, foliorum roſarum, cuiuslibet drachmæ octo, dictamni, aniſi, acori, phu, ſingulorũ drachmæ tres, mei athamantici, acaciæ, uentris ſcingi, hyperici ſeminis, uniuſcuiuſque drachma una cum dimidia, uini melliſqꝫ quod ſatis eſt: præparato inſtar theriacæ, inquit Galenus. Ad quæcunqꝫ illa conducit, ad eadem hanc quoqꝫ prodeſſe idem aſſerit, præterquã ad uiperæ morſus: ad hos nanque illa efficaciores uires obtinet.

Confectio ex ſanguinibus confecta, ad omnia quæ uirus eiaculantur, & ad letalia medicamenta.

ACcipit hæc confectura piperis cãdidi, & longi, coſti, acori, phu, aniſi, dictamni Cretici, ſingulorũ drac. duas, amomi, opobalſami, ſeminis rutæ ſylueſtris, fœniculi ſeminis, cymini æthiopici, anethi, ſanguinis maſculi anatis aridi, ſanguinis hœdi, ſanguinis anſerini, fœminæ anatis ſanguinis, buniadis ſylueſtris ſeminis, uniuſcuiuſqꝫ drac. iij. gentianę radicis, trifolij, floris iunci odorati rotũdi, libanoti, roſarũ aridarũ, cuiuſlibet drach. iiii. cinnamomi drach. duas, ſcordij drach. octo, petroſelini, polij, myrrhæ, nardi, ſingulorum drachmas ſex, caſſiæ drachmas treis,

ſucci cyrenaici drachmas treis, ſtœchadis drachmas quinque, aſari drachmas duas, guttæ ammoniaci thymiamatis drachmas treis, mei Athamantini drachmas duas, agarici tantundem, carpobalſami grana uiginti, mellis deſpumati quantum res ipſa poſtulare uidetur.

Oxymel, hoc eſt acetum mulſum, ſimplex.

OXymel, cui cognomentum ſimplex, conſtat ex acerrimi aceti candidi xeſta una, aquæ xeſtis duabus, mellis xeſta una: quæ ad mellis uſque liquidioris craſſitudinem & concretionem decoquenda ſunt, deſpumando ſubinde mel.

Acetum ſcilliticum.

HAbet acetum ſcillite, ſcillæ candidæ in minutias cōciſæ, & in umbra diebus quadraginta exiccatæ, & rurſum purgatæ minas ſex, aceti boni xeſtas xij. finito dies ſexaginta, operculatoq; uaſe ponito ſub ſolem: quibus tranſactis ſcillam expreſſam abijce, acetum uero excolatū in uaſe reponito. Quidam uero ſcillæ minam unā in aceti xeſtis ſex, alij aūt uiridis ſcillæ idem pondus in acetum recondūt, etiam uſq; ad minas ſex, atq; adhuc acutius. Prodeſt aūt acetum illud ad oris fluxiones, ſi eo colluantur, & ad multa mala interanea, quę exhulceratione uacant, potum. Cæteris itidem compluribus acetum ſcilliticum ſubuenit.

Oxymel ſcilliticum.

OXymel ſcilliticum accipit ſcillæ interaneorum mollium libras duas, aceti acrioris albi xeſtas quindecim, piperis, petroſelini Macedonici, ſingulorū uncias duas, dauci Cretici, ammeos, aniſi, nardi Gallicæ, lybiſtici, aſari, cardamomi, ſpicæ nardi, amomi, rheu pontici, uniuſcuiuſq; ſemiſſem, fœniculi, ſeminis cymini, laſerpitij, zingiberis, pyrethri, hyſſopi Cretici, coſti, pulegij, cuiuslibet unc. unam, mentæ uiridis faſciculum unum, rutæ uiridis teneriores caules quinq;, mellis Attici xeſtam unam, hepſematis xeſtas duas, apij uiridis faſciculū unū: interanea ſcillæ candida conciſa conijce in acetum, & per dies ſeptem ſub ardentiſſimo canis æſtu macerari ſinito: deinde ſcillam ſubleuans, arida quidem iam conciſa, uiridia uero integra aceto inſere, & poſt ſeptem dies rurſum omnia extrahens, aceto immitte mel cum hepſemate, quibus decoctis uſque ad craſſitudinem, in uaſculo uitreo reconde. Vtere autem eius præſidio cum ante prandium, hoc eſt ieiunus propinationis loco, tum ſumpto cibo, ueluti in ſalſamento: nam multo utiliſſimum eſt.

Medicamentum Galeni è ſcilla contextum, comitiali morbo oppreſſis in primis conducibile.

SCillam manibus in puluerem friatam uaſi Melitæo inijce, ſtrenueq; operculans in locum ad meridiem uergentem ſub ardentiſſimo caniculæ æſtu ſiſte: poſt quadraginta inde dies canis, ſummam eius ſuperficiem ſoluēs, corpus ſcillæ effluxiſſe offendes. Auferēs itaq; ſuccū ipſius condulcatum melle præſtantiſſimo, comitiali laborantibus ſingulis diebus cochliariū unū præbeto; pueris quidē parū: adultis uero liberalius:

atq;

atque ſcillæ ipſius ſubſtantia leuigata cum melle, cochliarium exhibeto. Secundum uero locum potentia hoc obtinet.

Philonis antidotus.

ANtidotus quæ ad Philonem refertur medicum, conſtat ex piperis albi drachmis uiginti, alterci drachmis octo, ſucci papaueris drachmis decem, croci drachmis quinq;, pyrethri, euphorbij, ſpicæ nardi, ſingulorum drachma una, mellis Attici, uel alius boni deſpumati quantum ſatis eſt. Dato adultis nucis auellanæ (quam pontică dicunt) quantitatem, minoribus natu fabuli inſtar, pueris ciceris magnitudinem. Eſt aũt hoc maxime indolorium & ſomnum concilians medicamentum.

Athanaſia anodyna. Pleuretica Oribaſij.

AThanaſia (quæ ab immortalitate nomen ſortita eſt) dolorem coſtalem placans, conflata eſt ex caſſiæ drachmis octo, ſpicæ nardi, amomi, croci, opij, ſtyracis, myrrhæ, coſti, ſingulorũ drac. iiij. mellis deſpumati quod ſatis eſt. Doſis eius cum Philonis antidoti datione coniungit̃.

Antidotus è duobus piperibus, uiribus athanaſiæ conſimilis.

Διὰ δύο πεπέρεων recipit cardamomi, caſtorij, opij, uniuſcuiuſq; drac. iij. myrrhæ, coſti, piperis tũ longi, tũ cădidi, galbani, cuiuslibet drac. treis, croci drac. totidẽ, excipe melle decocto, quantitatẽq; fabæ exhibe.

Διὰ κωδυῶν καὶ ἑψήματος, hoc eſt ex capitibus papaueris, & elixatione contextum medicamentum.

CApita papaueris uiridia inaquoſa octo aut decem decoquito ubi ſuſpenderis diem unũ, & glycyrizæ unciam unam macerata in decoctionis xeſta una ſimul elixato quoad liquefiant, atq; quamprimum mediocrem induerint craſſitudinẽ, remouens ab igne repone. Vtere in his qui febre oppreſſi uigilijs infeſtantur, & quando ex capite tenuis in pectus ſe inſinuat fluxus.

Διὰ κωδυῶν καὶ μέλιτος, id eſt ex papauerum capitibus, & melle confectio.

PApauerum capita, & glycyrizæ unciam unã (quemadmodum prædictum eſt) cocta in aqua pluuia ſiue fontana, menſura xeſtæ unius uſque ad colliquationem, & ubi expreſſeris, projce in decoctum mellis xeſtam dimidiam, & elixans ad concretionem atq; craſſitudinem. Dato his qui cum dolorum mitigatione, ſomni conciliatione, ad hæc amplius perpurgatione & abſterſione humorum pectoris, & eorum qui pulmonem infeſtant atq; renes, opus habent.

Diacodium compoſitum.

AQuæ in qua papauerina capita decocta ſunt, iuxtã memoratã cõuenientiam xeſtam unam, uini paſſi heminas duas, mellis librã unam, croci, ſucci hypociſtidis, ſingulorũ drach. quatuor coquito ad ſpiſſitudinem. Stomacho aũt ſalubrior ea eſt confectio, ſi ex melle conficiat̃, & capitũ papauerinorũ decocto, & malorũ cotoniorũ: Efficacior aũt multo euadit, ſi cum capitibus papaueris aqua melilotũ et glycyrizã decoquas.

Διὰ πρασίου ἐκλικτόν, hoc eſt ex marrubio linctus, ſiue ut uulgò dicunt, electuarium, phthiſicis in primis conferens.

MArrubij comarum libram unam in aquæ cotylis ſex donec tertia pars relinquatur elixās, herbam quidem porrijcito, inijciendo aūt aquæ mellis craſſitudinem, exhibe cochliarium unum.

Diapraſij ſyntheton, id eſt ex marrubio confectura compoſita.

MArrubij comę, ireos Illyricæ, hyſſopi, pulegij, glycyrizæ, apij, ſingulorum uncias duas, iſchadum pinguium uncias treis, nuclei pinei reſinati uncias treis, contunde obiter: arida cum iſchadibus in aquæ xeſtis tribus irrigato, & coquito ad tertias: deinde aquā colans, mellis libras duas infunde, & ad melleam craſſitudinē decoque.

Διὰ ὀρόβων, hoc eſt medicamentum ex eruis.

AMygdalorum amarorum uncias duas, farinæ erui uncias quatuor, hyſſopi tantundem, ireos unciæ ſemiſſem, nucleorum pineorū frictorum uncias duas, mellis xeſtam unam, uel quantum res exigit.

Medicamentum, quod δωδεκάθεον inſcribitur.

IReos Illyricæ uncias quatuor, eruorū tantundē, hyſſopi uncias duas, ſeminis urticæ, glycyrizæ, fœnogræci, uniuſcuiuſq; uncias duas, bulborū unc. quatuor, ſeminis lini fricti uncias totidē, nigellæ, quod græce melanthion dicunt, diobolos duodeuiginti, pulegij grāmata ſex, nucleorum pineorū toſtorū unc. ij. piperis grāmata ſex, mellis quod ſatis eſt.

Antidotus Sotira, quaſi ſeruatrix dicas.

SPicæ nardi diobolos undequadraginta, myrrhæ diobolos uiginti ſeptem, croci diobolos totidem, caſtorij diobolos duodequadraginta, opij diobolos trigintaſex, petroſelini diobolos quadragintaquinq;, aniſi octo, apij ſeptem, iunci rotūdi odorati florum diobolos trigintaſex, caſſię diobolos duodecim, piperis longi tantundem, ſeminis ſinonis grammata ſex, ſtyracis grammata octodecim, amomi duodecim, hedychroi, coſti, aſarci, ſingulorum grāmata duodeuiginti, mellis quantū ſatis eſt.

Διὰ ςύρακος bechicū, hoc eſt medicamentū ex ſtyrace, tuſſi medendo utile.

AMomi, caſſiæ, ſingulorum uncias duas, ſtyracis, ſpicæ nardi, uniuſcuiuſq; ſeſquiunciam, croci, piperis albi, cuiuslibet unciam unam, mellis xeſtam unam: detur cochliarium unum.

Medicamentum ex collectaneis Philoxeni, cuius uſus eſt in Empyicis, & diutinis rheumatibus obnoxijs.

REſinæ terebinthinę drachmas octodecim, nardi drachmas ſedecim, myrrhæ ſtactes drach. ſex, cardamomi, bulborū, uniuſcuiuſq; drac. ſex, croci drac. xij. galbani drach. ſedecim, amygdala amara octoginta, mellis heminam: ex aqua potatur fabæ Aegyptiæ magnitudo.

Eſdra πολύχρηςος, hoc eſt quæ multis affectibus congruit, eſt enim ex eorum numero, quæ nimium ſiccificant.

AMomi ſcrupulos ſex, croci ſcrupulos duodeuiginti, ſeminis dauci ſeſquiſcrupulum, ſeminis fœniculi ſcrupulos treis, caſſię ſcrupulum

unum

unum & dimidium, florum iunci rotundi odorati ſcrupulos quatuor & ſemiſſem, cinnamomi ſcrupulos treis, ſucci hypociſtidis ſcrup. quatuor & dimidiū, ſulphuris uncias quinq;, ſeminis papaueris ſcrupulos quinque, pyrethri ſcrup. treis, petroſelini ſcrupulū unū & ſemiſſem, ireos Illyricæ ſcrupulos ſeptem & ſemiſſem, herbæ Apollinaris ſeminis ſcrupulos tredecim & dimidiatū, ſpicæ nardi ſcrupulos ſeptem & dimidiū, pegani ſeminis ſcrup. unum & ſemiſſem, anethi ſcrup. treis, cardamomi unc. treis, roſarum exiccatarum ſcrupulos quatuor & dimidiatum, nerij floris ſcrupulum unum cum ſemiſſe: Eſt aūt ueluti lobus ac ſiliqua unde oritur roſa: rhododaphnes, & roſæ ipſius ſingulorum ſcrup. tres, rheu, gentianæ, uniuſcuiuſq; ſcrupulos ſex, hedychroi ungenti ſeſquiſcrupulum, tragacanthæ ſcrup. quindecim, lycij ſex, foliorum citrij tantundem, ſeminis ocimi ſcrupulū unū cum dimidio, aniſi ſcrupulos tres, coſti, myrrhæ, cuiuslibet ſcrupulos ſex, bdellij ſedecim, ſucci artemiſiæ tredecim, rhu Syriaci uigintiquinq; & dimidiū, aſari, uētris mergi, lapidis iaſpeos, ſingulorū ſcrupulos treis, piperis ſcrupulos quindecim, caſtorij ſeſquiſcrupulum, cretæ cimoliæ ſcrup. ſex, ſiſonis, ſtyracis, uniuſcuiuſq; ſcrupulos nouem, opobalſami xij. ſereos ſeſeleos'ue herbæ ſcrupulum unum & ſemiſſem, mellis uncias uigintiocto, uini quantum ſufficit.

Medicamentum ex malorum carnibus.

PRæparatur etiam confectura ex pomorum carnibus hoc modo: Malorum cotoniorum purgatorum libræ tres decoquuntur in uini perueteuſti xeſtis tribus, deinde teruntur & inijciuntur ipſis piperis, aniſi, lybiſtici leuigatorū uniuſcuiuſq; uncia una. Sunt qui zingiberis unciam dimidiam, nec deſunt qui pro uino acetum affuderunt.

Διὰ τῶν χυλῶν μήλων, hoc eſt ex ſuccis malorum medicamentum, appetitus à cibis auerſionibus, & nullis ægris'ue cibi in ſtomacho concoctionibus aptum & utile.

SVcci malorum cotoniorū maturorum, mellis boni, ſingulorū xeſtas duas, aceti xeſtā unā, zingiberis unc. treis. piperis albi unc. duas, coquito ad craſſitudinē: hoc Galenus frigore inhorrentibus pręparabat. Cęterū in quibus bilis, inquit, abūdat, abſq; pipere & zingibere cōfice.

Meloplacuntij præparatio.

POmorum cotoniorum mundatorum libræ ſex elixantur in uino tantiſper dum colliquantur, deinde colato & conterito. Nonnulli uero affundunt mellis libras octo, & decoquunt clementi ac debili igne, mouentes ſubinde ferula, donec impollutum quodāmodo totum reddatur, & tum aſſumūt concuſſa, piperis uncias treis, aniſi tantundem, petroſelini unciam unam: Quidam etiam zingiberis unciam, & maſtiches unciam unam adijciunt: mox commixta finguntur ad ſemiunciæ quantitatem, & cum folijs lauri componuntur.

Cydoniatum, hoc eſt ex cotonijs confectum medicamentum.

MAlorum cydoniorum purgatorum, & in fruſtula exigua conciſorū

libræ octo decoquuntur in uini xeſtis octo moderate, ne diſſoluantur: deinde miſcentur ipſis mellis deſpumati libræ octo, piperis unciæ octo, petroſelini, aniſi, ſingulorum unciæ tres, zingiberis unciæ quinque, ſpicæ nardi uncia una & dimidia, caryophyllorum uncia una: Omnia contuſa, & mediocriter decocta ad iuris eſculenti craſſitudinem, remoue, & refrigerans pariter cum iure fragmenta compone.

Διὰ τριῶν πεπέρεων, hoc eſt è tribus piperũ generib. cõſtans medicamentũ.

PIperis cõmunis, candidique, & longi, ſingulorũ drach. ſeptem, zingiberis, aniſi, thymi, corymbi, cuiuſque drach. ij. mellis quod ſatis eſt.

Aliud Oribaſij.

AD diatrionpipereon confecturam ſumebat Oribaſius piperis candidi uncias duas, piperis nigri, & longi, ſpicæ nardi, cinnamomi, ameos, nucis caryiue, hyſſopi, ſeſeleos, dauci, petroſelini, ſingulorũ unciam unam, zingiberis drachmas quatuor, mellis libras treis.

Aliud διὰ γ΄ πεπέρεων.

PIperis id habet cõmunis uncias treis, piperis albi unciam unam, longi tantundem, petroſelini, cinnamomi, uel caſſiæ duplũ, zingiberis, uniuſcuiuſqueunciã unam, mellis unc. unã & uiginti, uel quantũ ſatis eſt. Ego uero etiam thymi corymborũ unciam unam admiſcere ſolitus ſum.

Dioſpolites.

CYmini in aceto macerati ac fricti unciam unam, piperis, zingiberis, ſingulorum uncias duas, rutæ uiridis unciam unam & ſemiſſem, nitri drachmas duas cum dimidia, melle excipito.

Διὰ κιτρίου, id eſt ex malo citrio concinnatum, pro his qui ægre & uix tandem concoquunt.

ACeti cotylæ tres, carnis citrij libra una, hyſſopi, rutæ, origani, ſingulorum faſciculus per diem ac noctem aceto maceratus coquitur donec euaneſcat pars tertia: mox expreſſa abijciuntur ſimplicia, aceto affunditur mellis xeſta una, & denuo decoquitur ad mellis craſſitudinem: ubi autem conſtiterit, adfinguntur aſari, mei, piperis albi, ſingulorum drachmæ duæ. Datur cocleare unum tum matutino, tum ſub decubitum, & lectum petenti.

Picra, id eſt Amara Galeni.

PIcra Galeni accipit aloës drachmas centum, ligni balſami, maſtiches, croci, ſpicæ nardi, aſari, cinnamomi, ſingulorum drachmas ſex: Sunt qui etiam iunci rotundi odorati floris, & caſſiæ, uniuſcuiuſque drachmas ſex admiſceant. Exhibe drachmam unam in hydromelite.

Picra quæ ex oxymelite conficitur, ad ſtomachicos, hoc eſt cibum nõ cõtinentes, fœminarumque locellos, & aquã inter cutem conducibilis.

ACcipit aloës uncias quatuor, folij uncias duas, coſti, caſſię, amomi, ireos, ſingulorũ drachmam unam, radicis corticis fœniculi libram unam, maſtiches, nardi Celticæ, zingiberis, uniuſcuiuſque drachmã unã, piperis drachmam unam, mei drachmam unam, aceti xeſtam unam cum ſemiſſe,

ſemiſſe, mellis tantundem: Fœniculum decoctum prius in aceto proijcitur, deinde infunditur mel, & ubi decoctũ fuerit ad craſſitudinem melleam, reliqua trita & leuigata inſparguntur.

Medicamentum διὰ λυκίου, id eſt ex lupino iocinore, optimum & utiliſſimum.

DIalycium conficiendo, gentianæ, chamæpityos, petroſelini, marrubij ſucci, arcij, napyos, ſcolopendrij, panacis radicis, milti, rubiæ paſſiuæ, ſeminis braſſicæ, ariſtolochiæ longæ, piperis albi, ſpicæ nardi, coſti, ſeminis erucę, radicis eringij, polij, echij, eupatorij, baccarũ iunipe ri, lupini hepatis, enulæ campanæ, æquas portiones melle decocto excipe. Doſis eſt auellanæ quantitas cum melle decocto.

Theodoretus διὰ ἀνακαρδίων.

ANacardiorum unciam unã & dimidiatam, croci, caſſiæ, folij, ſpicæ nardi, caryophylli, mei, agarici, rotundi odorati iunci florum, rheu, epithymi, ſingulorũ drachmas quatuor, acori, piperis, uniuſcuiuſq; ſeſquiunciam, aloës uncias treis, ſarxiphagæ, maſtiches, ireos Illyricæ, cuiuslibet unciam unam & ſemiſſem, myrobalanorũ unciam unam, mellis libras ſex, uel quantum res ipſa poſtulare uidetur.

Theodoretus ἡχίδια ἀνακαρδίων.

ALoës drachmas ſexaginta, agarici drachmas uigintiquatuor, croci, caſſiæ, rheu pontici, acori, cinnamomi, maſtiches, ſingulorum drachmas decem, coſti, ſeminis rutæ, piperis albi, uniuſcuiuſque drachmas octo, ſpicæ nardi drach. treis, ligni balſami, aſari, trixaginis, mei, uniuſcuiuſq; drachmas quatuor, mellis quod ſatis eſt. Quidam his etiam anacardia duo adijciunt. Doſis drachmæ duæ cum aqua mulſa.

Cyphoides iocinoroſos adiuuans, & quæcunq; thoracis incommoda emendans.

VVæ paſſæ carnis drachmæ ſuſcipiuntur uigintiquinq;, croci drachma una, calami drachmæ duæ, bdellij drachmæ duæ & dimidia, cinnamomi triobolus, nardi triobolus, lentiſci drachmæ duæ, myrrhæ drach. quatuor, reſinæ terebinthinæ tantundem, ramenti aſpalathi oboli duodecim, mellis drachmæ ſedecim, uini quantum ſatis eſt.

Alia cyphoides Alexandri.

HAbet croci, & cinnamomi, & bdellij, ſingulorũ drachmas quatuor, mirrhæ, calami, uniuſcuiuſq; drach. duas, bituminis, florum rotundi iunci odorati, cuiuslibet drach. treis, caſſiæ, nardi, ſingulorũ drach. i. reſinæ terebinthinæ drach. ſedecim, uuæ paſſæ carnis drach. centũ ſexaginta, mellis cotylam unã & ſemiſſem, uini Chij quod ſatis eſt.

Διὰ βακάνου hepaticum.

BAcani unciam unam, coſti unciam unam, folij ſcrupulos octo, piperis albi ſcrupulos ſex, ſpicę nardi grãmata ſex, mellis quantum ſufficit. Datur iuſta doſi cochliarium cum temperatura conditi.

Zopirus.

MIrrhæ drachmas quinq;, croci, caſſiæ, ſingulorum drachmas quatuor, cinnamomi drachmas treis, ſpicæ nardi drachmas duas, rotundi iunci odorati floris drachmas duas, piperis albi drachmam unam & dimidiã, thuris drach. unam, coſti drach. unam, mellis quod ſatis eſt.

Pæonia antidotus.

STyracis calamitæ drachmas ſex, thuris, amomi, croci, ſingulorum unciam unam & ſemiſſem, ſpicæ nardi drachmas ſex, folij drach. duas, piperis candidi drachmas ſex, & communis drachmas octo, myrrhę unciam unam, mellis quantum opus eſt.

Doſithei catapotia iecoraria.

ALoës unciam unam, ſpicæ nardi, folij, coſti, ſingulorum grammata duo, agarici grammata octo, maſtiches grammata tredecim, epithymi quatuor, rheu ſcrupulum unum.

Oxymel ſplenicum.

OXymel lieni dedicatum concinnatur ex corticis radicis capparis, ſcolopendrij, ſpicæ nardi, aſari, ireos, florum iunci rotundi odorati, florum cyperidis, aniſi, cymini, fœniculi, acori, erices fructus, ſingulorũ uncia i. foliorũ tamaricis, foliorũ ſalicis, apij radicis, dendrolibani, ſcillę, uniuſcuiuſq; unc. duas, aceti xeſta i. mellis xeſtis tribus, guttæ ammoniaci thymiamatis, præpara ad modum ſcillitici. Offer cochliaria duo.

Oxymel conducens calculo laborantibus.

SAxifragæ, betonicæ, graminis, adianti, ſpicæ nardi, carpeſiæ, aſari, eringij, ſingulorũ unciam unã, petroſelini Macedonici, ſeminis rutę, uniuſcuiuſq; uncię ſemiſſem, fœniculi uiridis, ireos, ſcillæ aſſatæ, chamędaphnes quam uulgò uocant uincamperuincã, cuiuslibet uncias duas, corticis radicis capparis uncias treis, fiorum uncias duas, aquæ, aceti, mellis, ſingulorum ſextarios duos.

Fuſca lapides confringens.

PVlegij, maſtiches, apij ſeminis, alterci aridi, ſingulorũ unciam i. ſalis cõmunis fricti lib. i. ſeminis corij, ſpicæ nardi, aniſi, ammeos, uniuſcuiuſq; ſcrupulos ſex, folij ſcrup. quatuor, piperis candidi unc. ſemiſſem, uel cõmunis unciam unam, lithoſpermatis (quod uulgò milium ſolis dicunt) uncias ſex, betonicæ tantundem, aceti boni xeſtas quinque, omnia conciſa & cribellata & trita maximeq; eliquata per dies treis, miſce aceto, inſolato dies quadraginta. Quũ uero conſilium eſt uti, decoctum ciceris nigri, & radicis aſparagorũ, apij item & adianti faciens, inijce in mixtionem ipſius binas heminas aceti, & in calido balnei alueolo laboranti poſito potui præbeto. Cæterum ex prædictis ſpeciebus quidam aridi diobolos duodecim cum poſca elixatione memoratarũ herbarum temperata exhibuerunt, neq; quicquã minus propter pharmacum.

Conditum calculos atterens.

COmminuit lapillos ueſicæ renumq;, piperis albi, ſaxifragæ, ſpicæ nardi,

nardi,lithoſpermi,betonicæ,ſingulorũ unc.una,petroſelini,folij,uniuſcuiuſq; ſeſquiuncia; ſeminis rutæ ſyluestris ſemiuncia, mellis xeſta una; uini aſcaloniti ſextarij ſedecim,redacta in condítum.

Medícamentum ex ſanguine hircino.

QVando uuæ præ maturitate nigrore ſuffundi cœperint,hirci ætatẽ adoleſcentis ſanguinẽ colligito, & in ſole exiccatũ; calculo laborantibus pondo cochliarij unius cum paſſo Cretico præbeto. Sunt uero qui amomi,et folij,ſingulorũ unc.iij.cõmiſceãt:alij myrrhę etiã grãmata iiij.

Medicamentum διὰ τεττίγων,hoc eſt ex cicadibus confectum, renum doloribus infeſtatis expediens.

DIatettigon accipit lithoſpermi,raphidos piſcis cremati,ſeſeleos,uniuſcuiuſq; unciam unã,ammeos,cucumeris ſatiui,ſeminis ſaxifragæ, uuarũ paſſarũ acinis exemptis,ſeminis althæę,phaſeli candidi,lyncurij, ſingulorũ unciam dimidiam;ſpicæ nardi,phu,mei,lapidum ex ſpongijs cuiuslibet drach.unam, adianti, ſeminis paliuri,interanei ſiorũ aridorũ; radicis rubi,graminis, polypodij, uniuſcuiuſq; drac.treis,ſanguinis hircini exiccati,ut dictum eſt,diobolos ſex, cicadarũ aridarũ, amputatis & abiectis capite,alis & pedibus,unc.iiij.piperis albi drach.ſex,mellis decocti quod ſatis eſt. Datur iuſta datione nucis ponticæ,hoc eſt auellanæ quãtitas in cõdîto, uel decocto tribuli, uel ſaxifragæ, uel ſinorũ,uel radicis aſparagorũ,uel graminis,aut quinquefolij,aut radicis deniq; ſtruthij.

Διὰ τοῦ λιθοσπέρμου,id eſt ex milio ſolis pharmacum.

LIthoſpermi,betonicę,ſaxifragæ,petroſelini,piperis albi,ęquas portiones melle excipiuntur.

Διὰ πρασοσπέρμου,hoc eſt ex ſemine marrubino ſarcinatum medicamentum.

PIperis albi & atri,dauci Cretici,cucumeris domeſtici, ſeminis fœniculi,marrubij ſeminis,petroſelini Macedonici,pyrethri,zingiberis; folij,ſingulorum unciam unam,mellis quantum exigit incorporatio.

Διὰ τηκολίθου;

SPicæ nardi,hyſſopi, tecolithi,uniuſcuiuſque grammata octo, piperis grammata duodecim,zingiberis,petroſelini,coſti,ſaxifragæ, ſingulorum grammata ſex,caſſiæ,ſeminis apij,cuiuslibet grammata tria,cyperi grammata ſex,ſcobis eboris grãmata quatuor,ligni cardamomi grammata ſex,linoſpermi grammata quatuor,mellis quod ſufficit.

Medícamentum ex ſemine ſyluestris maluæ.

SEminis cucumeris hortulani drach.duodecim, ſemini herbæ Apollinaris,quem hyoſcyamum dicunt,drachmas ſex, ſeminis cicutæ drac. treis(alij uero ſumunt drach.ſex)opij, fœniculi, maluæ ſyluestris ſeminis, croci, cuiuslibet drach.treis, ſeminis apij drach. ſex, caſſiæ drach. quatuor,amygdala baſilica decem, nuces ponticas decẽ,aſari drachmas quatuor,paſſo Cretico excipe, & triobolũ exhibe febre carentibus cum decocto : Neq; tamen deſunt qui melle excipere malint.

Διὰ τραγημάτων, id eſt ex bellarijs, renum doloribus dedicatum, & ad ueſicæ renumq́; exhulcerationem conducibile.

VVarum candidarū exemptis acinis, nucleorū pineorū recentium, uniuſcuiuſq; uncias duas, ſeminis cucumeris excorticati, myrtorū exoſſium, amygdalorū amarorum, dactylorū palmularū pinguium, ſeminis apij, ſeminis papaueris, croci, ſingulorum drachmam unam, myrrhæ uncias duas. Paſſo potandum exhibe ſobrijs pondo drach. unius.

Satyriaca antidotus.

ANtidotus, cui nomen Satyriaca obuenit, conſtat zingiberis, ſatyrij ſuperioris, ſingulorum drachmis octo, caudæ crocodili terreſtris (quem Græci ſcingum appellant) mei, aſari, petroſelini, cardamomi, ſeſeleos, uniuſcuiuſq; drachmis quatuor, ſeminis erucæ, cinnamomi, cuiuſlibet drachmis tribus, geminalis, quod orminon græce dicunt, piperis albi, ſeminis cnici, uniuſcuiuſq; drac. duabus, florū rotundi odorati iunci, ſpicæ nardi, ſingulorū drac. una, ſanguinis hirci myſtro. Doſis huius confecturæ eſt drachma una: Imbecillioribus aūt cum lacte offeratur.

Globuli, quæ Græci catapotia dicunt, διὰ ξυλωμάκερος, hoc eſt ex ligno maceris effigiati, inteſtinorum torminibus ſeu dyſenterijs utiles.

XYlomaceris, opij, rhei, uniuſcuiuſq; grammata ſex, gallæ, myrrhæ, ſingulorum unciam unam uino ſpathite excipito.

Διὰ κοραλλίου, hoc eſt ex corallio antidotus podagrica.

ANtidotus, cui nomen diacorallion, habet rheu barbarici, pæoniæ, myrrhæ, ſpicę nardi, ſingulorū uncias duas, folij unciam unam, caryophyllorum grana quindecim, anagallidos florē habentis ῥόσιον (hoc eſt colore corallio rubro ſimilē) quem nuncupant corallium, ſemunciam: mali terræ longi, & rotundi, cuiuslibet uncias quatuor. Huius doſis eſt diobolus unus cotidie poſt cibi concoctionem. Auſpicandum autem eſt ab æquinoctio autumnali, quod eſt circa uiceſimumquartum diem menſis ſeptēbris, atq; diebus deinceps quinquaginta cōtinuis accipito: & undeuiginti intercallatis diebus, ad eandem te antidotū eodem ritu cōuerte, atq; ita donec dies quibus accipis, trecenti ſexagintaquinq; impleantur, peragito. Sub cane aūt omnes dies uacato, hoc eſt à uigeſimoquarto die Iunij, uſq; ad Auguſtum completū. A uenere porrò & carnibus, maxime porcinis, et ſalſamēto, garoq́;, et beta, dauco item, & menta, lactucis crudis, & peponibus abſtinendū eſt: Ex piſcibus uero, capitonibus uiſcidis & mollibus, & quibus cutis eſt teſtacea, atq; à leguminibus cunctis, & omnibus, ut ſummatim deniq; perſtringā, quæ craſſum humorem generant. Vino itidem ſecundario, nigroq́; & multo. Lauandum inſuper cotidie, & exercitationibus indulgendum, uel pedum officio, uel per equum, uel lectica, uehiculóue. Cæterū qui habitu ſunt aridiore, & qui uberiore uictus ratione utuntur, nullo neque incommodo neque offenſione afficiantur.

Aequinoctium autumnale.

Anti-

Antidotus Agapeti Podagrica.

FOlij, rheu barbarici, croci, ſpicæ nardi, myrrhæ troglitidos, coſti, trixaginis, ſingulorum uncias duas, aloës hepaticæ uncias quinqꝫ, hyperici, pæoniæ, uniuſcuiuſqꝫ uncias treis, mali terræ longi, & phu, mei damaſonij, anagallidos, cuiuſqꝫ uncias quatuor. Modus autem utendi idem omnino eſt cum Diacorallio.

Antidotus Atactos podagrica.

FOlij, mei damaſonij, anagallidos cyaneũ florem habentis, erythrodani, maſtiches, croci, caſſiæ, aloës hepatitidos, gentianę, trixaginis, uniuſcuiuſqꝫ unciam unam, caryophyllorum, aſari albi, & atri, ſingulorum unciam & ſemis, ſpicæ nardi, myrrhæ, rheu barbarici, radicis pæoniæ, mali terrę longi, & rotundi, cuiuslibet uncias duas. Vſurpatio eius ſuperioribus ſimilis eſt.

Procli podagrica, & aduerſus coxendicis dolores antidotus.

TRixaginis uncias nouẽ, centaurij uncias octo, mali terræ, quam ariſtolochiam uocant, uncias ſeptem, gentianæ uncias ſex, hyperici uncias quinqꝫ, petroſelini Macedonici uncias quatuor, mei uncias treis, agarici uncias duas, phu unciam unam, mellis Attici cotylas duas.

Διὰ τῶν ζ, id eſt ex ſeptem concinnatum, ad eadem.

HYperici, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum unciam unam, centaurij, chamæpityos, agarici, uniuſcuiuſqꝫ uncias treis, trixaginis uncias ſex, gentianæ uncias quinqꝫ. Sunt uero nonnulli qui inſerunt petroſelini quoqꝫ unciam unam, mellis uncias quinqꝫ. Doſis eſt drachma una.

De Paſtillis. Cap. XII

PAſtillos Græci ab efformationis figuræ τροχίσκους, id eſt orbiculos appellant. Sunt autem paſtillorũ genera tria, alij nanque πότιμοι, hoc eſt potabiles, alij ἐνετικοί, id eſt infuſiles, qui per anum immittuntur, alij uero κατάχριστοι, quod eſt inungibiles. Potabilium itaqꝫ quidam dicũtur ἐπισχετικοὶ, quaſi dicas latine retentiui, eo quod alui, uel ſanguinis uel alias quaſcunqꝫ fluxiones refrigerando, uel aſtringendo, inſpergendóue, aut deſiccando cõpeſcant: cuius farinæ ſunt, paſtillus ex acantha Aegyptia effigiatus, & διὰ σπερμάτων, id eſt ex ſeminibus concinnatus, atqꝫ id genus alij. Quidam uero anodyni, ſedandi dolorem uim habentes, uel quod ſenſum ſtupefaciendo torporem inducant, ueluti Crocodes, uel quoniam diſſipant atqꝫ diffundunt: cuius generis ſunt paſtilli qui conficiuntur ex aromatis. Quidam uero ἐκφρακτικοὶ, qui ab meatuum farctu oppilationibusqꝫ omnibus iocinoris, ſplenis, & renum uindicant, & obturationes laxant: è quorum claſſe ſunt, qui ex amygdalis amaris formantur. Ex his autem quæ infunduntur, aliqui ſanè acrimonias obtundendi hebetandiqꝫ potentiam habent, ueluti in inteſtinorum torminibus, quas dyſenterias uocant: cuiuſmodi ſunt paſtilli ex pompholyge, & amylo, & terra Samia, & ex ſucco ptiſanæ, uel eiuſdem ſortis, nonnulli qui clyſtere immittuntur. Aliqui uero

ſtyptici, aſtringendi facultate præditi, uentris & ſanguinis fluxiones ſiſtunt, ueluti qui ex alumine, acacia, & omphacio fiunt: uerbi cauſſa, paſtillus Philippi, uel ex acantha Aegyptia cum ſucco roſarum, uel plantagine clyſteres. Aliqui præterea deurendi uim obtinent, quorũ uſus in hulceribus depaſcentibus & ſerpentibus, inteſtinorumꝗ torminibus probatur, ex ſandaracha, auripigmento, calce, charta combuſta compoſiti. Cum ſucco uero lentium aut oryzę immittuntur ablutis prius muria extis, ubi mãducauerint antea, & cõcoxerint languẽtes, ita ut nihil quicquam uirium medicamenti ad ſtomachum rapiatur. Conducunt autem hi de quibus nunc agitur, qui per inferna in aluum infunduntur paſtilli, affectionibus, quæ circa ſumen ſub umbilico ingruunt: ſupra enim umbilicum uires eorundem non perueniunt. Catachriſti autem uocati paſtilli, uiribus quidem illis qui infunduntur, conueniunt. Cæterum ſtyptici opem ferunt in herpetis, exanthematibus, intertriginibus, ſanguinis eruptione, deſtillantibus ac fluidis hulceribus: è quorũ numero eſt, Andronis & Polyidæ. Qui uero hebetant, carbunculis, quos anthraces appellant, & uitioſa conſuetudine hulceribus competunt, tum etiam albus, tum qui ex lotarijs conſtat. Deurentes autem orbiculi, perinde atque prædicti (cuiuſmodi cenſentur Phauſtiani) medendis ſanandisꝗ ueretrorum ſedisꝗ depaſcendo ſerpentibus hulceribus, pterygijs item, & carnoſis narium uitijs impendiò expediunt.

Paſtillus Aſter.

TRochiſcus, cui cognomentũ Aſter, accipit croci, opij, caſtorij, ſpicæ nardi, caſſiæ, myrrhæ, Lemnij ſigilli, quam σφραγίδα Græci appellant, corticis mandragoræ, ſingulorum uncias quatuor, dauci, apij, aniſi, ſeſeleos, ſeminis alterci, ſtyracis, uniuſcuiuſꝗ drachmas octo: in uino diligenter contere & leuigato.

Paſtillus Trigonis.

SEminis apij, ſeminis herbæ Apollinaris, quam hyoſcyamum dicunt, uniuſcuiuſꝗ drachmas duas, aniſi drachmas quatuor, opij drachmas treis: ſimul aqua liquefacito.

Paſtillus ex ſeminibus.

ORbiculus ex ſeminibus recipit ſeminis aniſi, ammeos, fœniculi, ſingulorum drachmas quatuor, ſeminis apij, opij, ſeminis hyoſcyami, uniuſcuiuſꝗ drachmas duas, quæ omnia leuigato in aqua.

Paſtillus Crocodes.

ANiſi, dauci Cretici ſeminis, uniuſcuiuſꝗ drachmas quatuor, myrrhæ, caſtorij, ſingulorũ drachmas duas, croci, opij, cuiuslibet dramas treis, ſeminis apij, ſtyracis, uniuſcuiuſꝗ drachmas quatuor, ſeminis alterci drachmas ſex aqua conterito.

Paſtillus diarhodos.

ACaciæ, commeos, roſarum, floris balauſtiorum, hypociſtidis ſucci, gallarum, uniuſcuiuſꝗ drachmas treis, ſucci roſarum uiridium, ſe-

minis plantaginis, cuiuslibet drachmã unam, lycij Indici drach. unam.

Paſtillus Diacorallius, id eſt ex corallio.

SEminis alterci, thuris, ſingulorũ drachmas octo, terræ Samiæ, coralſij, rubricæ ſinopidis, opij, uniuſcuiuſq; drachmas quatuor, amyli, balauſtiorum, cuiuslibet drachmas duas ſucco polygoni excipe.

Paſtillus ex electro.

SEminis herbæ pulicaris (quam græce ψύλλιον uocant) uncias quinq;, maſtiches uncias quatuor, ſcobis electri, ireos, croci, ſingulorum uncias quatuor, opij uncias duas.

Paſtillus ex acantha ſpinâue Aegyptia.

ACanthæ Aegyptiæ, rhu, thuris, acaciæ, aluminis fiſſi, ſucci hypociſtidis, gallæ, Lemnij ſigilli, corallij, cõſolidæ, q̃d ſymphyton Græci uocãt, Samij aſteris, aloës, ladani, ſingulorũ partes ęquales excipe uino.

Paſtillus alius, quem Galenus Aphrodiſiaſticon clidion inſcripſit.

FLorum mali Punicæ ſatiuæ, quos cytinos dicunt, florum mali Punicæ agreſtis, quæ balauſtia uocantur, ſucci hypociſtidis, acacię, ſingulorum drachmas ſex, lycij, rheu Pontici, opij, uniuſcuiuſq; drachmas quatuor, myrrhæ drachmas duas excipe uino ex baccis myrti, uel elixatione roſarum, aut myrtorum.

Clidium Oribaſij dyſentericum & cœliacum.

GAllæ omphacitidis drachmas octo, opij drachmas quatuor: aqua effingens pilulas, quæ Græci catapotia nominant, deglutiendum treis aut quatuor exhibeto.

Paſtillus è cornu cerui, dyſenteria & ſanguinis excreatione laborantibus accommodatus.

COchlearum drachmas duodecim, cornu ceruini deuſti, gallæ exiccatæ, acaciæ arefactæ, uniuſcuiuſq; drachmas quinq;, myrtorum nigrorũ drachmas quindecim, opij torrefacti, ſucci hypociſtidis, ſingulorum drachmas quinq;, œnanthes drachmas ſex, ſucci radicis mandragoræ, terræ aſteris, cuiuslibet drachmas duodecim, rhu obſoniorũ drachmas quatuordecim, malicoriorum exiccatorũ drachmas ſeptem, thuris drachmas octo, corticis pini arefacti drachmas quatuordecim, hyoſcyami toſti drach. decem, rhu coriarij ſextarios duos, uini nigri quantum ad elixandum rhun, ut craſſiſſimum reddatur uinum, ſatis eſt: quo percolato, cætera excipiens, paſtillos effigiato.

Paſtillus Amazonum.

SEminis apij, aniſi, uniuſcuiuſq; drach. ſex, comæ abſinthij drachmas quatuor, myrrhæ, piperis, opij, caſtorij, ſingulorum drachmas duas, cinnamomi drachmas ſex aqua excipito.

Paſtillus ex amygdalis amaris.

ANiſi, ſeminis apij, aſari, amygdalorum amarorum, abſinthij comæ, eodem cum aqua pondere. Pange paſtillos drachmę unius: exhibe non febrientibus cum œnomelite, febricitãtibus uero cum hydromelite.

Paſtillus ex erice ſplenicus.

ERices fructus drachmas quatuor, piperis albi, nardi Syriacæ, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſingulorum drachmas duas: Gutta ammoniaca aceto diſſoluit, & aridis inijcitur. Effigiantur paſtilli ſinguli ſingulis drachmis. Doſis orbiculus drach. unius, cum oxymelitis cyatho uno.

Paſtillus διὰ φυσαλίδων inſcriptus.

SEminis cucumeris ſatiui pelle exuti uncias quatuor, ſeminis alterci, cicutæ, ſingulorum uncias duas, fœniculi, ſeminis rumicis, croci, nucleorum pineorũ, amygdalorum amarorum, opij, uniuſcuiuſq; unciam unam, phyſalidis ſextarios treis, uini quantum opus eſt.

Paſtillus Philippi.

BAlauſtiorum, acaciæ, hypociſtidis ſucci, opij, rhu, thuris, myrrhæ, croci, gallę, aloës, rheu Pontici, malicoriorũ, myrtorum, uniuſcuiuſq; drachmas quatuor excipe uino auſtero, & compinge orbiculos triobolares. Dato aũt febre uacãtibus cum uino, febriẽtibus cum hydromelite.

Paſtillus Muſæ.

ALuminis, aloës, myrrhæ, atramenti ſutorij, quod χάλκανθον Græci appellant, uniuſcuiuſq; unciam unam & ſemis, malicoriorũ, croci magmatis drachmas ſex excipe uino.

Præparatio crocomagmatis, hoc eſt recrementi olei crocini.

CRoci uncias duas, roſarum, amyli, myrrhæ, aloës, thuris, commeos, uniuſcuiuſq; unciam unã, coſti, ſpicæ nardi, ſingulorum drachmam unam excipe uino. De crocino oleo etiam altera crocomagmatis dicetur concinnatio.

Nera paſtillus ex collectaneis Heræ.

MYrrhæ, aloës, croci, uniuſcuiuſq; drachmæ octo, aluminis ſiſſilis drachmæ centum aqua excipiuntur.

Polyidæ Sphragis.

ALuminis ſiſſi drachmas quatuor, myrrhæ drachmas octo, atramenti ſutorij drachmas duas, cytinorum drachmas duodecim, fellis taurini drachmas ſex, uel ut alijs placet, drachmas ſedecim, aloës unciam unam uino auſtero & aſtringente excipito.

Paſtillus Paſionis.

SQuamæ æris denarium pondo duodecim, æris toſti, aloës, guttę ammoniaci, aluminis rotundi, ęruginis raſilis, thuris, uniuſcuiuſq; denarium pondo octo, uini quantum ſatis eſt.

Paſtillus Andronius.

FLorum mali Punicæ hortenſis denarios decem, myrrhæ denarios quatuor, gallarum denarios octo, mali terræ rotundi denarios quatuor, atramenti ſutorij, croci, aluminis ſciſſi, crocomagmatis, myſios, thuris, cuiuſq; denarios duos uino auſtero, acetóue diluito.

Paſtillus Phauſtini.

AVripigmenti denarios duodecim, ſandaraches denarios ſex, calcis aquæ nõ extinctæ denarios octo, chartæ crematæ denariũ unũ ſucco myrtorum uel decoctione excipiens, cõforma paſtillos, & per anum cum decocto myrtorũ, & lenticularũ, & rubi radicum immitte.

Paſtillus διὰ χαρτίου.

CHartę cõbuſtæ libras duas, calcis, auripigmẽti, ſandaraches, uniuſcuiuſq; unciam unam ſucco plantaginis excipe.

Thronus Marcellius.

CHartæ crematæ denarios decem, ſandaraches, auripigmenti, ſquamæ ęris, aluminis ſciſſi, cuiuſq; denarios quatuor, balauſtij denarios treis, opij denarios duos calcis uiuæ denarios decem, omphacij denariũ unũ, ſucci hypociſtidis denarios treis uino ex myrti baccis excipiens, orbiculos drachmas quatuor pondere æquantes conformato, & in uino malicoria, myrta, & roſas elixãs uſq; ad tertias, exhibe in uini cyathis ſex paſtillum unum, uel ſimpliciter quatuor.

Paſtillus διὰ φελλῶν.

GAllarum crematarum, chartæ combuſtæ, ſphecli deuſti, & panis deniq; toſti, ſingulorũ denarios decem: In alio uero etiam cornu ceruini uſti denarios quindecim, auripigmẽti denarios duos, ſandaraches, calcis, uniuſcuiuſq; denarios quindecim, acacię, ceruſſæ, cuiuslibet denarios quinq;, ſpumæ argenti denarios treis uino ſubige & eliqua.

Paſtillus cognomento bithynus.

MAlicoriorum denarios decem, cadmiæ uncias treis, mali terræ, gallarum, panacis, radicis ireos, chalcanthi, quod atramentũ ſutorium Latini dicũt, aluminis fiſſi, chalcitidis, miſyos, ſquamæ æris, mannæ (nõnulli adijciunt etiam coſti) cuiuſq; unciam unã & ſemis: aceto præpara.

Paſtillus διὰ κασορίου ad hulcera, & nomas, & fluxiones, quæ rheumata Græci appellant.

CRoci, aloës, thuris, ſingulorum unciam unam, cytinorum, aluminis fiſſi, caſtorij, mannæ, æruginis raſæ, cuiuſq; unciam unam, rubricæ ſinopidis libram unam uino ueteri excipito.

Paſtillus alius διὰ κασορίου, hoc eſt ex fibri teſticulis confectus.

MYrrhæ, caſtorij, cuiuslibet dioboli ſex, croci, opij, ſingulorũ grammata nouem, aniſi, ſeminis apij, dauci ſeminis, uniuſcuiuſq; unciæ ſemiſſis, alterci ſeminis ſcrupuli duodeuiginti ſumuntur.

Paſtillus ex œnelæo, ano & pudendis dedicatus.

CEruſſæ unciæ decem, ſpumæ argenti unciæ quinq;, thuris, ſtercoris plumbi, aluminis ſciſſi, ſingulorum unciæ duæ uino procul à mari nato ſubiguntur. Cæterũ quum uſus exiget, œnorhodino, hoc eſt uino roſaceo, uel œnomyrſino rurſum diluuntur.

Paſtillus διὰ λίθου φρυγίου, id eſt ex lapide Phrygio, pro his qui genitalibus afficiuntur.

LApides Phrygios combuſtos & extinctos treis, primũ quidem butyro, uel roſaceo, ſecundo uero uino, tertio aũt melle, uncijs duabus, roſarũ floris uncias quatuor, corticum mali granati unciam unam.

Paſtillus διὰ λωταρίων, ſedi atq; uerendis conſecratus.

CEruſſæ, amyli, glaucij, croci, aluminis, æquales portiones ſucco lotariorum uinóue dilue & contere.

Paſtillus candidus.

TErrę aſteris uncias quatuor, bullæ (quã Græci pompholyga dicunt) ceruſſæ, amyli, uniuſcuiuſq; unc. duas, opij diobolos iiii. aqua cõtere.

Paſtillus διὰ ἁλικακάβου, id eſt ex ueſicaria.

SPumę argenti denarios uigintiquatuor, ceruſſæ denariũ pondo duodecim uel uigintiunum, alicacabi radicis pondo denarium octo, chalcanthi atramentíue ſutorij denariũ pondo quatuor, aluminis fiſſi tantundem, rubricæ quantum ad colorem inducendum ſufficit, aqua excipe.

Paſtillus ex utroq; ueratro, & idem ex duobus ueſicarijs.

ACaciæ nigræ & rufæ, glutini fabrilis, aliâs ichthyocollæ, ſingulorũ unc. quatuor, guttæ ammoniaci thymiamatis, glaucij, aloës, cuiuſq; uncias duas, thuris maſculi, ueratri nigri, & candidi, uniuſcuiuſque unciam unam aceto ſcillitico excipe. Quum utendum erit, ipſo uel communi diſſoluens, cum ſub balneum, tum à balneo rurſum illinito.

Paſtillus Criogenes.

MYrrhæ, æris cremati, mali terræ rotũdi, ęruginis raſæ, ſquamæ ſtomomatis, uerbenacæ rectę, aluminis rotundi cuiuſq; unc. unã, aceti quantũ ſatis eſt. Decerpere aũt oportet uerbenacã, quũ ſol fuerit in ariete. Formaĩ aũt in emplaſtrũ etiã hoc modo. Paſtilli huius, rubeæ Colophoniæ, olei, ęquas portiões, aceti quantũ ſatis eſt ad eliquandũ paſtillũ.

Paſtillus melanchlorus, hoc eſt niger ſeu pallidus.

MYrrhæ, aloës, ſquamæ æris crematæ, auripigmẽti, aluminis fiſſilis, & rotũdi, ireos, chalcitidis, myſios, ſalis foſſi, chalcanthi, ceruſſę, nitri, ſpumæ argẽti, panacis radicis, cadmiæ, malicoriorũ, gallarũ, mali terræ rotundi, ſquamæ ſtomomatis, æruginis raſæ, uniuſcuiuſq; unc. unã, aceti quantũ res ipſa & cõfectio poſtulat. Pangitur item emplaſtrũ ad hunc modũ: Sumuntur paſtilli unc. duæ, Colophoniæ ceræ, olei, ſingulorum unciæ ſex, aceti quantum ſufficit ad paſtilli ſubactionem.

Paſtillus pantolmios, ad chironia, & uitioſa conſuetudine, quæ cacoëthe dicuntur hulcera, & ad rheumata.

CAſiæ, æris cremati, ceruſſæ, ſpumę argenti, ferruginis raſilis, aluminis fiſſi, & rotundi, & liquidi, & plenthytidos, panacis radicis, mali terrę longi, & rotũdi, malicoriorũ, chalcãthi, portulacæ, ireos, aſtragalitidis, chalcitidis, miſyos, guttę ammoniaci thymiamatis, ſalis ammoniaci, ſquamæ ęris, aloës, diphrygis, thuris, gallarũ, ſarcocollæ, plũbi deuſti, foliorum

foliorum oleæ, ſoreos, myrrhæ, atramenti metallici (quam melanteriam uocant) liquidi, balauſtiorum, acanthæ Aegyptiæ, ſulphuris ignem non experti, nitri, rhu rubei, rhu Syriaci, chryſocollę, aluminis, rhu coriariæ, acaciæ, ſalis ſpumę, omphacij, auripigmenti, ęquas portiones, ſub ardentiſſimo caniculæ æſtu cum aceto per dies triginta dilue & macera.

Paſtillus Nymphodoti.

SPumæ nitri unciã unã, nitri Alexandrini, ſaponis Gallici, uniuſcuiuſque unciam unã, ſalis Cappadocici, maſtiches, gallarũ, cuiuslibet denarios quatuor, rhodophyllorũ, hoc eſt foliorũ roſarum, amomi, amyli, cuiuſq; unciã unã, folij denariũ unum, fiſſilis aluminis, coſti, ſingulorum denarios duos, uini ex baccis myrti quantum ſatis eſt.

Paſtillus διὰ θαψίας hemicranicus.

LIquoris thapſiæ denarios ſedecim, myrrhæ denarios octo, opopanacis, euphorbij, ſingulorum denarios ſex, nitri, ſucci parthenici, cuiuſq; denarios quatuor, piperis, ſagapeni, uniuſcuiuſq; denarios ij. aceti quantum dicta efflagitant ſimplicia. Quum autem uſus eſt, aceto illitos poſt horas ſex lauato: uerum ſi ceſſim ac remiſſius uti fuerit conſilium, cerotæ pari menſura excipiens, cataplaſmatis modo impinge, atque per diem ac noctem ſinito.

Hypothetum ad dyſenteriam & ani coronæ dolores.

TErræ aſteris, amyli, ſingulorum uncias treis, croci uncias duas, acaciæ, tragacanthæ, uniuſcuiuſq; unciam unam, caſtorij, thuris, lycij, cuiuslibet ſemiunciã, in natura calidioribus etiam opij unciam dimidiatam, ſucco pulicariæ excipito, & effigiato in longũ cotylam dimidiam.

De Aridis & Smigmatis. Cap. XIII

ARidorum medicaminum, quæ & cataplaſmata uocantur, alia quidem affectibus hulcerũ conueniunt, alia uero cuti admouentur: & quæ hulceribus competunt, quædã ſunt σαρκωτικὰ, id eſt quæ cauitates carne replent: quædã uero tumentia ſupprimunt, & excreſcentias carnium reprimunt, quæ καταςαλτικὰ uocant: quædã κατουλωτικά, quæ cicatricẽ inducunt: quędã καυςικά, id eſt deurentia: & σηπτικὰ, id eſt quæ exedũt: & quædam deniq; ἴσχαιμα, id eſt ſanguinem comprimentia. Quæ igitur cauorũ hulcerum ſunt pharmaca, & σαρκωτικὰ ut dixi, uocantur, uel ſordida expurgando incarnant, ueluti quæ ex eruo componuntur & malo terræ (quæ græce ariſtolochia dicitur) iride, panace, myrrha, thure, aloë: aut infeſtantẽ humiditatem exiccando, quemadmodũ quę ex ære, diphryge, ſquama, charta combuſta, cortice pinus, acantha conficiuntur: eadẽ uero ipſa cicatricẽ quoq; inducunt: aut acredines & eroſiones hebetãdo, uerbi cauſſa, quæ ex pompholyge, amylo, ceruſſa, fece uini, lapide ſpeculari, oſtreis crematis, terra Samia, & id genus alijs, & quæ ex his cõponuntur, eaſdẽ habent potentias. Cæterũ ex his quæ ſupprimendi excreſcentias uim obtinent, mitiora quidẽ cenſent ex ſquama ęris, miſyos, chalcitide toſtis, & galla, cõcinnata medicamina.

Valentiora autem, quæ sunt ex atramento sutorio (quod Græci χάλκανθον uocant) ærugine, misyos, chalcitide, non deustis contexta. Quæ autem deurendi facultate sunt prædita caustica appellata, & quæ citra morsum exedunt, tum ex calce, tum ex auripigmento, tum sandaracha, tum sphecle, quę est fex uini, crematis cōstant. Cæterum hæc omnia in minutissimum quidem puluerem friata, hulcerum affectibus subdita impositáue, multo minus mordacia euadunt: Quę ex solidissimis contrà ac plenioribus conflata sunt partibus magis, mordicant. Quæ porrò sanguinem cohibent, uel astringendo, uel desiccando, uel refrigerando, uel in integrū restituendo, obstruendóue, uel deurendo, & crustā inducendo comprimunt, quorum materiam iampridem de pastillis docuimus. Præterea ex his quæ cuti adhibentur, aliqua sanè detergunt & exterunt: cuius farinæ sunt, conflata ex creta cimolia, pumice, siliqua fermenti, hordeo, peponum carne, flore salis: Aliqua uero attenuant & distrahūt, quemadmodū ea quæ ex ueratro, alcyonio, sulphure, uua passa syluestri, sinapi napy'ue, pyrethro, hordeo, lemnitide, sepiæ testa: his pręterea si calx adijciatur & auripigmentum cum aliquo liquore, psilotica redduntur, & smegmata fiunt: Quædam capiti denique admouentur, quo fluxum ex eo manantem arefaciant: cuiusmodi sunt contexta è nitro, sale, gallis, malicorijs, & id genus alijs. Smegmata postremo omnia sunt corpori refocillato & ex morbo conualescenti adhibenda.

Smegmatum usus.

Aridum cephalicum.

ERui uncias quinque, ireos, mannæ, mali terræ, squamæ æris, uniuscuiusque unciam unam cum dimidia. Aliud: Sumantur corticis pini denarij sex, thuris denarij quatuor, pumicis tantūdem, ireos denarij duo, resinæ aridæ denarij sex, mali terræ denarij duo.

Medicamentum δι' ἀλοῆς, id est ex aloë confectum.

ALoës denarios sex, erui denarios octo, mannæ denarios quatuor, gallæ denarios treis, aluminis fissi denarios duos Dialoës accipit.

Διὰ σφέκλης, id est ex fece uini cremata confectio Manethonis.

CAdmiæ combustæ atque elotæ unciam habet unam, terræ asteris unciam unam, fecis uini cremati uncias quatuor, diaphanis uncias totidem, thuris unc. iiij. quidam his amyli quoque unc. quatuor adijciunt.

Melitera Oribasij.

HAbet chalcitidis, squamę æris, gallę, balaustiorū, cærę, uniuscuiusque uncias treis, mali terræ longi unciam unam, corticum mali Punici, fissilis aluminis, singulorum unciam dimidiam.

Δι' ὀστρέων.

EX ostreis confectio recipit cadmiæ, thuris, cuiuslibet unciam unam, ostreorum combustorum uncias treis.

Διὰ λιβάνου.

MEdicamentum, quod dialibanum appellationem obtinuit, constat ex spumæ

ex ſpumæ argenti,thuris,ſquamę æris,rhoidarij, amyli,ceruſſæ,ſingulorum partibus æqualibus.

Aphroditarium.

ACcipit Aphroditarium thuris,ſquamę æris,rhoidarij,amyli,ceruſſæ æquas portiones.

Rhodia comprimens ſanguinem,& ad nomas,& carnis excreſcentias conducens.

GAllæ crudæ denarios ſex, gallæ crematæ, & uino extinctæ, aridæ denarios duodecim,ſquamæ æris atræ, ſin minus, rubræ denarios octo,chalcanthi denarios uigintiquatuor,aluminis fiſſi denarios uiginti ſeptem:macerato dies quot ſatis eſt.

Ξανθὸν,hoc eſt flauum.

ACcipit chalcitidos crematę denarios quadraginta,atramẽti ſutorij, quod chalcanthũ eſt, denarios octo,miſyos cõbuſti denarios decẽ, æris deuſti denarios quinque.

Τὸ ψαρόν.

SVmuntur miſyos unciæ quinque, gallarum unciæ quatuor, chalcitidis unciæ duæ,ſquamæ æris unciæ duæ,chalcanthi uncia una,ferruginis raſilis unciæ duæ.

Heliocaës cauſticus.

AVripigmenti libram unã, calcis aqua nõ extinctæ libras duas aqua in diebus canicularibus eliquato,deinde ubi arefeceris,utere.

Antherum.

SVmit cyperi denarios octo, myrrhæ denarios duodecim, ſandarachæ denarios treis,floris roſarum denarios duos, croci denariũ unũ, crocomagmatis,aluminis fiſſi, ireos Illyricæ,ſingulorũ denarios duos.

Διὰ χάρτου,ad nomas oris potiſſimum,& affectus qui exoriuntur in pudendis.

SQuamæ æris,chartæ combuſtæ,uniuſcuiuſq; denarios octo, auripigmenti,ſulphuris ignem non experti,cuiuslibet denarios duodecim, plumbi deuſti denarios ſex: Quo medendis humidioribus ſepedonibus utere. Aridis uero curandis roſaceo confundens, interdum etiam melli unà cum roſaceo.

Dia oxymyrſinis ad eadem.

SVmantur rhoos coriariæ unciæ duodecim, aceti myrtitis, foliorum, ſandarachæ, uniuſcuiuſque denarij octo, aridorum foliorum ſalicis, malicoriorum, cuiuslibet denarij ſex, aluminis fiſſi, chryſocollæ, aloës, chalcitidis crudæ, ſquamæ auripigmenti, ſalis communis, ſingulorum denarij quatuor.

Aridum Maſſaliotæ.

NItri,opij,chryſocollæ,lapidis Aſij,ſandarachæ,miſyos,chalcitidis, aluminis ſciſſilis,diphrygis,æquis portionibus: Arido utere.

Smegma aridū, quod refertur ad Aſclepium.

BAccarum lauri, nitri Alexādrini, ſalis fricti, ſalis Cappadocici, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſpumæ nitri, pumicis, cuiuslibet libram unam, ueratri nigri, ſtruthiј, pyrethri, ſphecles (quæ eſt uini fex) deuſtę, uuæ paſſæ ſylueſtris, napyos, cyperi, aluminis ſciſſilis, floris rotundi iunci odorati, ireos, gallarū, cuiuslibet uncias ſex, ſampſuchi libram unam, uiticis ſeminis, pulegiј, cucumeris farinę, & lupini, ſingulorū uncias ſex, chamæleontis nigri, ſulphuris, cōmeos, thuris, piperis, radicis cucumeris agreſtis, marrubiј, cretæ cimoliæ, pæoniæ, ſepiæ teſtæ, fœnogræci, foliј, coſti, cymini, euphorbiј, ſpicæ nardi, ſingulorum uncias treis. Cæterū Alexander hæc inſuper adhibuit: ſalis nitroſi, & trageſiј, cuiuſque libram unam, adarces libram unam, aluminis liquidi Celtici, cnici, grani cnidiј, graminis aridi, bryoniæ ſiccæ, uniuſcuiuſq; uncias treis.

Smegma Peponatum.

THuris, maſtiches, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſingulorū unciam unam, tragacanthæ ſeſquiunciam, ſucci omphacis uncias nouem, recentis ſeminis peponis uncias treis, ſimilaginis ſextarios quinq;, ouorū unum & uiginti albumina, ireos uncias quatuor. Sunt autem qui hellebori nigri uncias quoq; duas inſerant.

Aliter Critonis.

SIliquæ modiū unū, ſiliginis ſextarium unū, trifoliј, myrobalani, ireos Illyricæ, uniuſcuiuſq; libras quatuor, guttæ ammoniaci thymiamatis, coſti, ſingulorum libram unam, ouorum tenues albores, peponum carnis ſextarios duos, omphacis ſucci tantundem. Irrigato, & conformans paſtillos arefacito, deinde conciſis & attaminatis utere. Aliud: Tragacanthes, thuris, maſtiches, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſingulorum denarios decem, ſucci omphacis, ſiliginis, uniuſcuiuſq; denarios quinq;, alboris ouorum unciam unam, carnium peponum uncias decem. Præparato quemadmodum prædictum eſt.

Smegma caput catarrhoſum exiccans.

HAbet nitri Alexandrini, tritici uncias quinque, ſalis communis fricti, ſalis Cappadocici, ſingulorū unciam unam: hæc contrita & macerata acerrimo aceto iniјce lineo ſacculo, & in camino donec redigatur in carbones comburito: deinde refrigerans, leuigatis extere, cum uino inſtillans in balneo.

Sapo Conſtantini.

ROſarum aridarum, aloës, gallarum, malicoriorum, fœniculi, ſarcocollæ, uniuſcuiuſq; uncias treis, balauſtiorum, myrrhę, ſandarachæ, ſpicæ nardi, ſingulorū uncias duas, coſti unciam unam, ſaponis gallici libram unam, excipe lupinorum decocto.

Aridum pſilothrum podagricum.

MAſtiches, thuris maſculi, uuæ paſſæ ſylueſtris, ueratri albi, ſpumæ argenti, cuiuſq; uncias treis, foliј, amyli, ueratri nigri, lapidis Aſiј

floris,

floris, singulorum unciam unam, alcyonij, pumicis assati, cretæ cimolię, sampsuchi, uniuscuiusꝗ uncias treis, spicæ nardi unciam unã: aliqui uero indunt etiam aloës unciam unam: Aridum concisum in uase contine: quum utendum erit, proijce succũ oryzæ & ptisanæ in aululam: ubi macerata fuerint, immitte aridi unciam unam & dimidiatã, saponis Gallici, auripigmenti scissi, sandarachæ, uniuscuiusꝗ sesquiunciã, calcis aqua non extinctæ recentis libram unam. Vtendum autem istiusmodi unguento ter in mense, nono uidelicet lunæ die, & undeuigesimo & undetricesimo in annum. Post hunc uero semel in mense, luna uigesimum nonum diem agente.

De unctionibus quæ ori inseruiunt, & gutturi, ac faucibus. Cap. XIIII

QVanto summa cutis rariore molliorecꝗ est tunicula; tantum etiam usus stomachicorum medicaminum uariat. Ab initio igitur inflammationis, pharmacis quæ id quod se in eam partem insinuat ac influit, expellũt & repercutiũt, opus est: cuiusmodi uticꝗ sunt, Arida quidẽ, & omphacium, & galla omphacitis, id est immatura: succus item rhu, & hypocistidis, & aluminis, pinicꝗ & thuris cortex: præterea flores mali Punici, quæ balaustia dicunt: atꝗ ut summatim expediam, quæcũꝗ astringendi uim obtinent, excepto amaro & uirulento remedio. Liquida uero eiusdem facultatis sunt, succus mororum atꝗ battinorum, & eorum quę appellantur sicamina, uiridiumꝗ nucum corticis, & malorũ granatorũ, præsertim acidorũ, malorum cotoneorũ, mustũ & Amineum. Cæterũ mel circa principium conseruationis pharmacorum, & eius solius gratia admiscetur. Quum aũt liquidũ cõstiterit, quæ cõcoctionem promouent atꝗ adiuuant, neꝗ mediocrem etiam dissipandi ac digerẽdi uim obtinẽt, admiscenda sunt: cuius generis censentur crocus, myrrha, & glycyrizæ succus: Et uniuerso quod inter uigorẽ & decrementum est tempore, mixto quopiam ex utrisꝗ, reijciente uidelicet & discutiente opus est: & primo quidem repercussiua, mox uero distrahentia apprehẽdito, ac utere. In uigoris uero remissione solis absque astrictione disijcientibus utendum est: cuius farinæ sunt, nitrum, & spuma eius, origanumꝗ, & hyssopum, atꝗ thymus, nepita præterea, & iris, besasaꝗ, & consimilia. Porrò liquidum aliquando σίραιον esto, tum id quod à musto decocto, tum quod à ficubus aridis & dactylis: atꝗ ipsum etiam mustum dulce, cum melle. Quando uero inflammationis quippiam decesserit, sulphuris etiam ignem non experti aliquid admiscendum est. Coquendus autem est ante omnia succus cum melle, ad mellis usque liquidioris consistentiam: mox arida leuigata inspergito: deinde tantisper dum omnia ad unguem & exacte coëant, moderate elixato, ac tum denique in uitreis uasis accurate recondito.

Simplex διὰ μόρων.

DIamoron ſimplex cõficitur ex mororum ſucci ſextarijs tribus, quibus antea decoctis ad conſumptionẽ tertiæ partis, inijce mellis ſextarium unum, & denuo ad mellis uſq; ſpiſſitudinem decoquito.

Διὰ μόρων compoſitum.

COquito mororum ſucci cotylas ſex ad ſtrigmenti balneorũ craſſitudinem, deinde admiſce contrita, croci denarium unum, myrrhæ denarios duos, omphacis denarium unũ, ſchiſti lapidis triobolum, mellis cotylam unam, atq; donec craſſitudinem induat, decoquito.

De Batinis moris.

CAeterum ex moris quoque batinis diamoron hoc conſimiliter præparatur, & aſtringentius eſt.

Διὰ καρύων ſimplex.

NVcum uiridium corticis contuſi ſuccus pondo cotylarum quinque, mellis cotyla una, coquitur ad diametrum.

Διὰ καρύων compoſitum.

AB initio quidem ſtatim & in uigore, in oris inflãmationibus miſcere oportet croci & aluminis, uniuſcuiuſq; denarium unum, myrrhæ denarios duos, in declinatione aũt propter diſſipationẽ, nitri denarium unum, ſulphuris tantundẽ, prædictorum quantũ cum ſucci tum mellis.

Διὰ χύμου τῶν ῥοῶν, id eſt ex ſucco mali Punici.

MAlorum granatorũ apyrinorũ dulcium ſucci ſextarios quatuor, malorum Punicorũ acidorũ ſucci ſextarios duos, mellis ſextariũ unũ, myrrhæ Hemineæ denarios octo, crocomagmatis, gallæ, uniuſcuiuſq; denarios octo, aluminis ſciſſi denarios quatuor, ireos Illyricæ denarios octo, omphacij denarios octo. Præpara quemadmodum Diamoron.

Idem aliter.

SVcci malorum Punicorum dulcium cum teſtis combuſtorum ſextarios ſex, mellis boni ſextarium unum, aluminis fiſſilis unciam unam, myrrhæ unciam dimidiam.

Διὰ γλεύκους, hoc eſt ex muſto medicamentum.

MVſti ſextarios ſex, gallę, aluminis fiſſi, ſingulorum denarios duos, croci, myrrhæ, uniuſcuiuſq; denarium unum, ſi quidem mitigare uolueris, mulſum dulce eſto, ſi uero retundere ac reijcere, auſterum, medium uero inter utrunq; quodammodo conſiſtit.

Aegyptia ori inſeruiens.

MEllis libra una, olei unciæ octo, reſinæ terebinthinæ unciæ duæ, croci denarij quatuor, in diplomate (uaſe fictili ſeu æneo) eliquant.

Διὰ τοῦ βησασᾶ, id eſt ex ruta ſylueſtri.

SEminis aniſi, apij ſeminis, floris rotũdi iunci odorati, ſeminis ammeos, aluminis ſciſſilis, ireos Illyricæ, beſaſa, quod nõnulli harmala nuncupant, eſt aũt ruta ſylueſtris, cinnamomi, myrrhę troglitidos, croci, gallæ, ſingulorũ unciam unã, mali terræ longi, caſſiæ, crocomagmatis, roſarum aridarum,

Beſaſa.

aridarum,cuiusq; unciam unam,costi, hyrundinum stercoris seu cineris recentis,cuiuslibet uncias treis,nardi Indicæ,amomi,uniuscuiusque unciam dimidiam,mellis quantum sufficit.

Suaues & frugi potiones. Cap. XV

DVlcium pariter & utilium potionũ aliæ quidem ex uino componuntur,missis in ipsum quibusdam dulcibus:uerbi caussa, pipere,absynthio,casamo,& aliis cõpluribus,ex quibus nomenclaturam nonnunquam mutuant, quandoq; melle quidem admixto,quandoq; uero nõ:aliæ uero ex aqua,in qua elixantur mala uel rosæ quædam, puta omphacis,malorum granatorum,myrtorum: Cõmiscetur ob hoc melle optimo despumato cõseruationis gratia & dulcoris,interdum etiam utile,prȩterquã quod à Cibyra paruis uasculis importatur austerũ & uinosum hydromalũ: hoc etiã potest sine melle confici, quemadmodũ ẻ diuerso apomel ex solo melle & aqua,citra aliquam aliam essentiam. Cæterũ ex uino quidem composita, quæ & propomata uocant,mellis despumati sextarium unum, ad uini sextarios quatuor assumunt,& componuntur incocta. Quæ uero ex aqua & succo, si quidem coquantur,unam mellis partem ad treis accipito, liquore in concoctione ad duas fermẻ partes consumpto:quod si non decoquãtur, unam mellis ad duas liquoris. Quæ autem non elixantur omnino, quantum satis est insolanda sunt,præsertim omphacomel: decoquere autem congruit ex aqua, quoniam propter imbecillitatem facile alteratur. Omnia porrò exiguis testaceis uasis incrustatis reponenda sunt, accurateq; & tuto operculantes,in cœnaculis usq; dum decoquantur locabimus. Attenuandi insuper uim habẽtibus,egregie aqua temperatis utere. Omphacomel aũt,postquã efferbuerit instar musti, & cõstiterit, tum operculato. Quocirca quæ ex uino cõsistunt, in his qui à febre omnino immunes sunt,maxime utimur, uel solius uoluptatis gratia,nisi ex scammonia,aut cocco cnidio, aut id genus purgandi uim habentibus fiant: & propter istiusmodi affectiones, in quibus etiam eiicientibus medicamẽtis per os aliquis uti queat. His uero quæ ex aqua aut liquoribus quibusdam consiunt,in febrientibus utendum, nunc quidem tanquam cõdimentis,quũ morbus languentibus uini usum non permittit, nunc uero etiam alternatim affectionibus, puta ex melle quidem, ad sputum agendum, uel ad lotium ciendum, uel uentrem laxandũ, uel humorem crassum attenuandum cõgruit. Hydromalo autem & hydrorosato cum in sitibundis,tum in ambustis,tum dissolutis,tum stomacho deniq; imbecillis. Omphacomelite autem & myrtite,& rodostacto,& rhœte,non in cœliacis solum, sed & dysentericis, tum euomentibus, tum aliis fluxionum morbis, his denique lauaminibus,quæ Græci διακλύσματα appellant,subinde in oris affectionibus utimur.

Apomel. *Propomata.* *Hydromalum.* *Omphacomel.*

Hydromalum ex succo malorum.

SVmuntur succi malorum cotoneorum mundorũ contusorũ sextarii

duo, mellis sextarij treis, aquæ sextarij sex: coquito identidem despumans usq; ad tertias. Aliud: Malorum cydoniorum concisorum purorũ libræ quinq;, in aquæ fontis sextarijs decem tantisper elixato, dum eliquata subiuga reddantur, & ubi exemeris, refrigerata tandem cola, & expresso cremore mala proijce, aquam uero metiens, mellis quantitatem dimidiã aquæ admisceto, & rursus assidue despumãdo donec octaua pars euanescat, decoque. Sunt uero nonnulli qui hydromalum ex malis dulcibus consimiliter composuerunt.

Hydrorosati compositio.

CONficitur hydrorosatum è rosarum detractis unguibus libris quatuor, aquæ sextarijs quinq;, mellis sextarijs duobus.

Rhodomali præparatio.

ACcipit rhodomali confectio succi pomorũ cydoniorum sextarium unum, rosarum libras treis, mellis sextarios treis, aquæ sextarios quinq;. Cęterum quoniam tempore quo rosarum copia ad manũ est, cotonea mala haberi & reperiri nõ possunt, necessarium fuerit easdem suo tempore melle cõditas reseruare, & quamprimũ mala apparuerint, uniuersam compositionem absoluere.

Omphacomelitis concinnatio.

OMphacomel si conficere fert animus, omphacis succi sextarios tres, mellis sextarium unum miscens, per quadraginta dies in solem exponito, siue igne decoquito.

Myrteti præparatio.

MYrtetum, hoc est ex myrtis confectionem effigiabis, si succi myrtorum sextarios treis, mellis sextarium unum identidem despumando, ad consumptionem usq; tertiæ partis decoxeris.

Apomel ex monumentis Philagrij.

ACcipit apomel albescentium fauorũ melle infartorũ libram unam, aquæ fontanæ libras treis cum dimidiata: fauum in minutas portiones dissecando, emolliendo, & uniendo, aquam cum melle decoquito, tantisper dum spuma eius & ueluti crispum cereum'ue, plenum ex parte relinquatur, atque tum refrigerans denique, summa cura in uase conuenienti reconde.

Rhodostacti compositio.

SVcci rosarum unguibus detractis sextarios duos, mellis sextarium unum, decoquito usque despumando, donec pars quarta coctura euanescat.

Rhœti præparatio.

DEcoquito ad tertias succi rosarum sextarios treis, mellis sextarios quinque.

De collyrijs, & ijs quæ fronti in oculorum fluxionibus applicantur medelis, quæ ἀνακολλήματα medici appellant. Cap. XVI

OCularium medicamentorum materia diuersi generis est, liquores nanq; & succi, & semina, fructusq́;, & plantarum partes, atq; metallica oculis laborantibus adhibentur & inferuntur: è quorum numero quidem censentur, quæ acredines & asperitates mitigant, & ueluti ab obstructione uindicant, quemadmodũ pompholyx (quam Latini bullam appellant) cinerula, amylum, plumbum, Samius aster, cadmia, omnia abluta, & oui albumen. Quibus utiq; non nisi capite prius euacuato utendum: nam si id refertum humoribus fuerit, ne distentione oculorum tunicæ rumpantur, periculum est. His uero contraria, acri uidelicet natura prædita, oppilationes laxant, & euacuant cõstrictiones: ueluti liquores, cum Cyrenaicus uidelicet, tum Medicus, & sagapenũ, & euphorbium, & id genus alia. Quædam uero sordida abstergunt hulcera: uerbi caussa, squama æris, æs, chalcitis, misy, sori, flos æris, & stibia cremata. Cæterum his finitima σμηκτικὰ uocata, nempe auripigmentum, sandaracha, lapidis asij flos. Alia stiptica, & ex his quædam sanè moderate astringunt, quæ multiplicis usus, ophthalmijs, & hulceribus, & fluxionibus auxilio sunt: cuius farinæ sunt, rosarũ folia, flores item, & fructus spicę nardi, foliumq́;, & crocus, glauciũ item, & hypocistis. Alia uero stipticitatem potentiorẽ obtinent, potissimum quum medicaminibus, quibus oculorum speciem acuendi prouincia delegata est, implicantur: è quorum classe sunt, omphacium, acacia, balaustia, cytini, gallæ. Alia uero cõcoquendi & distrahendi uim obtinent, ut myrrha, crocus, castorium, libanotus, fœnogræci succus. Ex compositis autem ophthalmicis, quædam sanè plastica sunt, & simpliciter dicuntur, quædam uero ξηροκολλούρια, id est arida collyria, quædã item ὑγροκολλούρια, hoc est liquida collyria: proinde plastica quidem omnem prædictam materiam admittunt, & omnibus conueniunt affectionibus. Præparantur maxime uere: æstate etenim uirtus ipsorum perit & exhalat, hyeme uero speciebus rigentibus neque coalescunt, necq; temperari possunt. Terito præterea, humorem impurũ affundendo, ne metallica quidem subsidant, odoramenta autem emergant: cæterum paulò post tanquam strigmentosum conteratur. Aqua porrò pluuialis esto, tum quod tenuium partiũ est, tum quod mediocriter astringit: si quidem uino, aut quopiam succo eliquantur ipsa & conteruntur, metallica longo quidem tempore, per succum uero breui. Postremo autem post exactam colliquationem gummi adijcito, & ubi conformaueris, uasis æreis maxime & uitreis reponito: satius uero fuerit humore maceratis protinus uti, metallica uero sinere. Ex aridis porrò collyrijs, quæ Græci ξηροκολλούρια appellant, alia quidem eliquandi & exterendi callos, ficationes (quas συκώσεις dicunt) pterygia, & scabiem facultatem obtinent, ex chalcitide, & ferrugine, & misyos composita. Alia uero apodacrytica, id est lachrimas prolicientia, quæ oppilationibus, & oculorum hebetudinibus

Localia non adhibenda oculis, nisi capite euacuato.

Aqua cœlestis.

conueniunt, & ex his pipere & ſpica nardi: Alia uero προφυλακτικά, id eſt præſeruatiua præarcendo ac prohibendo inſtillationes: qualia ſunt conflata ex lapide phrygio, ſarcocolla, glaucio, aloë, cadmia, ſtibio, & croco. Omnia in minutiſſimum puluerem trita, applicentur oculis. Alia autem hygrocollyria, hoc eſt liquida collyria, præparantur quidem ex melle Attico, & opobalſamo, & oleo tenuium partium propter uetuſtatem, ſucco item fœniculi, & fellibus diuerſorum animalium, ſuccoq; Cyrenaico, & alijs quamplurimis. Opitulantur autem oculorum hebetudinibus, & inchoantibus ſuffuſionibus, extenuantia, excalfacientia, & expurgantia. Vtere præterea his & omnibus acribus, capite iam inanito, tum in ſereno, tum puro, tum boreali, neq; ſupra modũ gelido, neque nimium calido aëre circumfuſo. Quæ autem anacollemata, id eſt reglutinatiua uocãtur, ex his quæ opplendi, glutinandi, cõſtringendi, uel refrigerandi, uel conſtipandi, uel arefaciendi deniq; poteſtate ſunt prædita, contexuntur: uerbi cauſſa, polline, manna, terrã Samia, myrrha, cochleis, acacię ſucco, cum albore oui. Adglutinantur autem anacollemata fronti, in quibus non abditus humor, ſed in aperto exiſtit.

Anacollematum locus.

Monemeron ad auſpicantes primum & inueteratas iam oculorum dolores, quas ὀφθαλμίας uocant.

ACaciæ denarios trigintaſex, commeos denarios triginta duos, cadmiæ denarios uigintiquatuor, æris deuſti atque abluti denarios octo, opij denarium unum, uino auſtero diſſolue. Diſtrahit & deſiccat.

Chiacum collyrium.

RVbricæ Sinopicæ, gallæ omphacitidis, id eſt immaturæ, croci, roſarum recentium detractis unguibus floris, quem thylaca uocamus, commeos, ſingulorum uncias treis, opij unciam unam, uino Amineo, uel Phalerno, uel Chio aſtringente eliquato & conterito. Eſto autem uinum minime maritimum.

Cygnarium.

CAdmiæ combuſtæ atq; ablutæ uncias ſex, ceruſſæ lotæ uncias quatuor, pompholygis uncias quatuor, amyli uncias duas, tragacanthę, opij exiccati, cõmeos, uniuſcuiuſq; uncias duas, aqua cœleſti contere.

Κιῤῥὸς κύκνος, Flauus cygnus.

MEdicamentum cui nomen inditũ eſt Giluus cygnus, accipit cadmię crematæ ablutæ uncias duas, terræ aſteris uncias duas, ceruſſæ uncias quatuor, pompholygis uncias octo, amyli, opij, cuiuſq; uncias duas, acaciæ, tragacanthæ, ſingulorum unciam unam, commeos uncias quatuor, quæ omnia in aqua pluuiali leuigantur.

Λευκὸς κύκνος, Candidus cygnus.

CAdmiæ uncias quindecim, ceruſſæ uncias ſeptendecim, opij denarios octo, thuris denarios ſeptem, amyli uncias ſeptem, cõmeos denarios tredecim, aqua cœleſti eliquato.

Pellarium

Pellarium ad hulcera.

CAdmiæ,ceruſſæ,uniuſcuiuſq; denarios uigintiquatuor,acacię,opij, ſingulorum denarios octodecim,commeos,tragacanthę,amyli,cuiuslibet denarios octo, myrrhæ denarios treis,æris,croci,cuiuſq; denarium unum & dimidium,aqua diſſolue.

Phœum ad hypopios & ingentes affectus.

CAdmiæ tenerioris denarios uigintiquatuor,ceruſſæ uiginti ſex,ęruginis raſæ denarios duodecim, ſtibij denarios octo, aluminis fiſſi, chalcitidis combuſtæ, ſingulorũ denarios treis, nardi Indicæ denarios quatuor, omphacij denarios duos, æris denarium unum, ſquamæ æris denarios octo, erices fructus denarios tredecim, ſucci papaueris denarios uigintiquatuor, croci denarios quatuor,caſtorij denarios treis,myrrhæ denarios ſex,lycij Indici,acaciæ,commeos ſingulorũ denarios quatuor, roſarum recentium denarios duos & dimidium, uino Phalerno, aut Surrentino,aut Amineo,aut Chio auſtero leuigato & eliquato. Illinitur ter in die aquoſum, infuſum per ſuccum fœnogræci, deinde oui, & lactis, poſtremo aqua,& crebrius.

Διαζεμάτων.

CAdmiæ uncias ſedecim, ceruſſæ uncias octo,amyli, opij, tragacanthæ,acaciæ,ſingulorũ uncias duas, commeos uncias ſex, eliqua decocto roſarum aridarum, melilotorum, papaueris, capitum papaueris, glycyrizæ, æquali ſingulorum portione.

Διὰ ὕδρας repercuſſiuorum.

POri, qui in cerealibus uaſculis reperitur, libras treis, cadmiæ crematæ & ablutæ libram unam,ceruſſæ lotæ,pompholygis lotæ, terræ aſteris ablutæ,ſingulorũ uncias ſex,thuris,myrrhæ,uniuſcuiuſq; unciam unam,ſucci ſeminis lini, herbæ pulicaris, ptiſanæ, fœnogræci, cuiuslibet libram unam,tragacanthæ uncias ſex,cõmeos libram unam.

Iambonis.

CAdmię unc.unam, pompholygis uncias quatuor,ceruſſę lib.unam, tragacanthæ, commeos,opij,cuiuſq; uncias iiij. aquam pluuialem.

Spodiacũ ad inflammationes & fluxiones & rhymoſes.

THuris,ſtibij,ſingulorũ drachmas centum,cadmię,ceruſſæ,uniuſcuiuſq; drach. uigintiquatuor,terræ Samię,ſucci papaueris,cuiuslibet drach.treis,cõmeos drach.quindecim, cõterito & eliquato in ſucco thaliæ, quæ eſt ſummus colliculus in noua germinatione oleæ. Cæterũ ſuccum hoc modo facito: molliora oleæ folia lota,in mortariolo aquã affundens contundito, & per linteum exprimito. *Thalia.*

Διὰ θαλίας molle ac tenerum.

THuris denarios quatuor, ſtibij denarios quindecim, cadmiæ denarios duodeuiginti,ceruſſæ denarios undequinquaginta,terrę Samię denarios octodecim,opij denarios ſex,commeos denarium unũ, plumbi combuſti & abluti denarios octo,excipe ſucco thaliæ.

Δια θαλίας.

AEris cremati denarios duodecim,ſandycis unc. uigintiquatuor, foliorum oleæ, opij, ſingulorū uncias duas,commeos unciam unam, uino ſpathite uel Amineo contere.

Διάσμυρνον Claudiacum.

GLaucij, ſarcocollæ, ſingulorum drachmas quadragintaoc̄to, croci drachmas uigintiquatuor,opij,myrrhę,hæmatitę,uniuſcuiuſq; drachmas ſex,tragacanthæ drachmas duodequinquaginta, commeos drachmas ſedecim, uino Italico excipe. Vſus eius ex ouo.

Aliud διάσμυρνον, ad rhyadas oculorū uitia, quibus obnoxij canthi lachrymas continere nequeunt,& ad Aegylopas.

CAdmiæ lotæ,lapidis hæmatitæ abluti, ſingulorum drachmas uigintiocto, myrrhæ, cinerulæ, quod ſpodion græce uocant, cypriæ, uniuſcuiuſq; drachmas uigintiquatuor, opij drachmas octo, croci drachmas quatuor: ſunt qui accipiant drachmas octo, piperis candidi grana triginta, commeos drachmas ſedecim, uino Italico excipe. Vſus eius confecturæ cum ouo in recenter aqua inter cutē laborantibus probatur.

Stacticum Profechij.

CAdmiæ, commeos,ſingulorum denarios uiginti, ſtibij, chalcanthi, cuiuſq; denarios octo,opij denarios quatuordecim,ferruginis raſilis drachmas decem,piperis albi denarios ſex, croci denarios octo, miſyos crudi denarios octo,opobalſami denarios quatuor,cum aqua.

Hygidium Ammonij.

CAdmię,æris,uniuſcuiuſq; denarios ſedecim,ceruſſæ,caſtorij,aloës, croci,cuiuslibet denarios quatuor,ſquamę denarios quinq;, florum roſarum,plumbi cremati,ſingulorum denarios octo,lycij denarios treis, lapidis ſchiſtes denarios quatuor,opij denarios decem,acaciæ denarios quadraginta, commeos denarios duodequinquaginta, aquæ quantum ſatis eſſe uidetur.

Olympus ſiue olympiacum.

ACaciæ, ſpicæ nardi, thuris, ſingulorum denarios octo, æris combuſti & abluti, ſtibij cremati & colluti, ceruſſæ toſtæ & lotæ, cadmiæ,uniuſcuiuſq; denarios duodecim, myrrhæ, opij exiccati,cuiuslibet denarios quatuor, croci denarios quinq;, æruginis raſæ denarios treis, lapidis ſciſſilis, ſquamæ rubeæ,lycij Indici,omphacij, cuiuſq; denarium unum, caſtorij, florum roſarum,uniuſcuiuſq; denarios duos, phœnicobalanorum denarios quatuor, conſimiliter etiam oſſa dactylorum crematorum numero quinq;,commeos uncias quinq;,aquę pluuialis quantum ſufficit, irrigātur autem & macerantur in aqua dies naturales treis: calami odorati, alterci ſeminis, roſarū aridarū,cuiuslibet denarios quatuor, folij denarium unum.

Nardinum.

CAdmiæ,croci, commeos,ſingulorum denarios trigintaſex,æris cremati

mati denarios octodecim, ſtibij, acaciæ, ſingulorum denarios triginta, nardi Syriacæ denarios duodecim, opij, myrrhæ, uniuſcuiuſque denarios ſedecim, cum aqua.

Theodotium paruum.

ACcipit ſtibij, acaciæ, ſingulorum denarios uiginti, æris toſti denarios octo, ceruſſæ denarios quatuor, myrrhæ tantundẽ, æruginis denarios duos, aloës, meconij, lycij, ſingulorum denarium unum, aquæ pluuialis quantum ſatis eſt.

Rhinarium.

LApidis hæmatitæ, lapidis ſchiſti, uniuſcuiuſque denarios ſedecim, æris cremati, cadmiæ, ferruginis, cuiuslibet denarios octo, opij denarios quinque, chalcitidis denarios duos, commeos denarios octo, uino conterito.

Oxyſter.

SVmit pumicis combuſti, miſyos cremati, oſtrij toſti, ſingulorum uncias ſex, cadmiæ, opij, chalcitidis deuſtæ, croci, aloës hepatitidis, caſtorij, folij, cuiuslibet denarios duos, ſtibij, acaciæ, uniuſcuiuſq; unciam unam, æris uſti uncias quatuor, myrrhæ troglitidis denarios quatuor, ſpicæ nardi denarium unum, ceruſſæ denarios octo, cõmeos unciam dimidiatam, aquam pluuiam. Quidam uinum quoq; admiſcent.

Hecatombe ad cicatrices craſſas.

COnſtat cadmiæ crematæ atq; ablutæ, æris combuſti pariter & abluti, uniuſcuiuſq; denarijs octo, ſtibij deuſti, acaciæ, cõmeos gilui, ſingulorũ denarijs quindecim, aloës, gallę, uermicularis æruginis, caſtorij, lycij, ſpicę nardi, croci, opij, myrrhæ, ceruſſæ, ſcobis hebeni, chalcitidis, ſingulorũ denario uno, roſarũ denarijs ſexaginta, aqua pluuia ſufficiẽte.

Διὰ κέρατος, ex monumentis Galeni.

PLumbi combuſti, cornu ceruini cremati, ſingulorum uncias duas, ceruſſæ, ſquamæ æris, amyli, thuris, ſepiæ teſtæ deuſtæ, æruginis, myrrhæ, commeos, uniuſcuiuſq; unciam unam, & aquam pluuialem.

Διὰ λιβάνου, id eſt confectio e thure.

HAbet thuris uncias ſex, cadmiæ, pompholygis, terræ aſteris, amyli, commeos, ſingulorum quadrantem, ceruſſæ ſelibram, ſquamæ æris uncias quatuor, tragacanthæ quadrantem, opij uncias ſex, aquæ pluuialis quantum ſatis eſt.

Libanium.

CAdmiæ lotæ, amyli, ſingulorum denarios duodecim, ceruſſæ tantundem, ſpodij, pompholygis, aſteris, plumbi cremati & abluti, tragacanthæ, uniuſcuiuſq; denarios octo, opij denarios duodecim, commeos denarios quatuor, aquam pluuialem, & ouorũ uiginti albores. Quidam etiam adijciunt myrrhæ denarios quatuor.

Aſter Magni.

POmpholygis, cadmiæ, ceruſſæ, ſingulorũ denarios ſedecim, plumbi

denarios octo,amyli denarios octodecim,thuris denarios decem,terræ asteris denarios duodecim,myrrhæ denarios duos,tragacanthæ, commeos, uniuscuiusque denarios octo,cum aqua.

Vranium.

HAbet terræ asteris,piperis,cuiusque quadrantẽ,cinerulæ lotæ unc.i. commeos uncias iiij. stibij cremati atque abluti uncias duas, squamæ lotæ unciã i.opij denarios sex, cadmiæ combustæ & elotæ denarios ij. aquam pluuialem. Quod quidem incarnat, atque repercutiendo reijcit.

Διὰ χύλου τήλεως, id est ex succo fœnogræci.

COntere & eliquato in succo fœnogræci,cadmiæ,tragacanthæ, singulorum uncias octo, cerussæ,amyli,uniuscuiusque uncias triginta, opij unciam unam.

Collyrium Cleonis.

HAbet pompholygis,plumbi,singulorũ uncias quinque, croci sesquiunciam,squamæ stomomatis unciam unam,commeos uncias duas, & aquam pluuialem: Aquosum illinito.

Diarhodon collyrium è septuagintaduabus.

ROsarum uiridiũ uncias septuagintaduas, cadmiæ combustæ & elotæ denarios uigintiquatuor,æruginis rasæ denarios duos,spicæ nardi denariũ unũ,squamæ æris lotæ denarios duos, stibij tosti atque abluti, opij,myrrhę,uniuscuiusque denarios treis,croci unciam unam,amyli denarios duos,cõmeos denarios uigintiquatuor, & aquam pluuialem.

Diarhodon album.

CAdmiæ deustæ atque ablutæ,cerussæ elotæ,singulorum librã unam, amyli,opij,tragacanthæ,uniuscuiusque quadrantẽ,aloës unciam unã & dimidiam, commeos uncias treis, croci sesquiunciam,rosarum ad unguem exquisitarum uncias sex, & aquam.

Διαλόης,id est ex aloë collyrium.

DIaloës compositio habet cadmiæ,cerussæ,aloës,singulorum uncias decem,rosarũ uiridium uncias sex, amyli quadrantem, opij unciam unam, tragacanthæ uncias duas, commeos uncias treis, aquæ pluuiæ quantum satis est.

Crocinum diarhodum.

Διάρροδον cognomento crocinum constat ex spicæ nardi, rosarum aridarum, aloës, singulorum denarijs duobus, alterci albi denario uno & dimidio,croci denarijs quatuor & semisse,glaucij uncijs sex, sarcocollæ uncijs sex,opij denarijs duobus, tragacãthæ uncia una,& aqua denique pluuiali sufficiente.

Diarhodon Nili.

HAbet rosarum tenellarũ denarios quatuor,croci denarios duos,papaueris obolum unũ,cõmeos denarios quatuor,& aquã pluuiam.

ὁ λυγκεὺς oxydorcicus, id est Lynceus uisum acuens.

CAdmiæ, æris cremati, guttæ ammoniaci thymiamatis, singulorum denarios

denarios duodecim,myrrhę,lapidis hæmatitæ,opiȷ Thebæi, uniuscuiusque denarios ſex,aloës hepatitidis,fellis taurini,galbani,ſagapeni,ſingulorũ denarios quatuor, ferruginis raſilis,ſucci panacis,ſalis ammoniaci, cuiuslibet denarium unũ,cõmeos denarios ſex, & aquam pluuialem.

Proteus ad eadem,& cicatrices extenuans.

CAdmię,ceruſſæ,chalcitidis crudi,ſingulorum denarios quadraginta, piperis ſeſquidrachmã, ſucci Cyrenaici denarios octo, croci denarios duodecim, opiȷ Thebæi denarios decem, ſagapeni ſeſquiunciã, oliuæ Aethiopicæ tantundem, auripigmenti,aluminis fiſſi, ſingulorum unciam unam,myrrhæ unciam unã cum dimidia,guttæ ammoniaci thymiamatis denarios uiginti, opopanacis denarios ſedecim, opobalſami denarios decem,commeos denarios uiginti,aqua pluuiali excipito.

Medicamentum ex ſucco fœniculi.

CAdmiæ denarios ſumit ſeptendecim, atramenti librariȷ Indici denarios ſedecim, piperis longi denarios tredecim, & albi denarios duodecim,ſucci Cyrenaici unciam unã,opobalſami,ſpicæ nardi, ſingulorum denarios ſex,ſagapeni,opopanacis,cuiuſq; denarios quinq;,opiȷ denarios quatuor,euphorbiȷ denarium unum,commeos denarium unũ, leuigato in ſucco fœniculi.

Medicamentum διὰ ὀποβαλσάμυ, id eſt ex ſucco balſami confectum.

CAdmię,ceruſſæ,cuiuſq; denarios octo,omphaciȷ denarios quatuor, piperis albi uncias ſedecim,opiȷ denarios quatuor, opobalſami,cõmeos,ſingulorum denarios ſedecim,& aquam pluuialem.

Thalaſſerus.

CAdmiæ uncias octo,æruginis uncias duas,atramenti librariȷ Indici uncias octo, piperis albi uncias quatuor, ſucci Medici unciam unã, opobalſami uncias duas,commeos uncias ſex, admixta aqua.

Harmation.

GVttæ ammoniaci thymiamatis,ęris combuſti,corticis thuris,ſingulorum denarios quatuor, æruginis denarium unum, commeos denarios quatuor,cum aqua cœleſti.

Malabathrinum,quod etiam appellatur Iſotheum.

CAdmię denarios ſedecim,ęris cremati atq; abluti denarios quatuordecim,opiȷ,lyciȷ Indici,malabathri,nardi Indicæ,croci,aloës, ſingulorum denarios duos,caſtoriȷ denarios octo,myrrhę denarios quatuor, acaciæ,ſtibiȷ, uniuſcuiuſq; denarios quadraginta,aqua excipito.

Η χρῆσις δὶ ὠοῦ παχύτερον δὶ οἴνου.

CAdmiæ, lapidis hæmatitæ & ſciſſi, ſingulorum denarios quadraginta, æris cremati denarios triginta, chalcitidis denarios triginta duos,papaueris ſeminis denarios tredecim. Aqua decoquẽs meconium & ſuccum exprimens iniȷce,& eliquato in uino ſpathite,ſeu Aminæo.

Aliud δι' οἴνου.

AEris combuſti, cadmiæ placitidis, ſingulorum uncias nouem, lapidis hæmatitæ lotæ uncias ſex, croci, myrrhæ, aloës, guttæ ammoniaci thymiamatis, uniuſcuiuſq; quadrantē, lycij Indici, ſpicæ nardi, cuiuslibet unciam unam & dimidiam, piperis albi grana ſeſquicentena, acaciæ giluæ uncias nouem, commeos uncias treis, uino Phalerno aut Aminæo contere.

Medicamentum ex duobus lapidum generibus trachomaticum.

LApidis hæmatitæ, & ſchiſti, caſſiæ, ſingulorum denarios duodeuiginti, æris, cadmiæ, opij, æruginis raſæ, uniuſcuiuſq; denarios nouem, cōmeos tantundem, chalcitidis toſtæ denarios ſex: adijce aquam.

Xerocollyrium Galeni præſeruans.

LApidis Phrygij in tenues partes diſſecti, & in aulula donec ignitæ reddantur deuſti, & butyro recente extincti, deinde denuo cōſimiliter toſti, & uino Phalerno extincti, atq; tertio combuſti, melleq; extincti & exiccati libram unam, æris cremati, piperis albi, folij, ſingulorum unciam unam, ſtibij unciam unam cum dimidia: & ubi ſingula leuigata & eliquata fuerint, & quum tollere medicamentum uolueris, ſuccum balſami non craſſi ſed pellucidiſſimi unciam unā inijcias: prohibet enim illud ne aridum reddatur medicamentū. Vtere autem illo circa ſolas palpebras, adhibendo melam inſtrumentum, tunicas nō attingens, uerum ut ſolis palpebris diductis immitatur pharmacum. Illinito autem non ſemel modò, uerū ſæpius cum ante, tum poſt cibum, & potiſſimum quum iam ſenſerint oculorū dolorem, quem ophthalmiam appellant: mirifice nanq; & plus quouis alio medicamento præſeruat.

Aridum Diacrocum.

GLutini carnis, quam ſarcocollam dicunt, denarios octo, croci denarios quatuor, glaucij tantundem, illinito ſæpius in die. Nonnulli uero aloën quoq; adijciunt.

Aliud aridum ad aridam lippitudinem, ficationem, ſepedonas, & hyperſarcomata, id eſt ſupercreſcentias carnis.

SVmit cadmiæ denarios decem, chalcitidis denarios uiginti, piperis grana quindecim, nardi Gallicę denariū unū. Cadmiā cōterito chalcitimq; cum uino, & ubi aruerint, reliqua immitte, & redige in puluerem.

Liquida διακαυκαλίδος, hoc eſt ex pede gallinaceo.

CAucalidis cauliculi (quem pulli pedem uocant) ſucci, trixaginis, coronopodis, id eſt pedis cornicis, interdū uero etiam ſucci othonnæ æquales portiones. Eſt autem othonna chelidonium mega, hoc eſt hirundinaria maior.

Othonna.

Alia ad ficationem, & encathidas, & ſarcomata.

MIſyos aſſati denarios ſex, chalcanthi denarios quatuor, mellis Attici ſextarium unum.

Eraſi-

Erasistrati multiplicis usus liquida, admirandi effectus, cum in oculorum, tum glandularum, tum genitalium affectionibus, tum purulentis & saniem stillantibus auribus.

AEris denarios sex, misyos assati, myrrhæ, singulorũ denarios treis, croci denariũ unũ cum dimidio, piperis denariũ unũ, uini Chij, & passi Cretici, cuiusq; sesqheminã. Cõterendo omnia in uino donec aruerint, infunde passum & coque, quatenus mellis nanciscat̃ spissitudinem.

Medicamenta quæ fronti, dum oculi fluxione laborant, imponuntur, ἀνακολλήματα à medicis appellata.

TErræ Samiæ, mannæ, thuris, myrrhæ, æquas portiones oui albore excipiens, in linteolum impactas fronti imponito. Aliud: Seminis herbæ apollinaris, quam hyoscyamum dicunt, denarium unũ, opij tantundẽ, myrrhæ denarios duos, croci denarium unũ, pollinis denarios quatuor, ouorum assatorum lutea duo, oui candido excipito.

De emplastris, & ijs quæ in decoctiones eorũ inseruntur, ex monumentis Antyli. Et de symmetria ceræ ad oleum. Cap. XVII

EX medicaminibus quæ emplastris induntur, alia quidem terrosa sunt: uerbi caussa metallica, quęq; è lapidibus terraq; sunt genera, feces, cineres, & cõchylia, alia uero oleosa, alia lachrymæ, alia liquida, alia liquores, alia succi: semina præterea ac herbas, radicesq; paucas accipiunt. Emplastrorum porrò, quędam sunt uulneraria, quæ ἔναιμα, hoc est sanguinea (quæ cruentis uulneribus imponuntur) & cõglutinatiua, & catagmatica (quæ fracturis adglutinant̃) appellamus, eo quod arefacientiũ summũ excessum nõ habent, sed oportet simplicia secundi à temperatis excessus completi, & tertij inchoantis cõponere: cuius farinæ sunt, salix, quercus, cupressus, pini & piceæ cortices, myrrha, libanotus, bitumen, aloë, malũ terræ, quam aristolochiam dicunt, cinis clematinus, cerussa, spuma argenti, atq; innumera quædam metallica. Decoquuntur aũt usq; ad concretionem & consistentiam non inquinantem. Quædam uero ἀφυλωτικὰ, concinnantur quidem & ipsa ex arefacientibus, magis uero quàm conglutinatiua: cuius utique generis sunt, æs ustum, & squama cum ipsius, tum ferri, ærugo, chalcitis, flos æris crematus, alumen, galla, plumbago, cadmia, pumex, & ostreosa. Quædam item diaphoretica, hoc est disijciendi & distrahendi uim habentia, quę ex calorificis & mediocriter siccificis constant: exempli gratia, malo terræ, thapsia, oleo ueteri & raphanino, melle, opobalsamo, pice terebinthina, salibus tostis, salis flore. Quædam emolliendi uim obtinent, & ob id μαλακτικὰ dicunt̃, ea sanè ex spuma argenti fiunt, & adipibus, & medullis, oleo ueteri, propoli, gutta ammoniaca, styrace, galbano, bdellio, mastiche, resina terebinthina, uel radice althæę, et cucumere syluestri. Quædã uero siccifica, quę sulphure, nitro, sale, cinere, bitumineq; constant. Quædã uero ἐπισπαστικὰ, id est attractiua sunt, ea ex salibus & nitro, propoli, ærugine, fermẽto, stercoribus, sulphure, resina terebinthina conficiuntur. Concoquendi præterea munere prædita συμπεπτικὰ

nuncupata, è cera, ladano, uua paſſa ſatiua, amomo, croco, thure, pice, maſtiche Aegyptia, ſtyrace, myrrha, galbano, butyro, hyſſopo, adipe, ferrugine præparantur. Sunt porrò quæ ſuppurationem inducunt, quæ Græci ἐκπυητικὰ uocant: ea ex hydrelæo, polline, pane triticeo, chondro, butyro, adipe porcino & uitulino, thure, pice, reſina fiũt. Neq; deſunt ex emplaſtris quæ à re & affectu παρηγορικὰ, id eſt conſolatoria & mitigatiua nomenclaturam obtinuerunt: conſarcinantur autem ex ſpuma argenti, ceruſſa, oleo, anetho, chamęmelo, amylo, ceraq; dealbata. Sunt aũt enæma emplaſtra recentibus etiamdũ uulneribus et fracturis applicãda, quę ſuppetias confernut ipſis præſentiſſimas: ſuper emplaſtella, quæ Græci σπλήνια uocant, ſpongias poſca irrigatas pariter alligãtes, ſoluendaq; rurſum ter eadem ſplenia, neq; alia inijcienda. Malactica aũt & epiſpaſtica, & diaphoretica, ſympeptica præterea, & empyetica accipiuntur poſt cataplaſmatum & cerotarũ uſum. Paregorica uero circa principia ſtatim, in extremis corporis partibus magis quadrant. Cæterum ſuper decoctione eorum deinceps uerba faciemus.

Βασιλικὸν τετραφάρμακον, hoc eſt regale è quatuor conſtitutũ medicamentũ.

CONficitur tetrapharmacum regale è ceræ, colophoniæ, picis, adipis taurini portionibus æquis.

Emplaſtrum ex ſucco ſeminis lini, diſtrahens & abſtergens.

ACcipit olei ueteris libras duas, ceræ uncias uiginti, colophoniæ, adipis porcini, ſingulorum libram unam & dimidiam, ſpumæ argenti libram unam, ceruſſæ uncias ſex, ſucci ſeminis lini tantundem, pollinis unciam unam, thuris uncias quatuor.

Διὰ μέλιτος, hoc eſt ex melle contextum.

SPumæ argenti, ceræ, olei, ſingulorum libras quatuor, reſinæ terebinthinæ lib. duas, mellis, adipis porcini, uniuſcuiuſq; librã unã. Aliud: Spumæ argenti libras ſex, olei libras quinq; & dimidiam, colophoniæ libras ſeptem cum dimidia, ceræ libras treis & ſemiſſem, mellis lib. treis.

Exemplum διὰ χυλῶν, id eſt ex ſucco.

SPumæ argenti libras ſex, olei æſtate quidem libras ſeptem, hyeme uero libras nouem, fœnogræci ſextarium dimidiatum, ſeminis lini ſextarium dimidium, althææ libras treis. Althæam ac ſemina coquito in aquæ ſextarijs uiginti, donec parũ relinquatẽ ex ipſo, libras quatuor admiſcens oleo decoque, tantiſper dum bullæ ſedantur, deinde leuiſſimã argenti ſpumã inſpergẽs decoque igni clemente uſq; dum ſyncerũ reddatẽ.

Διὰ γύρεως, id eſt ex polline.

POllinis, guttę ammoniaci thymiamatis, ſingulorum libram unam, pityinæ, ceræ, adipis porcini, uniuſcuiuſque libras duas, ſucci ſeminis lini quantum ſatis eſt.

Botanicum, id eſt herbaceum.

RVmicis, olei ſquallidi, anchuſę chœropelethi, eſt autem onoclea, ſeptinerui, plantaginis ſingulorũ unc. treis, olei libras ſex, adipis porcini libras ſex. Herbę in oleo coctæ abijciunẽ, cætera cum oleo eliquanẽ.

Διασφοδέλων, id eſt ex albucis.

ASphodeli radicis ſucci libram unam, roſacei, chamæmelini, adipis anſerini, ſingulorum uncias duas, adipis porcini uncias treis, ceræ uncias quatuor.

Emplaſtrum ex fermento rumpens abſceſſus.

FErmenti, axungiæ, uniuſcuiuſꝗ uncias ſex, ſalis uncias iiij. reſinæ pini uncias treis, ceræ uncias quatuor, ſpumæ nitri unc. unā, guttæ ammoniaci thymiamatis uncias duas, mellis uncias ſex, ſaponis unc. duas.

Dothiene.

GVttæ ammoniaci thymiamatis libram unam, nitri Alexandrini uncias ſex, ſpumæ nitri tantundem, adipis porcini, ceræ, ſingulorum libras duas, reſinæ terebinthinæ libram unā, olei ueteris unciam unam, aceti quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum διὰ στρουθίου diſcutiens ſcrophulas, quas chœradas dicunt Græci.

SPumæ argenti, ſtruthij, mali terræ, ſingulorum uncias quatuor, galbani, ſquamæ æris, aloës, uniuſcuiuſꝗ unciam unam, mannæ uncias duas, guttæ ammoniaci thymiamatis uncias ſex, pityinæ uncias ſedecim, aceti ſcillitici ſextarios quatuor, aridis contritis immitte.

Smilium ad abſceſſus.

OLei ueteris librā unā et dimidiā, ſpumę argenti, nitri rubei, ſalis ammoniaci, lixiuij ficulnei protoſtacti, reſinæ, cuiuſꝗ librā unā, galbani, guttę ammoniaci thymiamatis, uniuſcuiuſꝗ uncias treis, atramenti ſutorij uncias quatuor, cerę uncias ſex, ęruginis, opopanacis, cuiuſꝗ unciā unam, aceti quantū ſatis eſt. Coquito ſpumam argenti & ferruginem in oleo quouſꝗ purgetur, deinde ſic reliqua inijcito.

Διὰ σκόρδων, id eſt ex allijs ruptiuum.

CEræ uncias ſex, colophoniæ uncias quatuor, pityinæ uncias treis, adipis taurini uncias quatuor, nitri rubei unciam unam & ſemis, allia purgata uiginti, olei ſextarium dimidium. Allia in oleum inijciens decoquito, & reliqua admiſceto.

Διαπυῤῥανοῦ, diſtrahendi uim habens.

HAbet adipis anſerini & phaſianorum, uniuſcuiuſꝗ uncias treis, olei ueteris uncias uigintiſex, pulicaris herbę uncias treis, cnidos ſemen radicis apyrani uiridis librā unam, ceræ dealbatæ uncias decem, confectionis διὰ χυλοῦ uncias duas, reſinæ terebinthinæ unciā unā. Radicē in tenuia fruſtula conciſam in oleo cum herba pulicari, & cnidoſpermūm per noctem atque diem macerato, tum uero elixans ipſa quidem porricito, eliquata autem oleo miſcens, reſoluito.

Pyrine ad duritias & ſcirrhomata.

ALthęæ, dactylorum palmæ, uniuſcuiuſque libras duas, fœnogræci, ſeminis lini, ſingulorum ſextarium dimidium, chamæmeli, meliloti, elatæ, cuiuslibet uncias ſex, uini, Aminæi, cuiuſꝗ ſextarium dimidium, ſpumæ argenti libram unā, ceruſſę, colophoniæ, ſingulorū libras

duas, ceræ, resinæ terebinthinæ, cuiusque libram unam, olei ueteris libras quinque, aquæ libras duas, panis aridi contusi & attaminati libras quinque. Herbæ in uino decoctæ in succum rediguntur, & in succo panis irrigatur, postera uero die spuma argenti & cerussa in aqua leuigantur & resoluuntur: deinde oleo infuso coquitur donec impollutum euadat, tum denique cætera inijciuntur, sublatis autem ab igne immittitur panis, strenueque rudicula despumant. Postremo æruginis quoque rasæ, & florum salis, uniuscuiusque unciæ sex, ireos, mali terræ, singulorum unciæ sex, resinæ terebinthinæ libra una, inijciuntur.

Pelarium δὶ ἐλκύσματος, hoc est ex argenti recremento, ad desquamationem.

CEræ, adipis taurini uncias quinque, recrementi argenti (quod appellatur helcysma) uncias sex, colophoniæ uncias quatuor, picis, olei, singulorũ uncias duas. Helcysma aridum dissoluitur uino, uel succo fœnograeci: ubi uero ad manum helcysma non fuerit, plumbagine utimur.

Emplastrum διὰ ἀλθαίας, podagricis & alijs duriciebus utile.

SVcci fœnogræci, & seminis lini, & althææ, singulorũ libras treis, olei libras duas donec succus euanescat decoquẽs, deinde insere colophoniæ librã unã, resinæ terebinthinæ tantundẽ, hederæ lachrymæ uncias treis: quando aũt resoluta fuerint, tollens ab igne, ceræ librã unã, galbani uncias quatuor inijce, utraque aũt simul contusa soluendo, rudicula moue.

Emplastrum hederaceum siue cissinum, ad neruorum uulnerationes & puncturas nygmatáue maxime uetera.

SQuamæ rubræ uncias quatuor cum dimidia, thuris, misyos, singulorum unciam unã chalcitidis denarios quatuor, aceti sex. Leuigato sole æstiuo donec consumatur, deinde soluens ceræ uncias octo, olei uncias duodeuiginti admisce: si uero diducat, & neruum denudet, pro galbano resinæ terebinthinæ uncias duas inijce.

Melanchlorum ad eadem, & Enæmon.

MAlicoriorum, æris cremati, gallæ, aristolochiæ rotundæ, salis ammoniaci, squamæ æris, aluminis scissi, & liquidi: alij uero pro liquido rotundum accipiunt, ireos, misyos, chalcanthi, chalcitidis, æruginis rasilis, cadmiæ, aloës, myrrhæ, thuris, radicis panacis, spumæ argẽti, cerussæ, pari omnia pondere eliquantur, & leuigantur sub sole æstatis tempore cum aceto ad sufficientes dies, & fingunt pastilli. Emplastrum inde fit hoc modo: pharmaci uncias duas, ceræ uncias sex, olei uncias octo, in neruis quidem saucijs perantiqui, in reliquis uero communis, adijce.

Διὰ ἠριγέροντος, hoc est ex senetione contextum.

SEnetionis succi libras duas, olei ueteris libram unam cum dimidia, olei cyprini uncias quatuor, axungiæ ueteris libras octo, resinæ terebinthinæ unciã unã, galbani unciam dimidiam, resinæ piceæ uncias sex, æruginis, thuris, hyssopi, pharmaci, uniuscuiusque unciam unã, squamæ, æris diobolos octo, ceræ uncias decem, apochymatis uncias quatuordecim,

cim. Coquito autem oleum ad ſtrigmenti uſq; craſſitudinem, cum ſuilla axungia, & arida cyprino eliquato: galbanum uero contunde cum cera, & inijce cacabo, & ipſum apochyma ſi quidem aridum fuerit, tritum cribrans ponderato, & impinge. Quod ſi nequeat leuigari, cum parte olei diſſoluti colato & extrahito, & tum omnia commiſceantur.

Mnaſæi emplaſtrum diaphoreticum.

ACcipit ceræ, axungiæ porcinæ, ſingulorũ libram unam, colophonię uncias ſex, ſpumæ argenti libras duas, uini boni libras quatuor.

Ariobarzanius ad eaſdem affectiones.

SPumæ argenti unciam unam & dimidiam, ceruſſæ libram unã & uncias quinq;, aquæ marinæ uncias uigintiquinque, olei ueteris libram unam & dimidiam, buccinorum crematorũ uncias ſeptem & dimidiam, ceræ fuluæ uncias nouem, reſinæ terebinthinæ uncias ſex, thuris uncias treis & grammata tria cum ſemiſſe.

Emplaſtrum ex dracontio.

CEræ, colophoniæ, picis aridę, axungiæ, reſinæ ſingulorũ libras quatuor, guttæ ammoniaci thymiamatis libras duas, dracunculi radicis libras quinq;. Radix arida leuigata alijs inſpergitur diſſolutis.

Pſitacium.

HAbet ceræ, colophoniæ, adipis porcini, alterci foliorũ tenellorum, uel ſucci ipſorum æquale pondus. In Alexandria uero ceræ ſeſquilibram, alterci libras duas, axungiæ libram unam cum dimidia, colophoniæ libras decem ſumunt, & uehementius diſijcit.

Myrſinatum.

SPumę argenti, ceruſſæ, ſandycis, plumbi combuſti & abluti, ſingulorum unciam unam, ceræ uncias ſex, olei myrſinati libram unam, uini quantum res ipſa poſtulare uidetur.

Medicamentum διὰ ψιμυθίου, id eſt ex ceruſſa, uel δι' ὠῶν, hoc eſt ex ouis.

HAbet ceræ dealbatæ uncias ſex, roſacei libram unam cum dimidia, ſpumæ argenti, ceruſſæ, ſingulorum uncias duas, amygdali uncias treis, albores ouorum quinq;.

Γαρυγρὸν, hoc eſt medicamentũ liquidum Oribaſij.

SPumæ argenti unciam unam & dimidiam, ceruſſæ ſeſquiunciam, ceræ uncias quatuor, pinguetudinis ſuillæ uncias ſeptem, colophoniæ uncias nouem, ſucci ſeminis lini, olei, ſingulorum uncias decem. Mirifice conducit ad calcaneorum rimas. In hulceribus autem inquit, præſeruat, graueolens etenim redditur.

Emplaſtrum διὰ καδμίας aphuloticum.

CHalcitidis crematæ uncias duas, cadmiæ, mannæ, ſingulorum unciam unam, ceræ, colophoniæ, olei myrſinati, uniuſcuiuſque libram unam, uini quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum Phœnicine, hoc eſt ex dactylis.

ACcipit axungiæ ueteris libras duas, olei libras treis, ſpumæ argenti tantundem, chalcitidis crudæ uncias ſex. Ante omnia quidem chalcitis cum oleo eliquetur, & leuigetur in mortariolo mundo, uel etiam in ſole: ubi autem ſtrigmentoſum redditur, tum ſpumam quoque argenti, antè contritam inijcito, deinde uero adipem: & ubi iam egregie leuigata & emollita fuerint, clementi igne decoquito, donec impolluta reddantur, rudicula ſubinde agitans. Eſto aũt rudicula, uirgultũ palmarũ.

Emplaſtrum διαγχούσης, id eſt ex anchuſa confectum, ad igne combuſta.

HAbet ceræ dealbatę uncias nouẽ, roſacei uncias octodecim: quibus eliquatis, impinge purpureæ anchuſæ radicis aridæ leuigatiſſimæ uncias quatuor. Aliud: Anchuſæ radicis uiridis, marrubij, commeos, ſingulorum uncias treis, decoquito in olei uncijs nouem, & abijciens immitte oleo ceræ dealbatæ uncias quindecim, & diſſolue ſemiſſem.

Emplaſtrum Pompholygeron.

BVllæ, quam pompholyga appellant, unciæ duæ, ſpumæ argenti unciæ tres leuigantur cum ſucco ſeminis lini, & inijciuntur liquefacta & refrigerata ceræ uncijs ſex, adipis anſerini, uel gallinacei uncijs duabus, chamæmeli uncijs ſex.

Philocotyche indoloria, ſedi deſtinata.

COntinet thuris uncias ſeptendecim, myrrhæ uncias ſeptem, opij denarios quatuor, aluminis ſciſſi denarios duos, butyri denarios quatuor, ouorum tenuium lutea quatuor, cadmię crematæ atque ablutæ denarios quatuor, pompholygis denarios ſex, ceræ Tyrrhenicæ denarios octo, adipis anſerini denarios ſedecim, medullę cerui denarios undecim, plumbi combuſti & eloti denarios octo, lapidis hæmatitæ denarium unum, hyſſopi liquidi denarios quatuor: Arida cum uino conterito Italico, & eliquata admiſce.

Amythaonis ad angylas & articulos conuulſos: eſt autem etiam euulſiuum, quod dicunt Græci ἀποσπαστικόν.

GVttæ ammoniaci, ceræ, bdellij, uniuſcuiuſq; uncias octo, reſinæ terebinthinæ, ireos Illyricæ, galbani, ſingulorum denarios uiginti.

Ariſtophanium mollificans, quod μαλακτικὸν Græci indigitant.

HAbet picis libras quatuor, apochymatos libras duas, ceræ libram unam, opopanacis unciam unam, aceti uero cotylam unam.

Emplaſtrum ex plumbagine, ad calidos affectus.

PLumbaginis uncias quatuor, ſpumæ argenti, ceruſſæ, ſingulorũ uncias duas, ceræ uncias octo, myrtei libras duas: arida uino diſſolue.

Coracum ex aceto mulſo, genitalibus deſtinatum, & ad nomas accommodatum.

GAllæ uncias duas, ſqamæ unciam unam & dimidiatam, chalcitidis, thuris, ſingulorum unciam unam, macerato in aceto dies quot res ipſa

ipſa expoſtulat, deinde admiſcens mellis uncias quinq;. Seorſim præterea cõpingens cerotã ex myrtei uel roſacei uncijs duabus, et adipis taurini unc. octo, ceræ unc. iiij. reſinæ terebinthinæ uncia una, quibus mixtis ſimul leuigato & eliqua. Vtere perinde atq; διὰ χάρτου cum per Pyulcum, tum per Motum, id eſt linteolum concerptũ quod intra hulcera cõditur.

Δι' ὀξελαίου, hoc eſt ex oleo & aceto.

HAbet ſpumæ argenti partem unam, olei, aceti, ſingulorum partes duas, ſecundum nonnullos uero treis.

Διὰ τοῦ ἀχάτου, id eſt ex achate lapide, uim diſtrahendi & emolliendi obtinens.

COnſtat ex achatæ lapidis ſemiuſti uncia una & dimidia, ceræ uncijs quinq;, phryctes uncijs tribus, olei uncia una.

Iſis ἔναιμος, hoc eſt ſanguinea, conglutinans, incarnans & expurgans.

ACcipit ſquamæ æris, æris cremati, mali terræ rotundi, uniuſcuiuſque denarios octo, aluminis fiſſi denarios ſex, ſalis ammoniaci denarios octo, thuris tantundem, guttæ ammoniaci thymiamatis denarios octo, myrrhæ, aloës, galbani, ſingulorũ denarios duodecim, ſucci radicis dracunculi unciam unam, ceræ libram unam, colophoniæ libras duas, olei ueteris uncias treis, aceti quantum ſatis eſt.

Athana ad hulcera ſordida, ſphenoſes, hoc eſt denſitates & cuneationes, neruorumq; uulnerationes.

MAlicoriorum, æris cremati, gallarum, mali terræ rotundi & longi, aloës, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſquamæ æris, aluminis fiſſi, atq; rotũdi, ireos, miſyos, chalcãthi, chalcitidis, æruginis raſilis, cadmiæ, aloës, myrrhæ, thuris, propoleos, galbani, uniuſcuiuſq; unciam unã, ceræ, picis, ſingulorum denarios ducentos, colophoniæ denarios centum, olei uncias ſex, aceti quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum διὰ δικτάμνου conglutinatiuum, ad morſus canum, & omne genus hulcera.

SPumæ argenti libras duas, ſquamæ æris unciam unam & dimidiam, olei ueteris ſextarios duos, diphrygis uncias treis, gentianæ ſeſquiunciam, ariſtolochiæ ſciſſilis uncias duas & ſemiſſem, dictamni tantundem, colophoniæ libram unã, mannæ uncias treis, guttæ ammoniaci thymiamatis uncias ſex, propoleos unc. duas, ceræ uncias ſex & dimidiã. Oportet principio oleum cum ſpuma argenti donec ſyncerũ reddatur decoquere, deinde exemptis his æruginẽ & ſquamas inijcere, ac denuo tantiſper dum ab inquinamẽtis uindicetur decoquere, quibus rurſum ſublatis, immittere reſinam, guttam ammoniacam, attaminata, & cõmouere quoad ceſſet feruere, denuoq; imponere, et ubi puſillũ ferbuerint, æs atq; diphryges inſerere, & tertio dum inquinetur decoquere, mox ceram & propolim donec purum fiat, decoctam inijcere, & paulò poſt aloën, mannam, dictamum, malum terræ, gentianam inſpergere, & admodum quidem ſed paulatim refrigerare.

Emplaſtrum barbarum ἔναιμον, & poros fracturarum demonſtrans.

BItuminis Iudaici, picis aridæ, ceræ, reſinę, uniuſcuiuſq; libram unam, reſinæ terebinthinæ uncias duas, ſpumæ argenti unciã unã, ceruſſæ unciam unã & dimidiã, mannæ, opopanacis, zingiberis, ſingulorũ uncias duas, olei uncias treis, aceti quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum διὰ ἰτέων, id eſt ex ſalicibus, conglutinatiuum, & ad hæmoptoicos, empyos, thoraci impoſitum utile.

MIſyos, chalcitidis, æruginis, ceruſſæ, gallæ, aluminis fiſſi, & rotundi, atramenti metallici, ſingulorum uncias ſex, ceræ, pityinæ, picis, cuiuſq; libras duas malicoriorũ uncias ſex, bituminis libras duas, foliorũ ſalicis tantundem, olei roſarũ uncias quatuor, chalcanthi uncias ſex, aceti quantũ ſufficit: quidã reſinæ quoq; terebinthinæ uncias nouẽ adijciunt.

Emplaſtrum Nicolai ἔναιμον, conglutinans lacunas.

SQuamæ æris uncias quatuor, ferruginis raſilis, ſpumæ argenti, ſingulorum unciam unam & dimidiam, mali terræ longi, & rotundi, uniuſcuiuſq; unciam unam, aluminis ſciſſilis & rotundi, chalcanthi, ſulphuris ignem non experti, cuiuslibet unciam unam, gallæ omphacitidis, id eſt immaturæ uncias quatuor, ſalis ammoniaci, miſyos, origani, chamæleonis, cadmiæ botryitidis, ueratri candidi, ſingulorũ unciam unam, peucedani uncias treis, ſeminis apij uncias duas, ſymphyti radicis unciam unã, ceruſſæ ſeſquiunciam, ſucci mandragoræ unciam dimidiatam, chalcitidis unciam unã cum dimidia. Samij aſteris, thuris maſculi, aloës, ſingulorum unciam unã, bdellij, opij Thebæi, cuiuſq; uncias duas, zingiberis troglitidis unciam dimidiã, guttæ ammoniaci thymiamatis unciam unã, fœnogræci uncias ſex, ſucci perdiciadis tantundem, ceræ flauæ uncias treis, colophoniæ libras duas, pityinæ, farinæ, uniuſcuiuſque libram unam, maſtiches unciam unam, picis atræ libras duas, olei ueteris libram unam, ſtyracis tantundẽ, opopanacis libram unam & dimidiam, aceti quantum ſatis eſt.

Iceſios ad ſcrophulas, atq; abſceſſus ſplenis, articulorum, coxendicisq; affectus.

HAbet ſpumæ argenti denarios centum & uiginti, olei ueteris ſextarios duos, aceti ſextarium unum, æruginis ſeſquidenarium, corticis pini denarios octo, chamæleonis unà cum radice euphorbij, hypociſtidis ſucci, propoleos, zingiberis, enulæ campanæ, pyrethri, ſingulorum denarios ſedecim, ceræ libras treis.

Emplaſtrum Neronis ad plagas, & omnem dolorem carnoſarum partium.

OLei ueteris libram unã & dimidiam, ſpumæ argenti libram unam, ceræ, pityinæ, uniuſcuiuſq; uncias ſeptẽ cum dimidia, guttæ ammoniaci thymiamatis uncias quatuor, ceruſſæ tantundem, galbani, mannæ, zingiberis, thuris, ſingulorum unciam unam.

O xera polychreſtos, id eſt ad multa utilis.

PIcis aridæ libras duas, ceræ libram unam, guttæ ammoniaci thymiamatis unciam unam, reſinæ terebinthinæ ſelibram, galbani, mannę, ſingulorum uncias duas, aceti ſeſquiſextarium.

Aceratus Galeni, cōglutinandi, præterea maturādi hulcera ſuppurādiq; uim obtinens, rhicinino ueteriue oleo tanq̃ in emmotū (hoc eſt liquidū, medicamen quod linteolis concerptis excipitur, hulceribusq; inditur) eliquatum.

SPumæ argenti libras treis, olei rhicinini aut perantiqui libras quatuor, aceti acerrimi, ſquamæ æris, atræ chalcitidis, æruginis, uniuſcuiuſq; uncias duas. Spumam argenti ad ſtrigmentoſam uſq; balneorum craſſitudinem cum oleo decoquito, deinde inijce metallica multis diebus cum aceto macerata.

Emplaſtrum ex metallicis.

CHalcitidis unciam unam, miſyos uncias duas, ſquamæ æris, thuris, ſingulorū uncias treis, colophoniæ uncias duas, galbani ſeſquiunciam, ceræ libram unam, olei uncias quindecim, aceti quantum ſatis eſt.

Harmenia catagmatica.

CHalcitidis uncias quatuor, ſquamæ æris unciam unam cum dimidia, æris combuſti unciam unam, thuris uncias duas, olei, aceti, ſingulorum libram unam. Coquito metallica in aceto & oleo, donec impolluta reddantur, deinde thus inijcito.

Melinum emplaſtrum Serapionis.

SPumæ argenti libram unam, ceræ uncias ſeptem, guttæ ammoniaci uncias treis cum dimidia, galbani, ferruginis, ſingulorū denarios nouem, colophoniæ uncias ſeptem, myrrhæ denarium unū, olei heminam unā cum dimidia, coquito ſpumā argenti cum oleo, tantiſper dum mundificetur, deinde immitte reliqua.

Emplaſtrum Aniceton, quaſi dicas inſuperabile, conglutinans, diſtrahens, ſquamas remouens, & incuruationibus ſuccurrens.

BAccarum lauri, iridis aridæ, thuris, ſingulorum denarios ſexaginta, æris cremati denarios uiginti, nitri, ſalis, guttæ ammoniaci thymiamatis, uniuſcuiuſque denarios uiginti, pyrethri, uuæ paſſę agreſtis, hordei, grani cnidij, ſinapis, piperis, ſtercoris columbini, mali terrę, cymini, æruginis, cyperi, ſeminis erucæ, cuiuslibet denarios octo, aceti heminas duodecim. Contere & leuigato ſub ardentiſſimo caniculæ æſtu, donec acetum euaneſcat, deinde infunde decocti aridarum ficuum craſſiſſimi uncias nouem, quibus confuſis pangito paſtillos & arefacito. Inter utendum autem ex ipſis paſtillis uncias duas ſolutas aceto, reſinæ uncijs tribus, ceræ Tyrrhenicæ, olei, ſingulorum uncijs duabus admiſce.

Emplaſtrum δι αἰρῶν, hoc eſt ex lolijs.

PIcis libram unā, pityinæ uncias nouē, ceræ Tyrrhenicæ uncias quinque, olei uncias treis, bituminis attaminati uncias duas, lolleaceæ farinæ ſextarium unum, aceti quantum ſatis eſt.

Διὰ συκαμίνου ὀποῦ,id eſt ex ſucco mororum.

SPumæ argenti,picis aridæ,ſeui taurini, ſingulorum uncias octo,reſinæ terebinthinæ uncias treis, ceræ uncias quinque,æruginis raſilis, opopanacis,galbani,ſingulorum unciam unã,olei rhicinini uel ſuſini uel admodum uetuſti heminam unam,picis liquidæ tantundem ,ſucci mororum,cuius fructus ſycomora appellantur,cotylam unam.

Δίχρωμος.

AEris cremati, aluminis ſciſſi, guttæ ammoniaci thymiamatis,ſingulorum unciam unam, ceræ Colophoniæ, ſeui porcini, uniuſcuiuſqꝫ libram unam,aceti quantum ſufficit.

Emplaſtrum Indicum ad nomas,& hæmoptoicos.

CEræ reſinæ frictæ,picis aridæ, bituminis liquidi, zacynthiæ,ſingulorum libram unam,ceruſſæ,chalcitidis, miſyos, atramenti metallici,aluminis ſciſſi & rotundi, gallæ omphacitidis,id eſt immaturæ,malicoriorum,cuiuslibet uncias ſex, aceti quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum ex cinere aſpidum,ſcrophulas(quas Græci chœradas dicũt) & podagras diſtrahendi diſſipandiqꝫ uim obtinens.

REſinæ terebinthinæ , lapidis hæmatitæ, bituminis Iudaici,ſingulorum denarios trecentos ſexaginta,ceræ,baccarum lauri,guttæ ammoniaci thymiamatis,ſpumę nitri,adipis uitulini,denarios trecẽtos quadraginta,lapidis pyritæ aqua non extincti,cineris aſpidum, olei ueteris heminas duas,pharmaco refrigerato cinerem inſperge. Præparatur aũt & abſque cinere,propterea quod aliqui ægre ferunt. Neque inefficacior lapis Aſius eſt.

Leæna deſiccans & diſtrahens.

GVttæ ammoniacę thymiamatis,plumbaginis,ſingulorum denarios centum,ſinapi denarios octo, radicis chamæleontis denarios ſedecim,colophoniæ denarios centum,ſquamę æris,ſtruthij radicis,quinqꝫ, euphorbij & æruginis, uniuſcuiuſqꝫ denarios octo, ariſtolochiæ denarios ſedecim,pyrethri denarios octo, olei ueteris heminã unam, & rhaphanini quantum ſufficit. Aliter:

Leæna metraſyncritica, & humorum euacuatiua.

CHalcanthi uncias duas,auripigmenti unciam unam,hellebori nigri, thoracum cantharidũ, ſingulorũ ſeſquidenariũ, ſandarachæ uncias treis,cerę librã unã & dimidiatã,phryctes librã unã,olei heminas duas.

Macedonicum emplaſtrum.

CEræ, colophoniæ,picis, ſeui taurini, libanoti, æquas portiones eliquans,& tollens ab igne applica & affinge libanotum.

Pilula ad ignita.

CEruſſæ,ſpumæ argenti aqua non extinctæ uiuæ ſingulorum uncias treis,ceræ ſeſquiunciã, bernicarij,roſacei, uniuſcuiuſqꝫ unciam unã, liquefacta aridis infundens pange pilulas. Inter utendum aũt olei uncias ſex cum duabus uncijs ceræ eliquato, & inijce medicamenti unciã unã, & ru-

& rudicula agitato ſiue deſpumato, refrigeratum uero cum aquæ uncijs nouem contunde: ego roſacei uncias quoque treis admiſceo.

Δι' ὤχρας, id eſt ex rubrica pictorum, incenſione carens, quod his qui uel ultro uel per uim torti ſunt, ſeruit.

OChræ Atticæ libras duas, cretæ libram unam, ſpumæ argenti uncias octo, uino diſſolue, ceræ, colophoniæ, picis pityinæ, ſingulorũ libram unam, reſinæ terebinthinæ uncias octo, olei libras duas. Reſoluitur autem hoc modo: ceræ libram unam, olei ueteris libras treis, medicamenti huius libram unam, uino contunde.

Emplaſtrum διὰ κεδρίας, id eſt ex liquore cedri, conglutinans, diſcutiens & exterens.

CEræ, picis aridę, uniuſcuiuſque libram unam, colophonię uncias octo, liquoris cedri uncias ſex, quibus eliquatis, ſimul donec à ſordibus perpurgentur, elixa.

Aliud emolliendi uim habens.

MAlacticon emplaſtrum recipit cerę, picis, ſingulorum uncias octo, colophoniæ denarios uigintiquinque, propoleos denarios ſeptendecim, liquoris cedri denarios uiginti.

Emplaſtrum διὰ κισσήρεως, id eſt ex pumice aphuloticum.

MYrtei libras duas, ceræ libram unam, pumicis cremati & uino extincti denarios ſex, ſquamæ ſtomomatis tantũdem, æris combuſti, cretæ cimoliæ, ſingulorũ denarios quinque, ſupra linteolum concerptum quod uulneribus inditur, græce μότον appellatum, & ſpongiam ex aqua.

Emplaſtrum Paula, ſcrophulis & bubonibus deſtinatum.

HAbet ceræ, colophoniæ, nitri, uniuſcuiuſque librам unam.

Emplaſtrum διανίτρου, ad anthraces.

NItri toſti uncias treis, ceræ, olei, colophoniæ, ſingulorum ſeſquiunciam, ſucci Cyrenaici aut Medici denarios decem. Inditur penicillus uulnerarius, quem ἔμμοτον nuncupant.

Emplaſtrum δι' ἀνεμώνης.

ACcipit anemones unguibus detractis unc. duas, ceræ uncias quinque, olei uncias quatuor, reſinæ uncias quinque cum dimidia, colophoniæ libras duas & dimidiatam.

Emplaſtrum Machærionis uiride, iſchiadicis, articulorum cuneationibus & abſceſſibus.

OPopanacis, galbani, æruginis, myrrhę, ireos, guttæ ammoniaci thymiamatis, mali terræ, uniuſcuiuſque unciã unã, reſinæ terebinthinæ, ceræ, olei omphacini, hoc eſt ex uuis immaturis, ſingulorũ uncias ſeptẽ.

Aliud uiride ſimplex.

HAbet libras treis, ceræ libram unam, ferruginis raſilis ſelibram, thuris denarios uigintiquinque, aceti quantum ſufficit.

Aliud uiride, ad perhumida & ſuperexcreſcentias carnis.

COlophoniæ uncias ſex, æruginis raſæ unciam unam & dimidiam,

ceræ uncias duas, salis Cappadocici unciam unam, rosacei uncias duas, aceti quantum satis est.

Peganera ad pleureticos.

RVtæ uiridis libram unam, butyri sesquilibram, terebinthinę uncias quindecim, hyssopi pharmaci uncias quindecim, opopanacis uncias treis, galbani uncias treis, anethi libram unam.

Emplastrum διὰ σάκτης, hoc est ex pinguissimo myrrhæ flosculo, coxendice, artubus, tumoreq; infestatis.

CEræ, olei ueteris, coniæ, protostactæ, singulorũ libram unam, phryctes, nitri Alexandrini, nitri candidi, resinæ terebinthinæ, uniuscuiusque uncias sex. Nitri utrunq; genus in lixiuio eliquato.

Emplastrum διὰ νίτρου, ad abscessus & scirrhos tumores.

OLei antiqui, ceræ, spumę nitri, saponis, lixiuij, cuiusq; libram unam, resinæ terebinthinæ uncias sex, galbani, propoleos, guttæ ammoniaci thymiamatis, singulorũ unc. unã: prępar ato perinde atq; proximũ.

Emplastrum δι᾽ ἁλῶν, id est ex salibus.

CEræ uncias quatuor, olei libram unam, salis communis uncias quatuor, spumę nitri tantundem, cerussę uncias octo, aceti uncias duas: leuigentur. Aliter: Salis communis, nitri, singulorum uncias quatuor, ceræ, olei ueteris, uniuscuiusq; uncias sex, aquæ marinæ quantum satis esse uidetur.

Emplastrum διὰ πέρνης, id est petasone, tophos expediens.

Apochyma. PErnæ porcinæ, ueteris pinguetudinis, guttæ ammoniaci thymiamatis, casei antiqui bouilli aut caprini, adipis taurini, apochymatis, quod est ramenti nauigij, singulorum libram unam, medullæ cerui uncias octo, hyssopi cerotæ uncias treis, cyprini uncias sex, uini Aegyptij quantum satis est.

Διὰ κινναβάρεως ad tophos & alios omnis generis insensilis duriciei tumores. Obtinuit autem appellationem Pampathes.

SPumæ argenti libram unam, olei ueteris sextarium unũ, squamæ ęris unciam unam, æris cremati tantundem, cinnabaris scrupulos duodeuiginti, magnitæ uiui unciam unam, lapidis Phrygij denarios sex, lapidis pyritæ, cadmiæ, æruginis rasæ, thuris, singulorum unciam unam, diphrygis uncias duas, aloës unciam unã & dimidiam, galbani sesquiunciam, lapidis onitæ Scythici grãmata octodecim, lapidis hæmatitæ unciam unam, propoleos librã unam, & grãmata uigintiocto, ceræ uncias septendecim, lapidis perdicitæ unciam unam, in alio perdiciatę habetur, betonicæ unciam unã, & diobolos octo, gentianæ unciã unam, mali terræ longi & rotundi denarios quatuor, chamæleonis nigri unciã unã, dictamni scrupulos quadragintaduo, resinæ siccæ libram unam, adipis struthocameli librã unã. Lapides cum spuma argenti cõterito, adijciens floris salis libras duas particulatim, quoad totum moletur.

Διὰ λεπτοκαρύων, ad tophos articulorum expe=
rientia comprobatum.

PRotoſtacti uncias ſex, nucum Ponticarũ quas λεπτοκαρύα, id eſt minores nuces appellant, interanei unc. duas, ſpumæ nitri uncias ſex, olei uetuſti libram unam, ſaponis Gallici uncias quatuor, mellis uncias octo, ouorum albuminum paria tria, ceræ uncias decem, reſinæ terebinthinæ uncias duas, in protoſtacto leuigato & eliquato.

Διατυρπαίνης cerota, ad podagræ dolorẽ ſedandũ admiranda.

MArtio menſe diem quintũ agente in domo ſubterranea olei cõmunis ſextarios duos in cacabũ inijciens, coquito lignis ex uitibus, & quando ebullierit immitte turpænæ marini piſcis libram unũ, & aſphalacis animantis, quod quidam madanudan appellant, ſanguinis uncias quatuor, & hæc unà uſq; dum carnes piſcis diſſoluantur elixato, uel donec frigantur: deinde extrahens colans'ue infunde olei ceræ ſymmetrum uſque ad ſpiſſitudinem, ut tenerrima molliſſimaq; conficiatur cerota, quã impingendo linteolo ſuperinducito. *Turpena.* *Aſphalax.*

Medicamentum ex lotio muli podagricum.

HAbet lotij muli maſculi ſextarios quatuor, ſpumæ argenti, olei ueteris myſtrum unum, eliquans quamplurimum omnia donec glutinoſa reddantur, decoquito uſq; ad puritatem.

Διὰ λίθυ ἀσίυ ἄνθυς, id eſt ex lapidis aſij flore Philagrij ad ſcirrhos.

RAdicis peucedani, floris lapidis aſij, ſin is ad manũ nõ ſit, ſalis, guttæ ammoniaci thymiamatis, lanæ ſuccidæ cõbuſtæ, cuiuſq; unciã unã, mali terræ rotundi, pumicis, canini ſtercoris, æruginis raſæ, ſquamæ æris, miſyos, ſingulorum grammata octodecim, caſtorij ſcrupulos duodeuiginti, myrrhæ uncias treis, aceti acerrimi tantundẽ, ceræ uncias duodecim & dimidiam, pityinæ picis, uuarũ, cuiuſq; uncias octodecim cum dimidia, dioboli ſex, olei perantiqui, & aceti acerrimi quantum ſatis eſt.

Ex eodem lapillo Galeni emplaſtrum.

CEræ, reſinæ terebinthinæ, uniuſcuiuſque libram unam, lapidis aſij, mannæ, ſingulorum uncias treis, cyprini uncias duas, aquæ lutoſæ quod ſufficit.

Δι' ἁλὸς ἄνθυς, hoc eſt ex flore ſalis arthriticum in ſummi
morbi uigoris declinatione.

REſinæ terebinthinæ frictæ, pityinæ, ceræ uniuſcuiuſq; libram unã, picis aridæ, aluminis fiſſi, ſalis floris, ſingulorum libram dimidiam, coquito in diplomate.

Emplaſtrum trophoſarcoticum, hoc eſt carnem nutriens hulcerum.

ROſacei, reſinæ terebinthinæ, mellis, ſingulorũ unc. ij. ceruſſæ, butyri, uniuſcuiuſq; unciam unã, alij uero etiã thuris admiſcent unciã unã.

Italicum ſordes expurgans & incarnans.

ERinæi, caprifici inquam, hoc eſt ficus ſylueſtris fructus, teneram corticem in oleo decoctã porrice, & eliquans in oleo, ceræ rubeæ quantum ſatis eſt, penicillo uulnerario utere.

Entaticum.

SAtyrij, genitalis ceruini, lotij scinchi, singulorum uncias duas, seminis erucæ, pyrethri, hordei, ceræ, cuiuslibet denarios quatuor, resinæ terebinthinę denarium unum, oua struthiorum troglitorum tria, stelliones treis, olei laurini uel irini quantū satis est. Irrigantur uiuentes in aceto stelliones, uase diebus quadraginta in fimo recondito.

Emplastrum Chryse enæmos.

THuris, aluminis fissi, singulorum uncias duas, colophoniæ, resinæ, cuiuslibet libram unam, olei uncias treis, auripigmenti uncias duas, aceto dissolue auripigmentum.

Catagmaticum Oribasij.

PIcis, uuarū, libram unam & uncias quatuor, spumæ argenti tantundem, thuris uncias octo, resinæ terebinthinæ uncias quinq;, adipis taurini libram unam & uncias quatuor, galbani, opopanacis, cuiusq; unciam unā, cerę uncias quatuor, olei ueteris librā unā, aceti uncias quinq;.

Catagmaticum ad fracturas cum uulnere & sine uulneribus, ex monumentis Heracliti.

PIcis aridæ mystrum unum, spumæ argenti tantundem, mannæ mystrum dimidium, adipis uitulini mystrū unum, ceræ Tyrrhenicæ uncias uigintisex, opopanacis denarios octo, æruginis rasilis, Cyprij æris, singulorum minas quinq; & centum, resinæ terebinthinæ mystrū unum cum dimidio, æris unciam unam, rhicini aut ueteris olei heminam unam, aceti cotylam dimidiam.

Liquidi hyssopi medicamenti præparatio.

MEliloti uncias quatuor, cardamomi uncias duas, lanæ admodū sordidæ uncias sex, macerans in uini sextarijs duobus per triduū, coquito donec pusillum relinquatur, & extrahens colans'ue, uino admisce olei uncias treis, & denuo usq; ad maximæ partis etiā uini consumptionem elixato, inde colophoniæ unciam unam, resinæ terebinthinæ tantundem adijce. Sunt uero qui ceræ quoq; uncias decem admisceant, & hyssopi herbæ unciā unā concoquūt pariter cum alijs. Alij lanas uino abluunt, desiccantesq; uinū cum sordibus, quod etiā pinū appellant. Inter utendū uero, inijciunt ex eo unc. iij. & reliqua queādmodū dictū est.

De symmetria ceræ ad oleum.

Sequētia huius capitis in codice græco. 24. capiti adnectuntur.

SI unctionem quis instar medicaminū quæ dolorem leuant & lassitudinem demulcent, quæ acopa uocantur, instruere uoluerit, olei quadruplum ceræ admisceat: sin ad formam cataplasmatū, duplā ceræ liquidæ partem fabricemus. Quod si medicamentū specie emplastri machinari fuerit consiliū, ęquis portionibus, ceram & oleum confundemus, si complectens medium inter calidū et frigidū extiterit. Si uero cera uetus fuerit ac pinguis, & quod adhæret frigidū, oleum quantitate ceram parum excedat, quemadmodū & quādo cera pinguior fuerit, ac id quod circum funditur calidum est, cera nōnihil olei quantitatē exuperet. Esto autem momentum illud, duodecima pars medij ad utrunq;: undecim enimuero

uel

uel tredecim olei uncias, cum ceræ libra permiſcebis.

Ex monumentis Antylli de elixatione medicaminum quæ emplaſtris immittuntur. Spuma argenti.

IN decoctionibus medicamentorum ſpuma argenti in oleo elixatur. Oportet autem leuigando ſpumam argenti rurſum cum oleo ut lubricitatem quandã induat conterere, deinde clementi uulcano continenter agitando decoquere. Principio igitur turget, bullæq́ inſtar tumeſcit, imminente uero iam abſoluta decoctione, colorem feculentiorem præfert. Menſuram aũt decoctionis eſſe ſcias, quum uidelicet ex decoctione aliquid ſecedit, & ab inquinamentis uindicatur.

Plumbago.

SPumæ argenti modo, plumbago quoq́ elixetur: modus uero eius decoctionis, non ſolum dum nõ inquinat amplius, fit, ſed quũ ex igneo colore in uermicularem & ualde floridum commutatur.

Aes uſtum.

AEs uero crematum decoquitur non intra initia ſtatim iniectum, ſed emplaſtro iam ſemidecocto. Modus autem decoctionis eſto, quum non admodum exiguum imponitur, colorem induit, atque uermiculum reddit emplaſtrum.

Sori & Diphryges.

SOri præterea atq́ diphryges cum decoctione immittuntur: finis uero decoctionis diphrygis quidem, quãdo iam ſquamam colore præfert. Sori autem nullum peculiarem modum habet, ſed omnibus communem, dum uidelicet non inquinans exhibet emplaſtrum.

Chalcitis.

CHalcitis more æris decoquit̃, & moderatur eius decoctio, dum aliquantiſper rubicundius & puniceum magis efficitur emplaſtrum.

Flos æris.

FLos æris inſtar omnino æris decoquitur, finem & rationem decoquendi cæteris communem obtinet.

Atramentum ſutorium.

ATramentum ſutorium, quod Græci χάλκανθον nominãt, mediæ quidem decoctioni immittitur. Decoctum autem acriorem inducit emplaſtro colorem. Quod ſi alia etiam quæ non contrariantur obtineat, atrius adhuc reddit emplaſtrum.

Miſy.

MIſy ultimo quidem & perfectæ decoctioni immittitur, proprium autem decoquendi modum non habet.

Auripigmentum, Sandaracha, Plumbum.

AVripigmentũ & ſandaracha in fine quidem decoctionis tandem iniiciuntur, plumbum uero deuſtum mediæ elixationi immiſcetur.

Ceruſſa.

CEruſſa in candida quidem emplaſtra, perfectæ tandem decoctioni

inditur, conſeruat enim eo pacto colorem, & uehementius dealbat: In nigra uero, confeſtim à principio, decoctum enim multo nigrius efficitur.

Aerugo.

MIttitur in emplaſtra uiridia rubigo poſt decoctionẽ: in quibuſdam uero neq; ab initio ſtatim in ollam mittitur, ſed cum aceto cõfriatæ & manenti in pila affunduntur alia, in melinis aũt ſemicocta iam præparatione inſeritur: Iuſtam quidem nacta decoctionẽ, colorem pręfert giluum. In his autem quæ geminam ſpeciem & bicolorem ut uocant præferunt, poſt principia ſtatim coquimus rubiginẽ, poſtea enim iuxta decoctionem, primum quidem melinum inducit biceps factum, poſtremo autem cereum induit colorem.

Alumen.

ALumen magna ex parte poſt decoctionem inditur, proprium tamen decoquendi modum nullum habet.

Miltos, Cadmia, Pompholyx.

RVbrica, quam milton dicunt in fine, cadmia & pompholyx initio decoctionibus induntur.

Sales, Nitrum, Sulphur.

SAlia & nitrũ mediæ decoctioni, ſulphur extremæ tandem inſeruntur: Cæterum elixatio eius nigricat emplaſtra.

Terræ ac lapides, Pumex, Conchylia.

TErræ quęuis, & lapides cuncti magna ex parte in fine imponuntur. Pumex item & cõchulę crematæ, exactę iam decoctioni immiſcent.

Oleum, Cera.

OLeum autem ſi quidem ab initio immittatur reſinæ aut pici liquidę, inconſiſtens emplaſtrum efficit. Poſtquam igitur decocta conſtiterint, adijciendum eſt oleum, reliquæ uero pinguetudines inſulſæ circa mediam decoctionem immittere expedit. Vnguentum autem irinum quidem decoctionem admittit, cyprinũ autem & roſaceum minus, cætera uero nullam omnino: quocirca in fine decoctionis immittenda ſunt. Cæra ſola priuatim non decoquitur, eliquatur etenim, neque cum reſina liquida, neque addita pice humidiore, manet enim inconſiſtens, ſed ſolenni conſuetudine ſolet indi uel oleo puro, uel cum oleoſo quopiam ex metallicis decocto, uel reſina aut pice præelixata, & conſiſtet citius alijs quæ poſſunt inſeri.

Reſina.

REſina arida adiecta cera pariter inditur, humida uero ante alia omnia per ſe decoquitur, niſi admodum parum accipiatur.

Pix.

PIx præ alijs cunctis immittitur: modus autem decoctionis eſt, liquidę quidem, dum conſiſtit: ſiccę uero, maxima ex parte cõcoqui, uſq; dum nihil amplius bullæ modo tumet neq; turgeſcit.

Apochyma.

Apochyma, Ramentum nauis.

APochyma leuigatũ, cribroꝗ à ſuis ſuperuacaneis ſequeſtratũ, tum denique decoctum emplaſtro impingitur: quod ſi fuerit molle, cum oleo diluitur. Cæterum prior ratio exactior eſt, propterea quod in altera reſidentia non obſeruatur.

Aſphaltos, bitumen.

BItumen quoꝗ principio ſtatim ad decoquendum immittitur, neque leuigandum id conterendumꝗ eſt, quoniam ſcabredines fici & oliuarum acinis ſimiles continet: ſed in craſſas adeò partes confringere, cumꝗ aceto decoquere, non commouendo interim, quouſque non amplius ampullarũ modo turgeat, expedit. Nos uero, inquit Timocrates, in oleo elixantes, uoti facti ſumus compotes.

Propolis.

PRopolis quoꝗ emollienda & elixanda eſt, nõ enim penitus ſub decoctione cõfunditur. Quod ſi emplaſtrũ cerã quoꝗ accipiat, oportet unà cum cera propolim pariter galbani more contuſam immittere.

Gutta ammoniaca.

CIrca mediam decoctionem gutta ammoniaca imponenda eſt. Oportet aũt hanc leuigatã, ſi fieri poteſt, & tenuem inſpargere: ſin minus cum liquore quopiam cõterere, atꝗ ita inijcere: ſi ἔναιμον quidẽ fuerit emplaſtrũ, cum uino aut aceto: ſin uero ſyringiacũ (quaſi fiſtulatoriũ dicas) uel chœriacum, omnino cum aceto: ſi uero mollificatorium, cuiuſmodi ſunt dactylica, cum aqua. Deinde ſtrigmenti craſſitudinem inducentes, ſic deniꝗ alijs refrigeratis infundere, ne ebulliat. Admiſceẽ opopanax multo ſerius quàm ammoniacum, omnino aũt modica decoctione eget. Eſt uero etiam illud cum uino acetóue antea leuigandum.

Galbanum.

GAlbanũ nullã omnino decoctionẽ ſuſtinet, ſed eo q̃d impollutũ reddit emplaſtrũ, tollere ab igne expedit, et mollificãtes ipſum inijcere.

Sagapenum.

COntunditur ſagapenum in mortario, & ubi teneritudinẽ aſſumpſerit, ſublatum ab igne cum emplaſtro mollificatur.

Aloë

ALoës quoꝗ uſus in emplaſtris poſt decoctionem approbatur.

Succus papaueris.

SVccus papaueris ante diem unum in aquæ momento irrigatur, deinde in mortariolo extenuatur, mox ad hunc modum inſtructus infunditur, emplaſtrumꝗ thapſia deniꝗ effingitur, uel liquore aliquo diluitẽ.

Bdellium.

BDellium quoꝗ leuigatum inditur poſtquam ab igne remotum fuerit emplaſtrum: at ſi in pingue admodum incidas, adeò ut nequeat leuigari, ſagapeni more contundendo, & emplaſtri formam inducendo, ita cum emplaſtro poſt elixationem eliquabimus.

Libanotus & manna.

THus pariter & manna decoctioni iam abſolutæ inſpargũtur, uiſcoſitate quadam ſtrigmenti inſtar, cum melle pauculo acetóue aut aqua aut uino inducta: ſi humorẽ quempiam participat emplaſtrum, myrrha cum perfecta decoctione inditur.

Semina, radices, herbæ.

NVlla neqꝫ ſeminum, neque radicum, neqꝫ herbarum decoctionem ullam ſuſtinent, qua de cauſſa leuigatis & in mortariolo depoſitis liquida infunduntur.

De malagmatis & epithematis. Cap. XVIII

EX medicaminibus quæ emolliendi uim habent, & ob id malagmata græce dicuntur, alia quidem medijs imponuntur, diuturno iam tempore inflãmatis, uel his quæ indureſcunt, uel igneſcunt, uel perfrigerantur, uel deſtillationibus & fluxionibus infeſtantur: alia articulis oppillatis, & perinde atqꝫ cuneis obturatis, uel neruis frigoribus uexatis, uel alijs etiã corporis partibus obturatis competunt. De his itaqꝫ capite de emplaſtris memoratum eſt, & de acopis fuſius enumerabuntur. Ex his autem quæ medijs congruunt, quæ priuatim ac proprie epithemata nuncupantur, quæ ſané ſtomacho & iocinori adhibentur, qualiacunqꝫ quidem fuerint, roborante potentia egent per adſtringentia, abſque enim his, periculum eſt, quum hæc membra uitæ præcipua inſtrumenta ſint: quapropter ex aromatis potiſſimum componuntur. Stomacho igitur pro ſuo munere non coquenti, inflationéue laboranti, ea quæ ex ſeminibus & meliloto, aloë, abſinthio, ſampſucho, nardo, & maſtiche denique conſtituuntur, applicanda ſunt. Iocinori uero, quæ ex myrobalanis, gutta ammoniaca, adipe, & chamæmelino conſiunt. Lieni autem, quæ ex calce aqua non extincta, auripigmento, cappari, ſalicibus, cardamomo, ærugine, gutta ammoniaca & aceto contexuntur, conueniunt. His uero qui fluxu & deſtillationibus circa aluum impetuntur, expediunt malagmata (ſic enim medici qui eis utuntur uulgò cognominant) ex œnanthe, alumine, melino, & alijs aſtringentibus conflata, etiamſi cõtraria his quæ emolliendi uim habent, potentia cõſtent. Quibus aũt uiſcera igne quaſi flagrant, quemadmodum in febrilibus accidit ardoribus, his malagmata & epithemata è croco, roſaceo, ſucco ſeminis lini, aut ſereos, aut herba ſanguinali, adipe ſuillo & ſpuma argenti, conducunt. Refrigeratis porrò, quæ conficiuntur è ſucco balſami, folio, caſſamo, pipere. Pectori autem, in ſanguinis nẽpe uomitu & excretionibus, quas ἀναγωγὰς, id eſt reiectiones Græci cognominant, aſtringentia & deſiccantia, & quæ ex alumine, ſalice, & bitumine cõtexuntur. In tabe uero, quam phthiſin Græci appellant, malagmata quæ ex baccis lauri, marrubio, cardamomo, lixiuio conſtant, expediunt.

Malagma διὰ μελιλώτων, id eſt ex ſertula campana.

ACcipit croci, nardi Gallicæ, cyperi, cardamomi, ireos, myrrhæ, ſingulorum uncias duas, meliloti libram unam, guttæ ammoniaci thymiamatis libram unã, ceræ libras treis, reſinæ terebinthinæ librã unam, cyprini libras treis, gleucini libras duas, bdellij uncias ſex, quidam admiſcent etiam cypheos uncias duas, uini quantum ſatis eſt.

Malagma Polyarchij, ex libris de compoſitione medicamentorum κατὰ τόπους Galeni.

HAbet id ceræ, reſinę terebinthinæ, bdellij, guttæ ammoniaci thymiatis, cardamomi, cyperi, ſingulorũ myſtrũ unum, amomi, nardi Indicæ, croci, myrrhę, thuris, ligni cinnamomi, uniuſcuiuſq; denarios uigintiquinq;, olei cyprini heminã unã, uini Italici quantũ ſufficit. Præpara, & cum res poſtulat utere, interdum quidem ſyncero & indiluto, interdum uero cera oleo cyprino diſſoluta.

Aliud Polyarchium.

LIgni balſami, coſti, ireos, cyperi (qui odoratus anguloſus iuncus eſt) myrrhæ, rotundi odorati iunci floris, cardamomi, thuris, ſpicæ nardi, maſtiches, ſtyracis, bdellij, amomi, folij, croci, caſſiæ, pyrethri, mali terræ longi, ſingulorum unciam unam, guttæ ammoniaci thymiamatis unciam unam cum dimidia, phryctes uncias treis, reſinæ terebinthinæ libram unam, medullæ ceruinæ uncias duas, ceræ libras duas, ſucci balſami uncias ſex, uini uncias octo.

Malagma Philagrianum.

CRoci ſumit unciam unam & ſemiſſem, aloës, guttæ ammoniaci thymiamatis, bdellij, ſtyracis, uniuſcuiuſq; unciam unã, adipis anſerini uncias duas, hyſſopi pharmaci uncias quatuor, palmularũ uncias duas, ceræ libram unam, nardi uncias ſex, amelini uncias ſex, uini quantum ad aridarum ſpecierum eliquationem ſatis eſt, macerans per triduum ter in die palmea rudicula commoue: deinde ſimul oleo decocta, ſecundo quidem die cardamomum aqua pridie irrigatum, tertio autem crocus uino: ſunt præterea qui croco aliâs quinq; uncias myrrhæ adijciunt. Vbi uero percolata fuerint, oleum quidem ſyncerum reſeruatur, fecem uero ſpecierum omnem in paſtillos conformantes atq; deſiccantes, habent id quod appellatur crocomagma.

Mendeſium.

DIctum quidem Mendeſium eſt, eo quod in Aegypto, ubi loci naſcitur mendes, inueniatur. Recipit autem olei balanini libras decem in alio legitur, ſextarios decem, myrrhæ, caſſiæ fiſtulæ, ſingulorũ uncias treis, reſinæ terebinthinæ unciam unam, aliâs ſextarios decem, cinnamomi uncias treis. Illud non decoquitur, ſed iniectis aridis agitatur ad dies ſexaginta, deinde reſina terebinthina eliquata, in partem olei immittitur, mox inde denuo mouetur alios dies ſeptem, & ita reſeruatur.

Martiatum.

MAſtiches, ceræ, ſtyracis,ſingulorum uncias treis, hyſſopi medicamenti ſemunciam,opobalſami ſeſquiunciam,nardini, gleucini,olei omphacini,uniuſcuiuſq; uncias treis,medullæ ceruinæ unciã dimidiam, reſinæ terebinthinæ unciam unam.

ἀπὸ ὀμφακος,id eſt ex uua acerba & immatura,

Embole prima.

HAbet aſpalathi,ſpathæ,dactylorum,melilotorũ,ireos,iunci rotundi odorati floris,xylobalſami,roſarũ aridarũ,calami odorati,ſingulorũ uncias iij.olei omphacini libr. decẽ,omphacis ſucci ſextarios decẽ.

Secunda Embole folij.

GVttæ ammoniacæ, ſpicæ nardi, coſti,caryophylli, caſſiæ, caſſami, uniuſcuiuſq; uncias treis, in alio etiam nonnunquam & arnabi uncias treis, uini quantum ſatis eſt.

Embole Tertia.

THuris,guttæ ammoniaci thymiamatis,ſtoracis bdellij,myrrhæ,maſtiches,ſingulorum uncias treis,uini quantum ſatis eſt,ceræ dealbatæ uncias quinq;, opobalſami uncias ſex,quidã habẽt uncias octo.Præirrigantur diem unum, primæ quidem embolæ ſpecies in ſucco omphacis & oleo, ſecundæ uero in altera pelui, in uino Aminæo, aut alio ueteri & odorato,mouens quauis die rudicula palmea, tertio per triduum, à quo tempore coquito in cacabo dealbato: principio ſpecies primæ emboles tantiſper dum puſillum omphacis relinquatur, deinde alterius embolæ ſpecies confeſtim immitte cum uino, melius uero ſi prius cribrentur, ſic eadem ipſa inijcito oleo puro, & ubi decoxerit ad perexiguas uini reliquias, ne comburatur oleum,tollens ab igne cola, & inijce rurſum tertiæ embolæ ſpecies oleo non impuro, ſucculenta prius in mortariolo cum uino ueluti dixi diluta, excepto ſtyrace, is enim iniectus cum alijs prompte ſoluit. Coquito carbonibus hactenus dum tibi bene habere uideatur, & remouens ab igne,ſinito refrigerari, poſtera aũt die accurate colans oleũ,& calfaciens ſufficienter ad ignem,ceram indito, & auferendo rudicula agitato & deſpumato. Vbi aũt refrigeratum fuerit, inijce opobalſamum, & uitreis uaſculis reponito.

Gleucinum Embole.

OLei ſextarium unum, muſti Aminæi ſextarios ſex, aſpalathi uncias quatuor,rudiculæ palmæ uncias ſex,floris rotũdi iunci odorati tantundem,meliloti uncias quatuor,roſarum unciam unam,myrrhæ uncias treis,foliorum lauri uncias duas,dendrolibani, xylobalſami, enulę campanæ,ſingulorũ uncias ſex, mali terræ longi, ireos, cuiuſq; uncias treis, hæc ſimul in muſto macera.

Embole ſecunda.

CElticæ uncias quatuor,balſami uncias duas,cyperi, caſſiæ,ſpicę nardi,aſari,amomi,coſti, ſampſuchi,ſingulorũ uncias treis,calami odorati,

rati, caryophyllorum, folij, uniuſcuiuſq; unciam unam, cardamomi uncias quatuor. Balſamum in uino fragrante & perodorato irrigato.

Embole tertia.

MAſtiches uncias quatuor, myrrhæ troglitidis, bdellij, ſingulorum uncias duas, ladani uncias treis, ſtyracis liquidi, thuris maſculi, cuiuslibet uncias quatuor, opobalſami uncias ſex, nõnulli admiſcent etiam croci uncias duas. Confice quemadmodum & διὰ ὄμφακος, excepta cæra. In præſentia autem oportet diebus ſeptem duarum embolarum ſpecies irrigare & infundere.

Nardus Cizicina, Embole prima.

OLei primatis ſextarios decem, aſpalathi, cepæarum, enulæ campanæ, ireos, xylobalſami, mali terræ, cardamomi, rotundi iunci odorati floris, ſingulorum uncias ſex, ſampſuchi uncias quatuor, herbæ ſabinæ uncias duas, quidam adijciunt his calami quoq; odorati uncias duas. Irrigato hæc in uini odorati ſextarijs quatuor.

Embole ſecunda.

CAſſiæ, balſami, aliâs caſſami, arnabo, ſingulorum uncias duas, ſpicæ nardi uncias treis, caryophyllorum unciam unam, coſti, amomi, cuiuslibet uncias duas, quidam etiam celticæ uncias duas adhibent, atq; hæc quidem in uino excipiuntur.

Embole tertia.

MYrrhæ troglitidis, aloës, thuris, ſingulorum uncias duas, ſtyracis uncias treis, maſtiches uncias quatuor, opobalſami uncias ſex: ſunt uero qui etiam croci uino diſſoluti unciam unam admiſceant. Præparato etiam illam, quemadmodum dictum eſt.

Δεκάμυρον.

SVſcipit ſpicæ nardi, folij, euphorbij, piperis, coſti, adarcæ, ſingulorũ unciam unam, maſtiches unciam unam & dimidiam, opobalſami uncias ſex, nardi libram unam, ceræ libras treis.

Πεντάμυρον.

STyracis unciam unam, maſtiches uncias duas, ceræ albæ uncias treis, opopanacis uncias quatuor, nardi uncias quinq;, foleati folij uncias treis, guttæ ammoniaci unciã unã, caſſiæ uncias ſex, ladani.

Εὐῶδες, hoc eſt odoriferum.

ACcipit croci, aloës, maſtiches, abſinthij, ſtyracis, œnanthes, caſſami balſamiue, caryophylli, ſingulorum uncias treis, nardi libram unam, ceræ tantundẽ, melini uncias ſex, dactylos palmarum duodecim, uini quantum opus eſt.

Baium malagma.

CArdamomi, caſſiæ, œnanthes, celticæ, baulauſtiorum, propoleos, ſingulorum grammata octo, ſabinæ, caſſami ſeu balſami, amomi, cuiuſq; grãmata ſex, floris rotũdi iũci odorati diobolos octodecim, ireos grãmata iiij. caryophylli ſeſquiſcrupulũ, thymiamatis crinati unc. duas,

thuris, myrrhæ, cuiuſq; unciam unam, ladani uncias ſex, bdellij, maſtiches, aloës, nardi, lentiſcini, cuiuslibet ſemunciam, zygiæ pityines, reſinæ terebinthinæ, cuiuslibet uncias treis, opobalſami unciam unam, guttæ ammoniaci thymiamatis diobolos ſex, ceræ uncias ſex, œnanthio diſſolue, ſucculenta & arida cõtunde: aliâs etiam piperis ſcrupulos duodeuiginti. Sunt item qui moſchi ſcrupulum unum adijciunt.

Malagma Galenium.

HAbet croci unciam dimidiam, aloës unciam unã, maſtiches uncias treis, ſeminis abſinthij diobolos octo, œnanthes tantundem, dactylos magnos treis, ceræ uncias treis, olei melini uncias ſex.

Malagma Erythrium, hoc eſt rufum.

STyracis uncias quinq;, malorũ cotoneorum uncias uiginti, maſuchæ uel maſuaphij, croci, ſingulorum denarios decem, pſichorũ, cypheos, utriuſq; denarios decem, œnanthes uncias duas cum dimidia, caſſami, abſinthij, ſingulorũ denarios decem, caryophylli diobolos quindecim, guttæ ammoniaci thymiamatis grammata decem, opobalſami grammata ſex cum dimidio, nardi uncias quinque, colophoniæ, gleucini melini, uniuſcuiuſque uncias decem, roſacei denarios decem, propoleos uncias quinque, reſinæ terebinthinæ uncias decem, mellis cochliaria decem, folij denarios decem, ſpicæ nardi tantundem, ceræ uncias ſeptem & ſemiſſem, uino Phalerno uel Aminæo eliquato.

Malagma Nili, ſpleni conſecratum & ad omnẽ duritiem.

CEræ libram unam, guttæ ammoniaci thymiamatis librã unam, olei cyprini tantundem, croci unciam dimidiam, alij uero unciam unã, aceti quantum ſatis eſt.

Malagma Citrinum.

CEræ, colophoniæ, uniuſcuiuſq; libram unam, guttæ ammoniaci thymiamatis, auripigmenti, calcis, aluminis, aceti, ſingulorum cyathos octo, arida contere aceto.

Malagma cureos.

HAbet picis ſiccæ libram unam, ceræ, pityinæ, guttæ ammoniaci thymiamatis, nitri, baccarum lauri aridarum, ſeui taurini, ſingulorũ libras duas, farinæ fœnogræci ſextarium unũ, pollinis tantundem, chamæleontis nigri radicis aridæ libram unam.

Malagma ex ſtercore caprino Oribaſij, lienoſis, hydropicis, & iocinoris duritia affectis deſtinatum.

OLei cyprini uel olei antiquiſſimi libras treis, ceræ libras duas, merdæ caprarum, baccarum lauri decorticatarum, ireos Illyricę, ſingulorum ſextarios decem, reſinæ terebinthinæ libram unam, napyos, nitri, cyperi, radiculę ſeminis, corticis radicis capparis, cuiuslibet uncias treis, colocynthidis interanei uncias duas, fœnogræci unciã unã. Arida nunc quidem eliquatis excipiuntur, nunc aceto trita & macerata. Atqui ſi uenter fluore infeſtetur, non adiungenda colocynthis eſt.

Malagma

Malagma ex ſpirathis, ſpongia hydropicis.

COnſtat ex picis brutiæ libris duabus & dimidia, nitri libra una, interanei colocynthidis farctus, pyrethri, opopanacis, grani cnidij, ſingulorũ uncijs tribus, corticis radicis capparis, thuris, ireos, adipis taurini, elaterij, ſquamæ æris, ſeminis apij, lathyridum, uniuſcuiuſq; uncijs ſex, baccarum lauri ſextario dimidio, fœnogræci farinæ uncia dimidia, fellis taurini uncijs duabus, olei cyprini ſextario dimidio, ceræ libra una, phryctæ libris tribus, excrementi caprini, hordei, cyperi, cardamomi, cuiuslibet uncijs ſex.

Malagma διὰ δαφνίδων, id eſt ex baccis lauri contextum.

ACcipit ceræ, reſinæ, picis, baccarum lauri, adipis taurini, ſingulorũ libram unã, nitri, guttæ ammoniaci thymiamatis, cuiuslibet uncias ſex, aceti quantum res ipſa poſtulat.

Malagma διὰ σπερμάτων, id eſt ex ſeminibus.

CArdamomi, cyperi, ſabinæ, nitri, baccarum lauri, caſſiæ, meliloti, fœnogræci, nardi Gallicæ, ſeminis apij, ſampſuchi, aniſi, radicis panacis, thuris, guttæ ammoniaci thymiamatis, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum uncias treis, mellis, ceræ, nardi, uniuſcuiuſq; lib. unã, adipis tauri.

Δυσώδης, hoc eſt graueolens pleureticum.

HAbet pityinæ librã unã, ceræ, rutæ uiridis, cyprini, ſingulorũ uncias ſex, ſulphuris ignẽ non experti, opopanacis, ſagapeni, cuiuſq; denarios quatuor: quibuſdã uero placet adiũgere galbani denarios quatuor.

Malagma διὰ σαμψύχου, quod eſt ex ſampſucho.

CEræ librã unã, reſinæ terebinthinæ libras duas, ſampſuchi, baccarũ lauri, fœnogræci, ſingulorũ ſextarium unũ, nardi quantum ſatis eſt.

Malagma Apollophanis ad iocinoroſos.

CEræ denarij octoginta, reſinæ terebinthinæ, mannæ, ſingulorum denarij quadraginta. Fecem irini contunde thoracẽ uſq; ad pudenda contra duritiam ſtomachi & iecoris illinito. Propoleos unciæ ſex, ſtyracis unciæ duæ, maſtiches uncia una, reſinæ terebinthinæ uncia dimidia, fecis nardi quantum ſatis eſt.

Malagma δι' οἰνάνθης.

OEnanthes, aloës, croci, acaciæ, aluminis fiſſi, roſarum aridarum, abſinthij ſucci, gallæ, omphacij, rhoos Syriaci, mannæ, cuiuſq; denarius unus, olei myrſinati, ceræ, ſingulorum libra una, dactyli palmæ ingentes, uini Aminæi quantum ſatis eſt.

Malagma Antylium.

HAbet aluminis ſciſſi unciam dimidiam, aloës unciam unã, maſtiches diobolum unũ, œnanthes grammata ſex, omphacij grãmata octo, roſarũ aridarũ tantundem, rhu Syriaci diobolos decem, acanthes Aegyptiæ ſcrupulos decem, balauſtiorũ grammata uiginti, gallarũ diobolos quindecim, ceræ uncias quinq;, olei melini quantum ſatis eſt.

Malagma διὰ γιγάρτων, id eſt ex acinis.

COntinet croci, ſandycis, œnanthes, ſingulorũ unciam unã, aluminis

aridi uncias quatuor, balaustiorum, omphacij, rosarum, floris myrtorũ siccorũ, uniuscuiusque uncias duas, ceræ dealbatæ libram unam, olei melini libras duas, malorum cotoneorũ uncias quatuor, phœnicobalanos decem, uini Aminæi quantum satis est, acinorũ aridorum uncias octo: In usu autem medicamenti uncias treis ceræ.

Confectio Anethina.

ANethini uiridis uncias sex, meliloti uncias duas, chamæmeli tantundem, capita papaueris uiridia decẽ, quibus elixis adiunge decoctionis libras treis, & olei. Quando aũt consumptum fuerit decoctũ, inijce adipis porcini recentis libras duas, leuigansque seorsim scillæ assatæ interanei uncias duas, & medullæ cerui uncias totidem, omnia misce.

Ambrosia Lexipyretos.

HAbet spumæ argenti libram unã, adipis porcini recentis uncias sex, succi seminis lini uncias sex, ceræ dealbatæ uncias nouem, rhodini libram unam, mellis uncias treis, croci unciam unam. Nonnulli etiam lutea ouorum decem cruda adiungunt.

De Acopis & Synchrismatis & Dropacibus & Sinapismis. Cap. XIX

ACopa quidem dicuntur, propterea quod præcipue contra κόπους, id est labores ac lassitudines, sensusque dolorosos, ueluti intensiuos, hulcerosos, & ossium denique ex lassitudine dolores adhibentur. Succurrunt præterea alijs quoque compluribus affectionibus: nam alia quidem calfaciendi uim habent, alia uero immixta facultate sunt prædita. Thermantica igitur, hoc est calorifica, ex pipere, pyrethro, hordeo, & id genus alijs contexta, neruorum doloribus bene faciunt, algoribusque intensis, & ijs quę ægre calfieri possunt. Emollientia uero ad duritias, & scirrhos, & articulos densos quasique cuneo obturatos conferunt, quorum materiam in capite de emplastris enumerauimus. Amicticis uero ex lemnestide, quæ adarce est, hordeo, euphorbio, grano cnidio & consimilibus concinnatis, in malis diuturnioribus, & difficulter cedentibus, quibus sinapismi etiam usus congruit, utimur. Acopa porrò cuncta mediam inter cerota & emplastra consistentiam habere cõuenit. Synchrismata autem etsi ἀκόποις per omnia fermè respondeant, consistentiam tamen liquidiorem quodammodo obtinent. Cæterum dropax duplicem præparationem admittit, hanc quidem cum emplastro, aliam uero cum malagmate communem, & assimilem. Nõnulli uero ipsum quoque calidum quum res postulat, illiniunt. Verum acoporum & emplastrorum eadem omnino ac compar est materia. Vsum autem cataplasmatis præstat, hisce quidẽ languoribus quibus sinapismus competens, cum ante sinapismũ ad corpus sinapi præparandum, tum post sinapismum ad affectionis reliquias amputandas applicatus. Conficitur præterea sinapismus (est autem is remedium ex sinape subacto, quod alicui corporis parti usque dum cutem exhulceret, & cruento colore suffundat imponitur) ex materia quidem non uaria, sed

Acopa.

Synchrismata.

Dropax.

ſed efficaciſſimus tamen eſt, diutinis potiſſimum affectionibus poſt dictam aliorum præſidiorum facultatem expediens. Commode præterea magnaq; cum utilitate capiti, cum primis in cephalæa, hemicrania, morbo ſacro, quem Græci ἐπιληψίαν uocant, uertigine, & mania, hoc eſt furore adhibetur: thoraci uero, in difficultate anhelitus, ſeu aſthmate, orthopnœa, tuſſi diuturna. In diutino uero catarrho, unà cum thorace capiti quoq; ſinapiſmus imponendus eſt. Iam uero & ſtomachũ ipſum & uentrem uniuerſum in chronicis eorundem languoribus ſinapi exhulceramus. Accommodum porrò iſchiadicis, podagricisq;, & ſingulis corporis partibus languidis & flacceſcentibus, aut aliâs quodãmodo ita ut calore refocillari nequeant, perfrigeratis eſt remedium. Eſto aũt efficaciæ medicaminis modus quidam, quoniam dolore inſigniter afficit, liuidiorem inſuper & tumidiorem carnem efficit, cumq; lauacris puſtulæ clementer ebulliunt. Quod ſi ſenſus etiam pereat, animaduertendum eſt, quoniam non ſentientes ignorant, quantumuis immodice combuſti: tanto frequentius retecto identidem hulcere, uigilandum eſt. Ex acutis præterea affectionibus deſidioſa quidem obliuione, inexpugnabilique ſomni neceſſitate laborantes, quos Græci ληθαργικούς, Latini ueternoſos uocant, & aliâs grauiori ad altiorem quietem impetui obnoxios, & catocho oppreſſos (hos Græci ab occupatione & detenſione κατοχουμένους, illos à delatione in profundiorẽ ſomnum καταφερομένους appellant) ſinapizamus, principio quidem cruribus ſeu brachijs: Vbi autem materia ad ſtatum peruenerit, in capite: Eorum uero qui incalfactorie perfrigerantur, cruribus & cubitis ſinapiſmus adhibendus eſt. Auerſandus autem ſinapiſmus in continenter febrientibus, & hulcus habentibus, & cartilaginoſis, macilentioribus, comburuntur enim interdum & denigrantur partes non carnoſæ ſinapiſmo. Sinapiſmus.

Acopum Bromium.

SVmuntur ceræ, colophoniæ, reſinæ, ſingulorũ libra una, adipis porcini unciæ quatuor, butyri unciæ ſex, althææ, fœnogræci, ſeminis lini uniuſcuiuſq; libræ duæ, olei libra una, galbani unciæ duæ cum dimidia. Succum pariter cum oleo uſque dum maior ſucci pars conſumatur decoquens, reliqua cum cera & galbano inijce.

Pœcillum.

LIquoris althææ, & fœnogræci, & ſeminis lini, & rutæ & cymini, ſingulorũ libræ duæ, medullæ cerui libra una, olei ueteris, pinguetudinis anſerinæ, opobalſami, nardi, cuiuſq; libra una, ceræ, colophoniæ, reſinæ, cuiuslibet libra una cũ dimidia, euphorbij, reſinæ terebinthinæ, opopanacis, cuiuſq; unc. ſex, caſtorij unc. tres, herbarũ uero ex quibus ſuccus exprimĩt, ſingulorũ lib. una adnectẽda eſt. Decoque inſtar proximi.

Acopum Azanitæ.

SEui porcini libræ geminæ, pinguedinis tauri, reſinæ, colophoniæ, hyſſopi pharmaci, ceræ, ſingulorum libra una, galbani unciæ tres.

Acopum Baſilij.

ALthææ, chamæmeli, meliloti, ſeminis lini, fœnogræci, ſingulorum ſeſquiuncia, amomi unc. tres. Hæc in uino Aſcalonis, aut Cilicienſi ſextarijs octo per uniuerſum triduũ macerantur, & ad mellis uſq; ſpiſſitudinẽ elixantur, deinde liquoris libræ quinq; cum oleo ueteri, pondo librarum quatuor cum dimidia, uſq; dum liquoris medietas tantũ ſuperſit decoquuntur, & immittũtur butyri unc. ſex, reſinæ terebinthinæ unciæ quatuor, adipis anſerini unciæ quindecim, medullæ ceruinę cum olei momento leuigati & eliquati unciæ quinq;, ceræ dealbatæ libræ tres.

Acopum Lyſiponium.

PIperis, caſtorij, ſtyracis, maſtiches, aloës, enulæ campanæ, ireos, ſingulorum unciæ quatuor, euphorbij, coſti, ammoniaci thymiamatis, myrrhæ, ſampſuchi, thuris, cyperi, caſſiæ fiſtulæ, hordei, cuiuſq; unc. iij. adarces, amomi, bdellij, ligni balſami, uniuſcuiuſq; unciæ duæ, malabathri, ſpicæ nardi, pyrethri, croci, ſingulorũ uncia una, ſucci balſami libra una, nardi, cyprini, leucini, cuiuslibet libræ duæ, ceræ libra una.

Acopum à fœtore δυσῶδες appellatum, ex libris de compoſitione medicamentorum κατὰ γένος ſumptum.

CEræ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum denarij uigintiquatuor, galbani, guttæ ammoniaci thymiamatis, cuiuslibet denarij ſex, olei heminæ duæ, medullæ ceruinæ denarij octo. Vtere ſincero & diſſoluto.

Aliud δυσῶδες à fœtore dictum.

REſinæ terebinthinæ denarij ſedecim, ceræ denarij uigintiocto, hyſſopi, mellis, ſingulorũ denarij ſex, medullæ ceruinæ unciæ ſex, guttæ ammoniaci thymiamatis, galbani, ſpumę nitri, baccarum lauri, uniuſcuiuſq; unciæ ſex, olei ueteris ſextarius unus, uini cyathi duo: Nõnulli caſtorij quoq; uncias treis adnectunt.

Acopum barbaricum δι' εὐφορβίου, id eſt ex euphorbio coxendice dolentibus, & ad alia multa utile.

OPopanacis uncia una, ceræ Tyrrhenicę libra una, reſinæ terebinthinæ libræ duę cum dimidia, galbani uncia una, guttę ammoniaci thymiamatis unciæ duę, euphorbij, caſtorij, piperis albi, ſingulorũ unc. duę,
Lemneſtis. medullæ ceruinæ unciæ quatuor, hyſſopi unciæ quatuor, lemneſtidis, eſt autem adarce, uncia dimidiata, olei ſtyracini, laurini, irini, amaracini, ſingulorum unciæ ſex, olei ueteris libræ duæ, hedycroi unciæ ſex.

Pyxis.

COlophoniæ librã unã & dimidiã, terebinthinæ unc. octo, guttæ ammoniaci thymiamatis un. iij. thuris unc. nouẽ, olei ueteris lib. ij. ſucci ſeminis lini lib. unã, lactis bouilli librã unã, adipis anſerini unc. ſex, butyri unc. octo, ouorũ xxiiij albumina, præparans in buxeo uaſe reconde.

Acopum διὰ ἐλάτης, Galeni.

Modius Italicus. SEminis elates cocti modius Italicus unus, quod eſt ſextarij duodecim, olei libræ quindecim, ceræ libræ quatuor, reſinæ ſtrobilinæ uel terebinthinæ unciæ quatuor. Contundendo ſemen elates mitte in oleũ,

& ſinens

& ſinens diebus quadraginta, exprimẽdo porrice, atq; admiſce reliqua. Vtere cõtra ſpontaneas laſſitudinũ moleſtias, & pareſes, ſolutiones'ue, & articulorũ perfrictiones. Quod ſi urgeat neceſſitas, coquendũ eſt elates ſemen cum oleo, permiſcendo ne comburat aquæ ſextarios quatuor, in podagricis ſcilicet & arthriticis affectionibus.

Aliter idem.

OLei heminæ uigintiquinq;, quod eſt ſextarij duodecim cum dimidio, fructus elates myſtrũ unũ, hoc eſt ſeſquilibra, reſinæ abiegnæ libræ tres, pineæ uel terebinthinæ tantundem, ceræ libra una.

Δι' αἰγείρου, id eſt ex alno, ad eoſdem languores.

LOco fructus elates, alni (quæ populus nigra eſt) fructus parẽ quantitatem inijciens, cætera quoq; eodem cum illo modo præpara.

Zoſimi ſynchriſma ad tremores, famigeratũ ac nobile.

HAbet pityinæ uncias ſedecim, ceræ uncias iiij, olei uetuſti libr. unã, opopanacis unc. ij. adarces unc. i. euphorbij tantundẽ, nitri unc. iiij ſpumæ nitri tenerioris unc. iiij. Nitrum, euphorbiũ & adarcen contere cum uino, deinde liquorẽ panacis indito, ſimulq; contere. Seorſim uero liquida cum anchuſa liquefacito ut coloretur, atq; refrigerando excipe.

Dropax Gallus Oribaſij.

ACcipit colophoniæ, thus referentis pityinæ, & xylodis, hoc eſt ligneæ appellatæ, in ſola Italia prouenientis, apochymatis, picis aridæ, ceræ, ſingulorũ lib. iiij. picis brutiæ libras duas, nitri librã unã, bituminis, galbani, adarces, pyrethri, uniuſcuiuſq; unc. ſex, opopanacis, euphorbij, hellebori albi, piperis, cuiuslibet unc. quatuor, ſulphuris ignem non experti unc. treis, caſtorij, guttæ ammoniacæ, uuæ paſſæ ſylueſtris, cuiuſq; uncias duas, olei cucumerini librã unã, ligni balſami uncias ſex.

Aliter ſimplex.

HAbet ceræ libram unam, picis aridæ libram unã & dimidiam, brutiæ libram unam, pityinæ ſeſquilibram, frictæ libram unam & quadrantem. Locum nitro prius abluens imponito.

Sinapiſmi præparatio.

ANte diem unũ iſchades aqua tepida irrigandæ ſunt, & ſequenti die egregie. & præualide exprimendo ſtrenue leuigandæ, deinde acre ſinapi, cuiuſmodi Syriacũ & Aegyptiũ eſt, priuatim cõterito, affundens dilutũ, quod græce ἀπόβρεγμα appellant, & maſſam placentam'ue confi- Apobregma.
ciens miſceto. Si quidẽ uiolentius uoluerimus exhulcerare, duas partes ſinapis ad unã iſchadũ miſceto: ſi uero obſcurius atq; mitius, contrariũ facito: ſin medio quodã modo & mediocriter, ex ęquo utraq; confundito. Cæterũ ſinapi ante contritionẽ aceto dilutũ, quemadmodũ aliqui faciũt, inefficacius redditur. Atqui à ſinapis purgatione & lauacri uſu, ſi dolor intenſus, & rubore ſuffunditur locus, bullęq; oboriuntur, linteum ſucco maluæ cum roſaceo immergẽtes, applicemus, deinde roſaceo ceroto addita ceruſſa utamur. In flaccidis uero ac diſſolutis in quibus ſenſus læſus eſt ac perijt, multum diuq; aduertere oportet animum, detegendo &

ſpeculando: non ſentientes etenim ſæpenumero ſupra modum inflammati ſunt & cõbuſti, & caprarũ baccæ cum aceto cataplaſmatis inſtar illitæ, expeditiores ꝗ ſinapi ſunt, potiſſimũ in his qui laborãt coxendice.

Διὰ γραφικοῦ μέλανος, id eſt ex atramento ſcriptorio rubrificans proprie, hemicranicos potiſſime, ex monumentis Alexandri.

MIſcentur in confectionẽ eius euphorbij, atramẽti librarij, ſingulorũ denarij quatuor, myrrhę troglitidis, crocomagmatis, piperis albi, cuiuſq; unciæ tres, croci denarij duo, aceti quantũ opus eſt ad leuigandum hæc egregie, & ad ſpiſſitudinem ſtrigmentorum balneorũ. Atq; tum illinito, à medio ſuperciliorũ inchoãs uſq; ad tempus totũ, præcipue ſi pilis denudatus ſit: poſtq; refrigeratum fuerit, rurſum illinito, & ubi remediũ belle officiũ ſuũ peregerit, hominẽ affectũ in lauacrũ deducito.

Oleorum & unguentorum concinnationes diuerſæ.

VNctionũ & unguentorũ oleorum'ue unguinoſorũ, ſimplicia quidẽ ſunt, quũ una modò ſpecies oleo indĩt: quę uero præparant̃ ex pluribus, compoſita. Ex ſimplicibus rurſum aliqua ſanè ex floribus oleo inditis conſtituntur: uerbi cauſſa, roſaceũ, chamæmelinũ, ſuſinum, aliqua uero ex fructibus & ſeminibus, aliqua uero ex germinibus quibuſdã: exempli gratia, ruta, & quæ cum oleo decoquunt̃. Quoniã aũt flores elixationem nullã admittũt, inſolantur potius: uerũ ſi ualentiorẽ quidẽ habeant fragrantiã & minime euaneſcentẽ, plurimis diebus inſolata, tenuioris eſſentiæ partiũ, & uſui multo cõmodiores redduntur: è quorũ grege habentur, roſaceum & chamæmelinũ. Quicunq; aũt imbecilliores, promptiuſq; digerunt̃ flores, inſolationẽ minus perferũt, facile perſpirabilia, quemadmodũ liliũ & uiola. Ex his aũt oleis quæ fructus & ſemina conſtituunt, alia quidẽ ex ipſis integris oleo iniectis conficiunt̃, puta melinũ: alia uero conciſis uel alteratis, oleoq; quod in eis cõtinetur ſeparato, ſiue cõpreſſis ipſis in cochleis, uel ex aqua calida diſpartitis, ueluti caryinum (hoc eſt oleum ex nucibus) ſeſaminum, amygdalinum, lentiſcinum, laurinum, rhicininũ, raphaninũ, & id genus alia. Compoſita uero, ex plantis magna ex parte odoratis, oleo cum uino, uel muſto, uel aqua decoctis & detractis præparant̃: cõmixtis pręterea cum oleo quibuſdã ſuccis, interdũ uero etiã adipibus aut medullis. Ex iſtiuſmodi aũt quæ exacte quidem oleoſam conſiſtentiã habent, ſimpliciter græce μύρα, id eſt unguẽta, uel ἀλείμματα, hoc eſt unctiones dicuntur: ut gleucinũ, nardinũ, cucumerinum, cyprinũ. Quæ uero cõſiſtentiam acoporũ obtinent, cerã aut reſinã aut eiuſmodi quippiam ſuſcipientia, μυράκοπα quoq; cognominantur: uerbi cauſſa, decamyron, & amaracinum, atq; his ſimilia: atq; hæc quidem per unum duntaxat diem decoquunt̃, quæ non admodũ ex diuerſi generis materia conſtant, quemadmodũ metapium, maſtichinũ, cucumerinũ: alia uero ex duobus aut tribus aut quatuor rebus oleo iniectis: primum quidem ijs quę egre conſumunt̃ decoctis: uerbi cauſſa, aſpalatho, ſpathe, arbore thuris, lauro: deinde uero aromatibus, folio, ſpica nardi, amomo, herba

Myra.

Alimmata.

Myracopa.

herba ſabina, poſtremo uero ſuccis & adipibus & medullis: ſi uero contingat, etiam cera & reſinis iniectis: balſami porrò ſuccus nunquam omnino decoquitur. Poſt exactam decoctionem moderate refrigeratum aliquid unguento immittitur. Ipſorum præterea unguentorū, quædam decoctionem minime admittunt, alia admiſcentur tantummodo, ſicuti mendedium. Sunt autem qui uiride facientes unguentum, intingunt idipſum poſt detractionem ab igne in libras quinque olei, æruginis raſæ acurate leuigatæ unciam unā & dimidiam inijcientes, quemadmodū in cyprino & amaracino. Iam uero uires & effectus, ſimplicia quidē unguenta ſpecierū quę ipſis indita ſunt, uel ex quibus cōtuſis conflata ſunt, obtinent, ueluti materiæ rationem cōtinente oleo: uariorum uero omnis quidem natura in calidū nutat & declinat, ſed inſigniter calida & emollientia, tum incuruatis, tum obturationibus ſuccurrunt: è quorum claſſe ſunt, metopium, mendedium, marciatum: moderatius quidem pentamyron, decamyron uero uehementius eſt, ut ſummam quoq; cutem radat & incidat. Cæterum mediocriter quidem calida, tenuium partium & dolorum mitigatiua & ſympeptica ſunt: quale eſt ſuſinum, amaracinum, irinum, crocinum, pholeatinum. Quædam autem præterquam quod calfaciunt admodum, deſiccant etiam & abſtergunt: cuiuſmodi eſt tum cyprinum, tum cucumerinum. Quædam uero calorifica quidem ſatis, ſed maiorem corroborandi uim obtinent, quo nomine ſtomacho potiſſimum & extis diſſolutis accōmodata ſunt: eius farinæ ſunt, maſtichinum, nardinum, gleucinū: Valentius adhuc robur indit oleum unguentum'ue ex omphaco confectum. Nonnullis poſtremo unguentis mulierculæ propter ſolam odoris gratiam utuntur: uerbi cauſſa, pholeato, & ſpicato, & commageno, & quæ mochelæa nomenclaturam obtinent.

Roſacei præparatio.

MIſcentur in confecturam rhodini, roſarum rubearum detractis unguibus & per diem noctemq; refrigeratarum unciæ tres, olei omphacini ſextarius Italicus unus. Summa cura ac diligentia uaſculum extrinſecus ne diffletur & euaporet operculans, ſub dio ad quadraginta dies inſolato, quibus diebus elapſis deponito, non quidem in ſolum aut pauimentum, ſed in tabulam ſeu aſſerem. Quidam uero loco expoſitionis ad ſolem ad puteum aquæ frigidæ quadraginta dies appendunt uaſculum, propterea quod ex frigore obſeruet amœnum ac gratum odorem. Aliqui in terram deniq; hoc ipſum defodiunt.

Chamæmelini præparatio.

COnficitur ex chamæmelorum floris, ſine albis folijs refrigerati & refecti per diem naturalem unū uncijs duabus, olei ſextario Italico uno, operiendo uaſcis os raro linteolo, quò commodius exhalet, inſoletur etiam hoc ipſum ad dies quadraginta, poſt quas diligenter ac tuto occulans reponito.

Olei anethini præparatio.

ANethi uiridis comæ refrigeratæ unciam unam, olei dulcis ſextariũ Italicum unum, pari modo inſolato. Confici autem poteſt ad tempus anethinum, ubi inſolati denegatur copia: aridi nanq; anethi comam cum oleo in diplomate uaſculo elixantes, utuntur, & chamæmelino conſimiliter. Minoris uero efficaciæ ſunt hæc quæ ex uiridibus confiunt, præſertim quàm ſint inſolata.

Crinini, id eſt Lilini, quod alij eo quod in Suſis pariter inueniatur, Suſinum appellant, confectio.

FOliorum liliorũ candidorũ conſimili modo refrigeratorũ unciæ duę, in Italicum olei ſextarium iniectæ conſtringuntur exacte ne exhalet, & in ſolẽ pandunt̃ dies treis, quibus tranſactis primis floribus exemptis & proiectis aliæ duæ unciæ aliud triduũ immittuntur, & ſic reponunt̃.

Suſinum Lilinum'ue compoſitum.

SVmito olei ſextarios, calami odorati libras quinq;, myrrhæ quincuncem, cardamomi libras treis, foliorũ lilij detractis unguibus & refrigeratorũ libram unã, cinnamomi uncias treis, croci Cilicij quincuncem. Præparationã uniuerſam in treis iniectiones diducito. Primũ quidẽ myrrham & calamũ uino per quinq; dies macerãtes ter in die agitemus, tum oleo ad pauciſſimum decoquamus. Secundo uero cardamomum aqua per triduum macerando cõmouentes, pari rurſum ratione cum oleo ad horam unam ſimul elixemus: deinde detrahentes oleo puro liliorũ tertiam partem inijciamus, & lapſo iam triduo colando aliam liliorum tertiam partem inijcito, quam iterum poſt triduũ colans & repurgans, primæ ultimam liliorũ tertiã partem cum roſaceo leuigato immitte: tranſactis tribus alijs diebus oleo detracto, cinnamomum contuſum loco arnabo uel caſſiæ, duplum carpeſium inijce, & reponito.

Iaton.

IAtum, alij quidem purpurarum, aliqui uero crocinorum, alij albarum uiolarum unguibus detractis foliorum uncias treis, in olei omphacini Italicos ſextarios quinq; inijcientes præparant, & accurate ne liberius exhalet undique conſtringentes, decem diebus inſolare ſolent, ter ipſa poſt triduum commutantes, perinde atque lilia: ad conſeruandum præterea pauca quædam exacte arida immittunt.

Olei Melini, id eſt ex cotoneis malis, præparatio.

COnficitur melinum è malis cotoneis foris tunica exutis & conciſis pariter cum corticibus, deinde ipſorum uncijs tribus in olei omphacini ſextarios Italicos decẽ iniectis, et quadraginta dierũ ſpacio inſolatis.

Olei Seſamini confectio.

OLeum ſeſaminum fit conciſis aut contuſis ſeſamis, & per ſportam in teſtulam expreſſis, in aqua calida oleo ipſo diſcreto, & uitreis uaſculis repoſito.

Olei

Olei Raphanini præparatio.

RAphaninũ quoq; oleum in Aegypto è raphanorũ graciliũ radicum conciſorum & ſelectorum ſemine, cæterorum more conficitur.

Olei Cicini, id eſt Rhicinini præparatio.

ET illud cæterorum modo in Aegypto fieri cõſueuit ex ſemine rhicini, quod appellatur ab inſecti ſimilitudine κρότων, compari ratione conciſi uel leuigati.

Olei Populnei confectura.

VEris tempore quando magna circa ſemen reſinæ eſt copia præparatur, grana nanq; diffringentes nigræ populi unc. iiij. horũ in dulcis olei ſextariũ unũ immittunt, et dies quadraginta ſub ſole torrefaciũt, uel in diplomate tribus horis decoquunt, & ita colantes reponunt.

Oleum Amygdalinum.

COnficitur etiam amygdalinum prædictorũ more, amygdala amara & pura cõtunduntur, & aqua exigua inſparguntur, & ceu dictũ eſt, diſcernunt. Quidam aũt conquaſſatorũ amygdalorũ uncias duas in dulcis olei Italicum ſextarium immittentes, in diplomate elixant.

Oleum Amygdalinũ, quod & Metopium nuncupant.

AEgyptij huius olei inuentores, metopiũ illud appellauerũt, eo quod galbanum accipiat: planta nanq; ex qua galbanum conflatur, metopium nuncupatur. Conſtat aũt ex his, olei omphacini ſextarijs uiginti, amygdalorũ amarorũ libris duabus, cardamomi libra una, floris rotũdi iunci odorati, calami odorati, carpobalſami, ſingulorum libra una, myrrhæ, galbani, cuiuſq; uncijs ſex, terebinthinæ libris duabus, uini perodori ad macerandũ arida ſextarijs quatuor, mellis Attici libris tribus. Reſinam & galbanum leuigãdo, cum parte olei ſoluentes inijcemus alijs decoctis, & tunc ipſum mel: mixta uero diligenter omnia eximendo, dum adhuc tepidum eſt colemus, ſpiſſum nanq; euadit refrigeratum. Metopium.

Oleum Balaninum, id eſt ex unguentaria glande.

BAlaninum quoq; oleum congeneri cum oleo amygdalino modo fit, ex glandibus quercus.

Oleum è nuce iuglande, quod caryinon uocant.

NVceum quoq; ad balanini inſtar ex iuglandibus uetuſtis cõficitur.

Olei Laurini faciundi ratio.

PVrum quidem laurinũ oleum conſimilem faciundi rationem habet, ex fructu lauri, bacca inquã: mixtũ uero hoc modo cõficitur: maturarum oliuarũ ſextarius unus in baccarũ lauri ſextarios duos inditur, cõteruntur q; om̃ia & exprimunt: ſunt qui utriuſq; æquale pondus miſceant.

Oleum Lentiſcinum.

LEntiſcinũ quoq; oleum ut laurinũ præparatur ex fructu lentiſci bifariam cum per ſe, tum adiectis oleis non maturis, ſed crudis.

Oleum Maſtichinum.

MAſtichinum ſimpliciſſimũ hoc modo paratur. Maſtiches in Chio

insula natæ uncia una, omphacini olei sextario Italico permiscetur, & in diplomate decoquitur: nonnulli uero absinthij etiam & styracis unciam unam adijcere consueuerunt.

Masthichinum longe uarius.

SVmuntur olei sextarij quinquaginta, enulæ campanæ libræ quinq;, xylobalsami libræ decem, florum lentisci libræ quinq;, cardamomi libræ septem, masthiches libræ quinq;, xylomasthiches libræ octo, terebinthinæ libræ tres, absinthij comæ libra una, uini fragrantis sextarij quinque, aquę sextarij decē. Macerata uino arida ante tres dies commiscent oleo & aquæ, & elixant horas sex, tumq; masthiche & terebinthina injiciuntur, & exacte cōmiscendo percolantur, & refrigerata reponuntur.

Sicyonium, hoc est cucumerinum simplex.

COmparatur illud ex radice cucumeris syluestris refrigerata, uncijs duabus in olei Italici sextarium iniectis, & in diplomate decoctis.

Sicyonium compositum.

OLei sextarij decem, cucumeris agrestis radicis feruefactę libra una, serpylli, meliloti, singulorū unc. sex, tędarū picearū pinguiū, althęæ singulorū unc. quinq;, scolopēdrij unc. sex, fœnogręci sextarij duo. Pręmacerat̄ fœnogręcū aqua primo diem unā, deinde colatur, & immittuntur dictis cum oleo etiam uini sextarij duo, omnibusq; decoctis adijciuntur medullæ ceruinæ cum olei momento leuigatæ & eliquatæ unc. iiij. adipis gallinarū unciæ totidē, ac denuo colatū oleū conde: Neq; desunt qui torreri sub sole ipsum post decoctionē dies quadraginta permittāt.

Aliud Sicyonium efficacius.

ELaterij succi sextarios treis, mali terræ longi, styracis, enulę campanæ, hyssopi, ireos, colocynthidis, pulegij, origani, cyperi, dendrolibani, centaurij, daphnophyllorum, uniuscuiusq; uncias duas, olei sextarios quinq;: miscens, usq; dum succi exiguum relinquatur, decoque.

Oleum Cyprinum ex monumentis Posidonij.

OLei sextarius unus, cyperi, enulæ campanæ, ireos, singulorum libra una, sampsuchi, hyssopi, seminis uiminis, saluię, cuiuslibet unc. tres, floris cyperi libra una. Alia quidem omnia uino per diem prius macerata, elixantur cum oleo horis sex: colato aūt oleo puro cyperus injicitur, si quidem ad manum sit, uiridis cum mollibus tenellisq; ramulis acopis: sin minus, alia arida: Contusa igitur cum exigua aqua, coquuntur horam unam & dimidiam. Quod si placuerit immergere ipsum, post remotionem ab igne insere æruginis puri libram unam cum dimidia. Cæterū Posidonius ferruginis uitans acrimoniam, post decoctionē (inquit) per triduum oleum in cacabo pulchro bonoq; sinito, tingaturq; non impediente ipsius facultate.

Alia descriptio Cyprini.

FOliorū cypriorū, foliorum lauri, ireos, cyperi, saluię, singulorū uncię tres, arboris thuris, mali terræ longi, seminis uiticis, cuiusq; unc. iiij. enulæ cāpanæ, aspalathi, cuiuslibet unc. sex, rutę unc. duæ, cupressi tantundem,

tundem, olei ſextarios decem. Hæc antea macerata in uino ac oleo deco que, & colans iniice rurſum xylobalſami, et ligni caſſię, ſingulorũ uncias quatuor, ſampſuchi, cymini, myrti, ſtyracis, maſtiches, cuiuſq; uncias iij. opopanacis uncias duas, floris cyprini uncias ſex, ęruginis unciã unam.

Olei amaracini compoſitio.

ENulæ campanæ ſumuntur libræ decem, ligni balſami libræ uiginti, cyperi libræ octo, floris rotundi iunci odorati, aſpalathi, herbæ ſabinæ, ſingulorũ librę octo, opopanacis, ſeminis amaraci, cuiuſq; libræ duę, olei præcipui honoris ſextarij duo, uini odorati xeſtæ quinq;: alia quidẽ omnia primã embolen uino irrigata conſtituũt, ſecundam aũt, herba ſabina: & illa quidem ſex horis decoquantur, hæc uero tribus. Quidam autem etiam illam tingentes, ferruginis uncias treis adijciunt.

Irini olei conficiendi ratio.

IReos, aſpalathi, cyperi, ſingulorũ accipiunt librę quinq;, ſucci panacis quadrãs, anchuſæ unc. ij. olei unc. triginta, aquæ ſextarij quindecim. Sunt qui ad hæc floris etiã lentiſci unc. ſex appoſuerint, caſſięq; quadrantem, xylobalſami unc. ſex, nardi Celticę unc. ſex. Omnia cõtuſa aqua & oleo dieb. quinq; macerãs, coquito in diplomate horis ſex, & deponito.

Crocinũ, in quo alterius etiam crocomagmatis compoſitio.

HAbet olei acerbeſcentis amœni odoris librã unã, calami aromatici libras quinq;, myrrhę troglitidos unc. quinq;, cardamomi unc. ſeptẽ, croci ex Cilicia unc. ſex, primæ quidẽ emboles calamus eſto, & myrrha uino prius leuigata, piperis albi grana quadraginta, myrrhę troglitidos denarium unum concidens & cribrans, rurſum in pila contere adijciens olei nardini librã unã; ubi autem atrius redditur medicamentũ, nucum cortices comburens & conterens, in mortarium iniice, deinde opobalſami cochliaria tria, ceræ libram unam & ſemis adnecte.

De œnanthariorum præparatione. Cap. XXI

OEnanthia nõ inde appellationẽ ſortita ſunt, quod œnanthen, hoc eſt labruſcã ſuſcipiant, quoniã haud omnia œnanthe cõſtant œnanthia, ſed ratione uini ipſius, liliorum item flos nomenclaturam hanc indidit. Cæterum œnanthariorum uſus à quibuſdam ſolius fragrantiæ & deliciarum gratia aſſumitur, poſt lauacra profundendo ipſa, menſasq; iiſdẽ ueluti ſpongia abſtergẽdo. Quin adminicula quoq; recte utentibus conferũt diſſolutis & confractis, ſi roborantibus ſtomachũ cataplaſmatis admiſceantur, his item qui ex morbo, maxime febrili refocillantur & conualeſcunt, ſi poſt lauacrorum exitum circumfundantur eadem, & naribus etiamdum ſpirantibus adhibeantur, trahuntur nanq; in altum & corroborant cum animalem tum uitalem ſpiritum. Conducunt præterea his qui præcauere ne in morbos peſtiferos incidant, ſtudent, eiuſmodi aëris mutatione apparente. Eſt præterea Poſidonij quod meſopotamium appellatur, eiuſmodi.

Oenanthij præparatio.

CAſſiæ,myrrhæ,thuris, folij,amomi, maſtichæ,coſti, carpobalſami & opobalſami,uniuſcuiuſq; unciæ tres,ſtyracis pinguis unciæ quatuor,uini odorati, guttæ ammoniaci Italici ſextarij decem. Contundens omnia & cribrãs, ſtyracem uero in tenues partes diſtrahens, in ſpacioſi oris lagenam ponito cum folijs liliorum perfrigeratorum ante diem unum unguibus ſigillatim detractis: ſint aũt lilia numero:deinde uinum infunde & opobalſamũ, mixtaq; ſimul & cõmota ante iniectionem, obſtructoq; ore lagenæ inſolato dies quadraginta,& in balneo poſt reſtitutam ſanitatem utere: & undiq; domũ uaſaq; aſpergens, & ſpongias immergens,uultui quoq; adhibeto. *Alia:* Coſti unciæ tres,ſpicæ nardi, arnabo, caryophylli, ſingulorum uncia una, amomi unciæ tres, caſſiæ, œnanthes,calami,cuiuſq; unciæ nouem,ſtyracis,opobalſami,cuiuslibet unc.iiij.lilia treceta, uini Phalerni ſextarij decem. Præpara pari modo.

De Thymiamatis & Cyphi. Cap. XXII

CYpheos materia media quodãmodo inter trochiſcos & antidota eſt:utimur aũt ipſis,nũc quidẽ odoris gratia uaporãtes, quemadmodũ & thymiamata, nunc uero odorantes ea, quò concoquãt deſtillationes à capite in partes ſubiectas, & coryzas,& obſtructiones referent,quæq; caput moleſtant,expurgent. A peſtilentialibus præterea morbis cyphi tuetur & præſeruat, ſumiturq; per os cum cõtra hæc,tum ut pectoris craſſos humores cõcoquat, & aduerſus iocinoris frigidiores afflictiones: unde priſci quoq; cyphoides antidotos inuenerunt: Inditur item remedijs facultatibus q; compoſitis,ſed potiſſime epithematis & antidotis.

Rhodatum thymiama.

HAbet coſti,amomi,myrrhæ,caſſiæ,ſingulorum unciam unam,ſtyracis,chias,bdellij,conchulæ Indicæ (quam ὄνυχα dicunt) muſci,ladani,uniuſcuiuſq; uncias duas,roſarum purgatarum uncias undetriginta, ſucci balſami,uiniq; quantum ſatis eſt.

Thymiama Crinatum,hoc eſt lileaceum.

LIliorum unguibus detractis libram unam, ſtyracis protij uncias nouem,ſpicæ nardi uncias treis,coſti, caryophylli, amomi, maſtiches, conchularũ Indicarum crematarũ, mellis,ſingulorum unciam unam & ſemiſſem,opobalſami uncias quinq;,uini quantũ opus eſt. Leuigato & diſſolue, pangitoq; paſtillos.

Cyphi magnum,quod Iliacum cognominant, contextũ ex xxxvi.

STyracis,myrrhæ,bdellij,ladani,aſpalathi,enulæ campanæ,cuiuſque unciæ ſumuntur ſex,nardi Gallicæ,folij,ſeminis cupreſſi, guttæ ammoniaci thymiamatis,uiſcerum nuclei pinei, uel loco ipſius conchularũ Indicarum ingentium duæ,fructus balſami ſingulorũ quadrans,caſſiæ, ireos, ſeſeleos, ſphagni, cyperi, cardamomi, calami odorati, cuiuslibet quincunx,roſarum aridarũ, croci,ſpicæ nardi,herbæ ſabinæ, aſphodeli radicis,

radicis, alij uero ſucci, ſingulorum unciæ quatuor, lacaphthi (eſt aūt pini cortex) uel alterius cuiuſpiam arboris unciæ nouem, coſti, floris rotundi iunci odorati, cuiuſq; unciæ duæ, baccæ iuniperi magnæ quadraginta, & paruæ quinquaginta, amomi, reſinæ terebinthinę, dactylorū purorū, cuiuſq; libra una, ficuum aridarū acinis exemptis, uuarū paſſarum à nucleis purgatarū, uniuſcuiuſq; libræ duæ, mellis deſpumati libræ quinq;. Poſidonius autem uini quoq; odorati ſextarios treis adijciebat. Lacaphthon.

Aliud Cyphi ex uigintiocto compoſitū, Seleniacum appellatū.

COnſtat ex bdellij, enulæ campanæ, ſingulorū uncijs ſeptem, rotundi iunci odorati uncijs duabus, ſphagni quincunce, baccis iuniperi exilibus quinquaginta, cardamomi quincunce, aſpalathi uncijs ſeptem, caſſiæ fiſtulæ uncijs quinq;, ſpicæ nardi uncijs duabus, cyperi quincunce, radicis aſphodeli, herbæ ſabinę, ſingulorū uncijs quatuor, ſeminis cupreſſi, nardi Gallicæ, malabathri, cum folijs roſarū aridarū, cuiuſq; quadrante, coſti, croci, ſingulorum uncijs duabus, ladani, myrrhæ, cuiuslibet uncijs ſeptem, iſchadum pinguium, uuarū paſſarum uinaceis exemptis, uniuſcuiuſq; libris duabus, nucleorum pineorum uncijs octo, reſinæ terebinthinæ libra una, ſtyracis uncijs ſeptem, palmularū pinguium libra una, mellis libris quinq;, uini fragrantis quantum ſatis eſt.

Præparatio Maſtucha, quod uocant nonnulli Maſuaphium. Cap. XXIII

HAbet meliloti uncias decem, ligni balſami, aſpalathi, herbæ ſabinæ, myrrhæ, amomi, floris rotūdi iunci odorati, daphnophyllorū ſtactes, ſtyracis, calami odorati, ſampſuchi, ſingulorum uncias duas, ireos quincuncem, folij, croci, uniuſcuiuſque unciam unam, opobalſami unciam dimidiam, commeos libram unā, roſarum ſiccarum uncias ſex, uini quod ſatis eſt.

De Peſſis ex Antyllo. Cap. XXIIII

PEſſi mulierū naturalibus ſubijciunt, ſunt aūt differentiæ eorū κατὰ γένος tres, alij nanq; emolliendi, alij uero aſtringendi, alij deniq; uaſa meatusq; reſerandi uim obtinent. Emollientibus itaq; in fœminarū locellorum inflammationibus, & hulceratione, & perfrictionibus, & ſuffocationibus, quum ſurſus uerſum mulieris uulua currere uidetur, & auerſionibus, ac inflationibus deniq; utimur: Conficiuntur aūt è cera Tyrrhenica, cyprino, ſuſino, pinguedine anſerina uel gallinacea, butyro inſulſo, reſina deuſta, medulla ceruina, fœnogræco, & id genus alijs. Aperientibus autem ora uenarum, ubi menſtruam purgationem retentam prouocare ſtudemus, uel uteri conniuentiam aut ſyſtolen emendare ſtatuimus, fabricant. Præterea eiuſcemodi quoq; peſſi ex melle, artemiſia, dictamno, braſſicæ ſucco, glycyrizza, liquore porri, ruta, ſcammonia & conſimilibus conficiuntur. Stiptici autem contrariam facultatem his quæ ora uenarum aperiunt, præſtant: muliebre nanq; profluuium cōprimunt, & apertum cōtrahunt uterum,

& prolapſum reſtituunt. Aſtringentium materia iampridem capite de collyrijs enumerata eſt. Oportet aūt peſſi craſſitudinem ſtrigmentoſam pauloq; craſſiorē efficere, deinde lana gracili penicillo uulnerario ex linteolis concerptis ſimili duplicata, medicamentū excipere, locellorumq; muliebrium ori apponere, filumq; oblongum propendentem, quo facile dum uidetur liceat eundem peſſulum extrahere.

Peſſulus croceus, ad inflammationes, apoſtrophas, durities, & inflationes uteri.

ACcipe ceræ dealbatæ, medullæ uituli, ſingulorum denarios ſedecim, medullæ ceruinæ denarios tredecim, adipis anſerini denarios octo, adipis gallinacei tantundem, maſtiches denarios quatuor, hyſſopi pharmaci denarios treis, mellis denarios duos, croci denarios octo, roſacei quantum opus eſt. Crocum lacte humano dilue.

Aureus & emolliendi uim habens peſſulus.

CRoci, hyſſopi, ſingulorū denarium unum, medullæ cerui denarios duos, reſinæ terebinthinæ, ceræ, adipis anſerini, cuiuslibet denarios treis, ouorum aſſatorum uitellos ſedecim, irini & roſacei, utriuſq; æquas portiones quantum ſatis eſt. Thus quoq; muliebres purgationes cit, & ad matricis affectiones eximie conducit. Eſt autem peſſus. Nardi unguenti unciæ ſex, ceræ Tyrrhenicæ quincunx, unguinis ſuſini unciæ quatuor, adipis porcini recentis quadrans, adipis anſerini & gallinarum, medullæ ceruinæ, unguenti amaracini, ſingulorum unciæ duæ, ſeui taurini, reſinæ terebinthinæ, hyſſopi, cuiuslibet uncia una. Eliquatur in diplomate, quemadmodum omnes alij peſſi.

Thus.

Enneapharmacus, id eſt è nouem rebus conſtans peſſus.

ROſacei unguenti, rhicinini, reſinæ terebinthinæ, ceræ, mellis, adipis anſerini & bouilli, medullæ ceruinæ atq; butyri, æquales partes.

Tianus ad uuluam emolliendam.

HAbet ceræ uncias ſex, colophoniæ uncias quatuor & dimidiā, adipis taurini, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſingulorum uncias quatuor. Guttam ammoniacam aqua diſſolue.

Peſſus cognomento Aegyptia.

MEllis, reſinæ terebinthinæ, butyri, roſacei, uel ſuſini, croci, cuiuſque partem unam. In his autem quæ inflammatione uacant, & ſordidis, ferruginis quoq; ſemiſſis inditur.

Gone ſylleptica.

HAbet butyri uncias ſex, hyſſopi pharmaci, medullæ ceruinæ, adipis anſerini & gallinacei, reſinæ terebinthinæ, aloës, ſingulorum quadrantem, ceræ Tyrrhenicæ uncias ſex, roſacei libras duas, myrrhæ, caſſiæ, uniuſcuiuſq; uncias duas, ſpicæ nardi unciam unam, mellis quantum res poſtulat.

De ſucce-

De Succedaneis, hoc est quæ inter se commutantur medicamentis, ex monumentis Galeni. Cap. XXV

QVum in Alexandria mulier quædam (inquit Galenus) graui morbo cum summo uitæ discrimine opprimeretur, lychnidã mihi, quò laboranti subuenirem, postulaui: quæ quum ad manum non esset, nisi confestim lychnidis loco acanthij semine, cuius tum copia erat, usus fuissem, mulier hæc superis cõcessisset ab oris. Amicorũ itaq; precibus persuasus, reciprocorũ medicaminũ (quæ græce ἀντεμβαλλόμενα, latine succedanea dicuntur) libellum κατὰ στοιχεῖον, id est, per alphabeti ordinem exponere aggressus sum.

A

ABrotani loco sumitur Origanum.
Absinthij, Abrotanum.
Acaciæ, Lentisci succus.
Acanthæ, Ceratia acanthi.
Acanthij seminis, Semẽ lychnidis
Aconiti, Radix ireos syluestris.
Acori, Asari radix.
Acteæ, Glaucium, aut impuberis alui excrementum.
Actæ, Acantha.
Adianti, Aphroselinum.
Aethiopicæ oliuæ, Lachrymæ acaciæ partes duas.
Agarici, Euphorbium.
Agriostaphidis, Dactyli Syriaci.
Alicacabi, Semen solani.
Aloës Indicæ, Aloës uiridis folia, uel glauciæ, uel stercus ibidis, uel lycium, uel centaurium.
Aluminis, Pix liquida bryttia.
Ammi, Anisus.
Ammoniaci thymiamatis, Propolis.
Ammoniaci salis, Sal Cappadocũ.
Amomi, Acorus.
Amyli, Aridum pollen.
Amygdalorum amarorum, Absinthium.
Anacardis, Psycha herba.
Anchusæ, Hyacinthus.
Anisi, Daucus.
Aracis, Sesamum.
Armoracæ, Cardamomum Babylonicum.
Aristolochiæ rotundæ, Aristolochia longa.
Argemones, Seriphe.
Armenij lapidis, Atramentum librariorum Indicum.
Asari, Gingiber.
Asbesti, Adarce.
Asij lapidis, Gagate lapis, uel sal ammoniacus crematus, uel sandaraca.
Aspalathi, Semen uiticis.
Asphodeli radicis, Betæ succus.
Atramenti sutorij, Squama æris.
Auripigmentum, Sandaracha.

B

BAlaustij uice, Malicoria caduca.
Balsami succi, Stacte myrrhæ.
Bdellij, Sphagnus aromaticus.
Buprestis, Blattæ.
Butyri, Lactis bouini congelatũ.

C

CAlaminthæ loco, Menta syluestris.
Calami odorati, Sphagnus.
Callicereæ, Fœnogræcum.
Camili, Antutus.
Canchrij, Baccæ lauri.
Cantharidum, Phalangia.
Capparis radicis, Radix ericæ, uel myricæ.

Cardamomi,Cyperis ammoniaca
Caſſię, Mãna,cinnamomi duplũ.
Caſtorei,Silphium.
Cadmiæ , Leucographe Aegy-
ptia,Cyrannia.
Cedriæ,Cedride.
Ceruinæ adipis,Suilla.
Ceritiæ,Oſtrea.
Ceræ , Sepimentum cum propoli
coquitur & conteritur.
Cerui adipis, Adeps anſeris.
Ceruini cornu,Cornu caprillum.
Ceruſſæ,Scoria plumbi.
Chalbanes,Sagapenum.
Chalcanthi, Aeris ſquama.
Chameleontis ſucci,Succus ſalicis
uel lapathini ſyluaticæ radicis.
Chamędryos, Rumicis ſylueſtris
Chamæmeli, Anthemis. (radix.
Cicis,Strigmentũ paleſtrarum.
Cicidis,Myricæ fructus.
Cicutę ſeminis, Semen coriandri.
Cedrini liquoris & fructus , La-
danum.
Cineris cypriæ,Ciniphyllium.
Cinnabaris,Rhodoides.
Cinnamomi,Caſſiæ duplum.
Ciſſebati,Semen alicacabi.
Clinopodij,Heliotropium.
Cnici, Viticis ſemen,uel Cymini.
Colocynthidis, Semẽ gallæ quod
eſt crotonis.
Colophoniæ,Raſura nauigij.
Comareæ , Ammoniacũ thymia-
Corallij,Moly. (ma.
Coſti,Cedrini liqres & fructus.
Cotyledonis, Anacardi.
Crinanthemi, Aphrodiſium.
Croci,Crocomagma. (rini.
Crocodili adipis,Adeps canis ma
Crocomagmatis, Aloë Indica.
Cymini, Semen braſſicæ.
Cymini Aethiopici, Melanthiũ.
Cynaræ radicis, Radix aſpalathi.
Cynosbati, Alicacabi ſemen.
Cyperi,Iuniperus magna.
Cypheos,Iſchas cremata.
Cucumeris, Anchuſa.

D

DAphnidũ loco Serpyllũ ari-
Dauci ſeminis,Semẽ ſij. (dũ.
Dictamni,Saluia.
Diphrygis,Lapis phrygius.
Dorycnij,Semen alterci.
Dracunculi, Aphroſinum.

E

PRo Ebeno,Lotinum aridum.
Ebiſci radice,Folia mori.
Elaterij ſucco, Eiuſdem herbę ſuc-
Eleliſphaco,Nepita. (cus.
Helleboro nigro,Radix papyri.
Eneaphyllo,Potamogitum.
Epithymo,Colocynthidis ſemen.
Ericæ fructu,Galla omphacitis.
Erini folijs,Fimus ibidis.
Eriſei folijs,Mori folia.
Erucæ ſemine,Eryſimi ſemen.
Eryſimi ſemine,Struthium.
Euphorbio,Stercus palumbis.
Eupatorio,Chamæpithys.

F

FEllis cameli uicẽ gerit, Fel aſca
Fellis catę,Fel cameli. (labotę.
Fellis hyenæ,Fel perdicis.
Fellis ſimiæ,Fel cameli.
Fellis uiperæ, Fel ichneumonis.
Floris ſalis,Sandaracha.

G

SVccedit gallę Fructus myricę.
Gentianę radici, Apij odorati.
Glichoni,Hyſſopus.
Glycyrizæ ſucco, Sycamini ſuc-
Gongilidi,Heliotropium. (cus.

H

PRo hederę ſucco,Perſici ſuccus
Hedichroo, Amaracinum.

Humi-

Humida pice, Succus panacis.
Hyacintho, Flos iſateos.
Hyenæ adipe, Vulpis adeps.
Hyenæ felle, Fel perdicis.
Hyoſcyami ſemine, Cynosbati fru
Hyperico, Aneti ſemen. (ctus.
Hypociſtide, Acacia.
Hyſſopo, Medulla uituli.

I

VIce Iontis, ſumit Atramentū.
Ippuridis, Chamæpithys.
Iridis Illyricæ, Helenium odoratū
Iteæ ſucci, Succus leiſſiatri.
Iunci odorati, Cardamomi.

L

LOco Ladani, Sampſuchū accipito.
Lapathi radicis, Pyrethri radicē.
Lapidis pyriti, Lapidē pyrobolū.
Lapid. phrygij, Lapidē argyriten
Lapid. magnitis, Lapidē phrygiū
Lapidis aſij, Lapidem gagaten.
Lathyridum, Granum cnidium.
Lepidis, Erythrodanum.
Lepidij radicis, Folia capparis.
Leporis marini, Cancrū fluuialē.
Leucini floris, Struthion.
Libani, Ampeliten.
Lini ſeminis, Fabæ ſuccum.
Lybiſtici, Semen ſtaphylini.

M

PRo Malabathro, ſumitur Caſſia, uel nardus Indica.
Magneſena hyelina, Ptyelū Italicū
Malis cotoneis, Melilotum.
Malua, Fœnogræcū. (longum.
Malo terræ rotūdo, Malum terræ
Madragora, Oleæ lachryma.
Mandragoræ ſucco, Draconium.
Manna, Libani cortex.
Maſtiche, Schœni cardia.
Medulla cerui, Adeps cerui uel medulla uituli.

Meliloto, Lotum ſylueſtre.
Melle, Defrutum ſapáue.
Melle Attico crudo, Mel aliud deſpumatum.
Meo, Myrobalanum.
Myrſinite, Succus mori.
Miſyi cyprio, Rubrica pictorum Cypria.
Myochode, Muſcæ tantundem.
Molibdæna, Spuma argenti.
Mororum ſucco, Rubi folia.
Myrobalano, Peucinum.
Myrra Troglitide, Calamus odo-
Myrti oleo, Lentiſcinum. (ratus.
Myrto, Succus mori.
Miſy, Succus Cyprius.
Miſy aſſato, Diphryga.

N

LOco Nardi Syriacæ, Iuncus odoratus.
Nepitæ, Menta ſylueſtris.
Napyos, Gongylidis ſemen.

O

VIce Ocimi ſumit Siſimbriū.
Ocimoidis, Sylueſtris mēta.
Oenāthes ſucci, Ampeliniarboris
Olei rhicinini, Oleum laurinum.
Olei ueteris, Duplū olei coquitur cum adipe ſuillo uetere.
Oliuæ Aethiopicæ, Lachrymæ acaciæ partes duæ.
Oliuę lachrymę, Hypociſtidis ſuc
Omphacis, Galla immatura. (cus.
Onocardiæ, Pſicolotanis.
Opobalſami, Succus myrſini.
Opopanacis, Lac ſycamini.
Orizæ, Hordeacea farina.
Ormini, Lini ſemen.
Oenithogallorum, Anthalli.

P

PApaueris locū ſupplet Mandragoræ ſuccus.
Periſtereonis, Chameleuce.

Pityocampæ, Vespæ in cedriam.
Piperis, Zingiber.
Polij seminis, Semen erucæ.
Polypodij, radix Chamelęæ uel Chamæleontis.
Polytrichi, Absinthium.
Propolis, Ladanum.
Psilij, Lens.
Pulegij, Hyssopus.
Pyrethri, Zingiber.
Phu, Sphagnus.

Q

PRo Quercus uisco, Chamæleon.

R

LOco Rapæ, Heliotropium.
Radicis rumicis, Ciniras.
Raphanini olei, Rhicininum.
Resinę pineę, Resina terebinthina
Resinę colophoniæ, Apochyma.
Rhodoidis, Sinopis.
Rosarū siccarū, Persęæ folia sicca.
Rotundi iunci odorati, Cardamomum.
Rhu, Centaurium.
Rubiginis ferri, Scoria ferri.
Rubrica pictorum, Misy Cypriū.
Rumicis, Pyrethri radix.
Recrementi plumbi, Helcysma.
Recrementi Cyprij, atramentum metallicum Aegyptium.

S

LOco Sabini, accipit Oleū rhicininum.
Sagapeni, Pini resina arida.
Salamandræ, Lacerta uiridis.
Salis ammoniaci, Sal cappadocū.
Saluiæ, Nepita.
Sampsuchi, Rhus Megericus.
Santonici, Abrotanum.
Sarapoidis, Radix pæoniæ.
Satyrij seminis, Eruca.
Scammoniæ, Crotones rhicini.
Schœni odorati, Cardamomum.
Schini, Polygoni radix.
Scillæ, Bulbus.
Scingi, Satyrium.
Scordij, Caput albi papaueris.
Scoriæ plumbi, Helcysma.
Seminis hypocistidis, Tragacanthæ semen.
Semperuiui, Lactuca.
Sepiæ crustæ, Pumex.
Serpylli, Potamogiton.
Sesami, Semen lini.
Sinapi, Cardamomum.
Sisonis, Anisi.
Sisymbrij, Ocimū uel Basilicum.
Sparagi Lybicę, Radix fœniculi.
Sphagni odorati, Rotundus iuncus odoratus cultus.
Sphecle, Sandaracha.
Sphodeli, Cypriæ cinis.
Staphydis satiuæ, Dactyli.
Stercoris uulturis, Fimus columbinus.
Stercoris turturis, excrementum palumbi.
Stimmeos secti, Squama æris.
Styracis, Castorium.
Strobilorum, Semen cucumeris.
Struthij radicis, Radix ueratri nigri.
Strychni radicis, Veratrū nigrū.
Succi carpasi, Succus myrti.
Succi peucedani, Succus glycyrizæ.
Succi rhododaphnes, Viscus quercinus.
Succi cucurbitæ, Succus mori.
Succi Cyrenaici, Succus Syriacus
Succi papaueris, Succus mandragoræ.
Succi salicis, Nigrę hederę succus.
Succi gallæ, Succus mori.
Succi mori, Succus hederæ.
Succi Syriaci, Mori succus.
Succi panacis, Lac Sycamini.
Succi polygoni, Succus plātaginis.

Sulphu-

Sulphuris extincti, Sandaracha.
Symphyti, Centaurium.
Syrici, Spuma argenti.

T

VIcem terræ Samiæ gerit Leucographe Aegyptia.
Terrę Erythriadis, Calx thebaica
Terræ apalæ, Plumbum.
Terræ asteris, Cimolia.
Thapsiæ succi, Chamæleon ater.
Thymi, Satureia.
Tithymalli, Chamæleon.
Tiscendra, Asphodeli radix.
Troximi, Maiunium.
Trixaginis, radix rumicis syluest.

V

LOco uini rhodini sumitur uinum austerum.
Vini Italici, Vinum Mendesium.
Vulpis adipis, Vrsinus adeps.
Vulturis stercoris, fimus columbinus.

X

LOco Xylobalsami, Violarum albarum radix.

Z

VIce Zingiberis, Pyrethrum.

De ponderibus & mensuris. Cap. XXVI

POndus grauitate, mensura uero uasis concauitate, à mensore diiudicatur, siue sicca, siue liquida existat quantitas. Esse aũt earum quas dimetimur rerũ triplicẽ differentiã liquet, unam ponderis quidem, alterã aridæ essentiæ, quæ ueluti in cumulum possunt aggerari: tertiã humẽtis. Sunt aũt huiusmodi cum ponderũ tum mensurarum plurima, & quæ experiri à nemine facile queant, genera, non uarijs modò regionibus, sed & diuersis admodum utentium moribus. Quocirca eorum duntaxat quæ in cõmuni maxime omnium usu tenentur, mentionem facere instituimus.

De notis ponderum atq; mensurarum.

QVandoquidẽ aũt aliqui nõ integris literis, sed per characteres, pręscriptasq; notas huiusmodi significant, satius utiq; fuerit nos quoque priscorũ uestigia sequi, primitusq; ipsos characteres & signa explicare. Principio igitur χ literæ quotiẽs alpha insidet, chalcũ, hoc est æreolum, eiusmodi nimirũ figura χ̈ portẽdit: si uero ο incumbat, choa, id est congium, χ̊. si οι, chœnicem, χ. si κ, chemã, χ. Cæterum litera κ si quidem ε superadditũ habeat, cum obliqua linea inferius cornu secante, ceratium demonstrat, ⱪ. Sin υ supra κ insideat, cyathũ, κ. si ο, cotylam, hoc est heminã, ⱪ. Quod si circumpuncta linea in obliquũ planè flexa pingatur, obolũ ostendit, ∽. si geminæ circũpunctæ characteres, binos obolos significant, ∽∽, qui grãma, hoc est scrupulum faciunt, quod capitalis eius uocabuli litera γ, annexũ habens ς, à recta quadam linea dissectum significat, ϛ. Duæ autem lineæ copulatæ, atque altera parte in angulum flexæ, instar κ duorum cornuũ ad rectam lineam, drachmam qui denarius est ostendunt, <, cui cognominis est quam holcam indigitant. Proprie aũt holcam λ cui in meditullio ο litera adiecta est, portendit, λ̥. Atqui ubi λ appositum ι est, libram declarat, λι. Nonnulli tamen per aliud λ literã se inuicem oblique dissecantẽ libram significant, ⋋. Porrò quũ γ litera in ipso sui angulo ο adiacentem habet, unciam indicat, γο.

μ uero ubi in summo medio υ superimpositum habet, minam, μ̓. sin υ habeat, mystrum, μ̆. si ε, medimnũ μ̔. si ο, modiũ denotat, μ̊. Cæterũ τ cui ϛ cum υ apposita est, tryblion significat, τϛυ. si quando ξ pinxeris ε iuxta adijcias, xestam, id est sextarium, ξε. si ο adlocaueris, oxypaphũ ξο. Quidam uero xestam per ξ literam recta linea sectam designant, ad hunc modũ, ξ. Si κ præterea scribas & μ adijcias, heminã denotabis, sic, κμ. Quod si quando κ effigiaueris iuxtaq; ϛ cum litera μ locaueris, ceramiũ conficies, hoc modo, κϛμ.

De Ponderibus.

MIna Attica & Aegyptia uncias continet sedecim, mina Rhomana uiginti. Libra unc. habet duodecim. Vncia drachmas, quod est denarios octo. Drachma habet grammata, id est scrupulos treis. Gramma obolos duos. Obolus uero ceratia tria. Ceratium chalcos, id est æreolos duos & duas partes. In obolo chalci sunt octo.

De humentium dimensionibus.

CEramium Italicum continet choas octo. Chus xestas, hoc est sextarios sex. Xesta cotylas duas, quę alij quidã & tryblia dicunt. Cotyle quam tryblium quidam nũcupant, insunt mystra magna tria, oxybapha uero† quatuor. Habet quippe mystrũ magnũ oxybaphũ, id est acetabulum unũ. Oxybaphũ uero sesquicyathũ. Cyathus uero chemas paruas, mystráue exigua duo. Quod si humentiũ ponderũ mensuram dijudicare laboras, permulta quidem in examine ipso deprehendes discrimina, quemadmodũ in olei & uini & mellis exemplo explanabimus. Enimuero mel grauius quàm uinum quarta parte ac decima est, quo fit, ut pars ponderis tantũ nõ tertia melli accedat: habet etenim eadem uini mellisq; mensura totũ uini pondus, & eius tertiam. Oleo uero mel dimidia parte grauius est: complectitur enim totum olei, & præterea dimidium ipsius. Vinũ uero nona parte saltem ipsum grauitate excedit, totũ nanq; ipsius, & nonam eius partem cõtinet. Cæterũ harum rerũ maior perspicuitas ẽ subscripta particulari ponderũ formula liquebit, qua per seriem quandã quid in genere hæc discrepent, cõstituemus, oleum nempe, uinũ, & mel.

† forte tria.

	Olei.	Vini.	Mellis.
Italicum ceramiũ, quæ & amphora, habet libras	LXXII	libr. LXXX	libr. CVIII
Chus, congius, libras	IX	libr. X	lib. X semis
Xestes, sextarius, uncias	XVIII	unc. XX	unc. XVII S.
Cotyla, hemina, uncias	IX	unc. X	unc. XIII S.
Magnum mystrum uncias	III	unc. III scru. VIII	unc. IIII S.
Oxybaphũ, acetabulũ, drac.	XVIII	unc. II. scru. XII	drac. XXVII
Cyathus habet denarios	XII	den. XII scru. IIII	un. II den. II
Mystrum paruum denarios	VI	scrup. XX	denar. IX

Cæterum Oribasius secundum Adamantinũ inquit, sextariũ quidem Italicũ, mensura uini habere unc. uigintiquatuor, pondere uero libram unã, uncias octo: sextariũ mellis habere pondere libr. duas cum semisse.

De

De menſuris Aridorum.

AEgyptia artaba continet modiũ unũ. Modius uero tum Aegyptius tum Italicus habet chœnices octo, chœnix ſextariũ unũ, ſextarius ſemiſextarios duos, quas heminas quoq; nuncupãt, hemina habet cyathos octo, Atticus medimnus habet ſemiſextaria (quæ Græci ἡμίεκτα appellant) duodecim, hemiectũ chœnicas iiij. Sic medimnus cõtinebit minas quadragintanouẽ, ſextarios nonagintaſex: Verũ iſtiuſmodi menſurarum pondus exprimere arduũ eſt, eo quod aridæ uſiæ haud modico inter ſe diſcrimine trutinando, lanciſq; momento diſſident.

Sales Theriaci.

Confectura ſalis theriaci ad hunc modum præparatur. Sumito uiperas ſtatim à uenatione quatuor, deinde ſalis ammoniaci uel cõmunis modium Italicũ unum, in mortario obiter nec admodum minutatim contunde, cum gentianæ libra una & dimidia, mali terræ rotundi tantundẽ, comæ tenuis cẽtaurij lib. ij. cardamomi, marrubij, ſingulorũ unc. ſex, ſcordij, apij, trixaginis Cretici, cuiuſq; lib. i. ſeminis rutæ domeſticæ ſextarijs duobus. Melle hæc Attico uniens, mediũ ipſorũ in ollam uacuã cõijcito, deinde uiperas uiuẽtes iiij. mox ſquillas tenellas recentes quinq; minutatim cõcidito, illiſq; adijcito, ſic aliam mixturæ partẽ ſuper aliam inijcito, & ubi aulam accurate operculaueris, tribus aut quatuor foraminibus eandem perforato, quo per ea uapor tibi cõcoctionis menſurã ſignificet: Principio nanq; fumus ingẽs proſilire uidebit, caliginoſus, & ualde turbidus, indicãs ignem iam feras cremare: ubi ſummo ſtudio animaduerte, ne huius fumi aërem ex ſerpentium exhalatione infectũ attrahas: deinde ubi uapor euanuerit, & tenuẽ quandam flammã per foramina eijci cõſpexeris, tum ipſa amuſſatim elixata eſſe cõijcito, ollamq; ab igne ita remoueto diem & noctem refrigerans: poſtea reſerans ollam & carbones auferens, accurate cõtundito, atq; cum eiuſmodi mixtionibus per cribrũ traijcito, ſeminis ſcilicet rutæ ſylueſtris, hyſſopi Cretici, cuiuſq; unc. ix. ſeminis fœniculi, nardi Celticæ, ſpicæ Scythicæ, cuiuslibet uncijs ſex, petroſelini Macedonici, malabathri, foliorũ, cuiuſq; unc. una, amomi, botryos, ormini ſeminis torrefacti, ſingulorũ uncijs tribus, ſummitatum origani, cacuminum thymi, ſingulorũ unc. duabus, baccarũ iuniperi, piperis albi, fœniculi, ſingulorum libris octo, laſerpitij radicis unc. x. zingiberis non forati, ſatyrij ſeminis uel radicis, pulegij, ſeſeleos maſaleotici, mentę unc. ſex, caſſiæ fiſtulæ unc. ij. cinnamomi unc. i. Ipſe quidẽ beſtijs nõ combuſtis præparaui, ſed ipſarum paſtillos, ueluti in theriaca docui, cõmiſcendo etiam ijs quæ cum feris deuruntur, quò amaritudinem qua prædita ſunt, in aduſtione exuant, tanta paſtillorum menſura admixta, quantam uiperas quatuor habere coniecturabam, & ſales effecti ſunt uere præſtantiſſimi.

PAVLI AEGINETAE LIBRI SEPTIMI ET POSTREMI FINIS.

LECTORI.

Si quid in hoc opere mutilum forte abruptum´ue cõperies, optime Lector, exemplaris græci, quod unicum & quidem prodigiose deprauatũ interpreti præstò erat, uitio id accidisse putato: Minutiora quidem quæ in longo uolumine solent interdũ irrepere, pro sua sagacitate quilibet facile castigabit. Cæterũ quæ alicuius momenti nobis uisa sunt, hic subscribenda curauimus. Folio 176. uersu 2. pro oleo irino iusto pondere & castorio, lege, olei irini fece & castorij. Fol. 181. uer. 8. pro uuæ aridæ, lege, sorba arida. Fol. 225. uer. 41. pro accenditur, lege, plenus fit. Fol. 427. uer. 14. qui facile concitantur, legendum, pro concitatis. Quum insuper autor græcus in calce libri septimi inter pondera & mensuras characterem Ꝁ pro ceratio posuerit, quo tamen aliâs breuiata dictione pro κεκαυμένου usus est, interpres ambiguitate charactêris semel atq; iterum deceptus, ceratium uertit, quum pro ratione generis, numeri, & casuum, crematum scribendũ fuerat: cognosces autem hoc ipsum, ubi ceratio pondus aliud adiunctum esse deprehendes.

BASILEAE, PER ANDR. CRATANDRVM, ET IO. BEBELIVM, MENSE MARTIO, AN. M. D. XXXII.

